




**Ad Roberti Bellarmini disputationes theologicas De rebus in
religione controuersis Lamberti Danæi responsio, cum
indicibus locupletissimis.**

<https://hdl.handle.net/1874/416832>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E oct.


201

U.B.U.



3
98
115
122
129

E Oct
201



201

E Theologia


Octavo n^o. 201.


167

Com. Pontificis
Greg. Augustini

45







N. 30. A

AD ROBERTI
BELLARMINI DISPV-
TATIONES THEO-
logicas

De rebus in Religione Controuersis
LAMBERTI DANÆI
Responsio.

Cum Indicibus locupletissimis.



*Ex dono. Iub.
Bürology.*

GENEVÆ,
Apud Ioannem Le Preux.

M. D. XCVI.



AD ROBERTUM
BILLYARDI
TATIONE TRO-
loper

Darbar in Hanc...
FAMBERTI
P...

Com... ..



For done. This
B...

GENERAL
... ..





REVERENDO IN CHRIS-
STO PATRI, AMPLISSI-
mòque Domino, D. Iohanni
VWhitghisto, Archiepiscopo Can-
tuariensi, Totius Angliæ Primate.

ECCLESIAM Chri-
stianam, Vir amplissime
& D. Reuerende, tripli-
ci hostium agmine Sathan aggressus
est. Emergentem enim, & (ut ita di-
cam,) adhuc herbescentem oppri-
mere conati sunt aperto Marte ab
eo excitati tyranni, qui à Neronis
atate vsque ad Constantini Ma-
gni tempora, in imperio Romano
sceptra tenuerunt. Hos sequuti sunt

EPISTOLA.

heretici, hostes non minus graues
 & infesti, instituto & fine eodem,
 sed via dispari. Cuniculis enim rem
 aggressi & in Ecclesia sinu delitef-
 centes, ipsius Ecclesia viscera absu-
 mere, lethiferoque errorum veneno
 integram illius sanitatem labefacta-
 re studuerunt Sed tertia irruptio, ut
 omnium postrema, ita omnium per-
 niciosissima extitit. Antichristi, in-
 quam, iam diu seuiantis, & nouissi-
 mis hisce temporibus plusquam vn-
 quam antea furentis rabies, que
 ascitis tyrannorum viribus, & he-
 reticorum dolis ac fraudibus adhi-
 bitis, grassatur iam diu, ut liberri-
 me, sic acerrime. Sed hoc potissimum
 seculo, ita sus-deque domum Dei
 vexat & exagitat, ut nisi Eiusdem
cuncta

EPISTOLA.

*cuncta moderantis dextera, in tam
 æstuoso errorum & armorum con-
 tra imbellem hanc cymbum confur-
 gentium salo, clauū regeret, iam pri-
 dem de mersa & summersa victor
 Diabolo ouaret: Quid enim Ma-
 humetanorum uasania agat, nemo
 non uidet. Nam ut orbem terra-
 rum penè totum impio suo dogmate
 infecerunt, sic infesta armorum
 suorum mole eundem propè extin-
 xerunt, & quantum in ipsis est, ex-
 tinguere contendunt. Quid Ro-
 manenses egerint agant-ue, testan-
 tur vulnera non tam corporibus
 quàm animis illata. Nam ut cedi-
 bus & ferro in corpora, incendiis &
 direptionibus in fortunas serue-
 runt, ita idolomaniis, & erroribus*

EPISTOLA.

portentosis omnia sedarunt, innum-
 merabilésque animas, nisi Deus id
 sua misericordia auerterit, orco tra-
 diderunt. Vt enim vetera omittan-
 tur, quis piorum in Germania,
 Gallia, Belgio, Anglia, non sensit il-
 lorum furores? Quis non expertus
 est impudentem sophisticen? in ve-
 ritate oppugnanda præfractam au-
 daciam? in mendacio propugnando
 proteruitatem? Testes sunt Eckij,
 Pighii, Roffenses, & reliqui Anti-
 christiana doctrina ^{inopari}: qui
 nihil non tentarunt, vt feliciter e-
 nascentem è tenebris Euangelij lu-
 cem obruerent. Sed nulli id clarius
 demonstrant, quàm ij, quos sua aciei
 velut Triarios Sathan esse voluit.
 Iesuitas intelligo, ab infelicissimo
 Laolla

EPISTOLA.

Laolla εἰς τῶν λαῶν ὀλεθερον prognatos: qui Hypocrisi duce, comite effra-
 ni oris petulantia, Acheronta mo-
 uent, ut nigra vertant in candida,
 lucem tenebras, & tenebras lucem
 vocantes. Quos inter velut cori-
 phæus se iactat & exultat Rober-
 tus Bellarminus. Sic enim in Iesui-
 tica arena se gerit, ut ceteri eius so-
 cii, tanquam umbrae volitent, ipse
 solus, sibi & nonnullis aliis, sapere
 videatur. Ac sanè, illius hominis
 dotes essent aliqua commendatione
 digna, si quantum diligentia &
 scientia præ se fert, tantum conscien-
 tia adhiberet. Nec enim dubium
 est, quin statim discuteretur caligo,
 qua mens eius, velut Elyma oculi,
 grauat, si cum rerum cognitione

EPISTOLA.

Et arte, ratiocinandi veram ratio-
 nem ex Dei timore Et Veritatis a-
 more, posthabitis omnibus homi-
 num praeiudiciis, coniungeret. Sed
 cum ex falsatis, truncatis, detortis à
 vero sensu sacris literis, Patrum-
 que testimoniis ferè semper agat,
 perpetuosque elenchos τὸ ἐν ἀρχῇ, ἔ-
 τὸ μὴ ἀπίστος, in disputando committat,
 ipse sibi oculos eruere videtur, ne
 symera doctrina iubar contueatur.
 Sic sanè veritas hostes ulciscitur
 suos, ut qui eam non sedulo qua-
 runt, illi in mendacij mancipia æ-
 ternum euadant. Etsi autem multi
 præstantes doctrina Et pietate viri
 tela illius retuderint Et etiamnum
 retundant, in Germania, Britan-
 nia, Gallia, Postumus tamen hic
 factus

EPISTOLA.

*ſætus clariffimi & præſtantiffimi
 viri Domini Lamberti Danaei o-
 ptima ratione fuit in lucem emit-
 tendus: quò ſcirent omnes patrocini-
 um veritati nunquam deſuiſſe,
 deſſe-ve. Fecit authoris præmatu-
 rus interitus, ne ad umbilicũ extre-
 mum perduceretur tota Bellarmi-
 nicarum diſquiſitionum tela. Sed
 tamen ex his quæ hoc tempore &
 loco prodeunt, quàm facilè ſit argu-
 mentorum ipſius vanitatem futili-
 tatémque arguere apparere poteſt.
 Breuiter enim, ſolidè tamen & a-
 cutè, velut aranearum telas per-
 rumpit veritatis hoc libro propoſitæ
 robur, & à Danao expoſitæ. Quem
 quidem ſi vitali aura diutius dona-
 re voluiſſet Dominus, cum quo ſe*

EPISTOLA.

suosque exerceret, Bellarminus haberet. Sed quia peccata hominum terris inuident eiusmodi φωσνεας, (qualis etiam in florentissima Academia Cantuariensi nuper fuit, nunc in cælis degens præstantissimus D. G. Vitakerus) eo quod adest nobis utendum: orandumque, ut viros doctrina & pietate excellentes emittat Dominus, qui verbi diuini gladio nodos sophistices impudentiæq; Iesuiticæ recidant. Tibi verò Vir eximie & Reuerende D. visum est nuncupare extremum hunc D. Dani laborem, ut suo parente orbatus, à te adoptaretur, & pietatis doctrinæq; tuæ nomine munitus in hominum manus veniret. Ad me quod spectat, cum nuper coràm
 beni-

EPISTOLA.

benignitatis liberalitatisque tuæ fructum senserim, alacriter arripui hanc opportunitatem libri huius excudendi & tibi offerendi, cum ut testificarer grati animi in te mei studium, tum ut ceteri intelligerent omnes, te non tantum de popularibus tuis, sed etiam de omnibus piis, longinquis & exteris, (quæ charitas quò communior, eò maior & laudabilior) optimè merendi finem facere nullum. Dominus Iesus tuus (vir præstantissime) sanctis votis & conatibus adspiret per Spiritum Sanctum suum, & te Ecclesie utilissimum multos annos conseruet. Vale. Geneva Idib. sextil.

Reuer. amplitudini addictissimus,
IOANNES LE PREVX
Typographus.

LIST OF A

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Typographic

21451

INDEX LOCORVM SACRÆ
SCRIPTVRÆ, QVI IN PRIO.
re parte Responſionis ex-
plicantur.

Ex Veteri Testamento.



GENES. 43. 38.	Cant. Cant. 4. 15. 699
184	Esaiz. 28. 16. p. 213. 56. 10. 640.
Exod. 29. 40.	734. Hier. 6. 13. 640
562	Ezech. 12. 15. 640
Num. II. 25. 516	Dan. 7. 8. & 25. 377. 9. 27. 731.
Deut. 4. 2. 504. 6. 17. v. 8. p. 54.	v. 45. 389
17. 8. 439. 17. 10. 610	Zachariz 9. 11. 184
Iudicum. II. 26. 569	Ecclesiastici 24. 45. 170. 44.
1. Reg. 12. 546. 13. 33. 644. 17. 7	16. 368. & 48. 1. & 10. pag.
2. Reg. II. 2. 550	368
2. Chron. 23. 550. 28. 18. 548	Baruch. liber. 8
Psalm. 16. 10. 171	


EX NOVO TESTAMENTO.

M ATTH. 6. 33. 541. II. 30.	16. 13. 632. 21. 15. & 16. 258. 21.
506. 12. 40. 171. 15. 9.	15. 440. 21. 15. & 16. 446. 21.
505. 16. 18. p. 243. 16. 18. 717.	15. & 17. 520. 21. 16. p. 55
16. 19. 490. 18. v. 17. p. 227. 15.	Actor. 15. 6. & 22. 606. 15. 25.
18. 7. 591. 18. 17. 694. 18. 17.	632. 15. 28. 492. 16. 4. 610. 17.
722. & 723. 18. 18. 254. 18. 20.	II. 611. 20. 28. 522. 26. 17. 606
593. 18. 20. 599. 18. 20. 632. 23.	Rom. 3. 8. 577. 9. 29. 730. 10. 4.
2. 635. 23. 15. 781. 26. 27. 419	171. v. 4. 729. 12. 3. 412. 13. 1.
Marci. 14. 71. 456	496. 13. 1. 576. 13. 7. 497. 13. 4.
Luc. 2. 40. 153. & 2. 52. 154	543
10. 16. 504. 12. 14. 570. & 571.	1. Corinth. 2. 17. p. 71. & cap. 2.
12. 14. 579. 16. 26. 184. 22. 24.	15. p. 72. 3. v. 710. 4. 21. 498. 5.
234. 22. 25. 22. 25. 570. 22. 31.	5. 644. 7. 13. & 15. 546. 7. 23.
442. 22. 31. 482. 22. 32. p. 55.	509. 10. 3. p. 5. 11. 19. 591. 11. 28.
22. 32. 658	418. 14. v. 29. 37. 15. 28. p. III
Ioh. 2. 21. 492. 4. 2. & 3. p. 70. 8.	2. Corinth. 3. 6. p. 3. & 4. 10. 4.
II. 570. 10. 27. 744. 15. 2. 708.	543.


INDEX

- | | |
|--|--|
| <p>Gal. 1.8. & 9.89. 2.7. 264. 3.19.
192. 4.31. 505.</p> <p>Ephes. 1.22. 669. 4.9. 172. 4.26.
& 27. 706</p> <p>Philippens. 2. 10. 201. 2. 21.
640</p> <p>Col. 2.18 509</p> <p>2. Theff. 2. 4. 389. 2. 4. 731. 2. 9.
779</p> <p>1. Tim. 2. 5. 194. 3. 15. 720. 3. 16.
pag. 87</p> <p>2. Tim. 1. 6. 220. 2. 4. 579. 2. 20.</p> | <p>706.</p> <p>Tir. 1. 5. 220. 3. 10. 345. 3. 10. 691</p> <p>Hebr. 13. 17. 500</p> <p>Iacobi 4. 12. 505</p> <p>1. Petri 2. 3. 506. 3. 19. & 20. 173.
& 174. 3. 20. 699.</p> <p>1. Ioh. 2. 19. 708</p> <p>Apocalyp. 9. 1. 256. 11. 3. 368. 11.
8. 12. 14. locus ignotus pa-
tribus. 376. 12. 14. malum
expofitum & 373. 375. 17. 9.
& 18. 412. 20. 8. 404</p> |
|--|--|

INDEX



INDEX RERVM MEMORABILIVM IN HAC
 priore parte Responſionis
 Danæi, ad Robertum
 Bellarminum.

A			
	ARON	Ambroſij verſus	583
	an ſigu	Anacletus pene Petro ſuc-	
	ra Pe-	ceſſit	521
	tri 232	Anacletus primus Petro ſa-	
	Aarō Pō-	cellum crexit	557
	riſex an	Anacletus præfectos Eccle-	
	te vñtionem	ſiæ Roman. reuocauit ad	
	729	Imperatorem	517
Abrahami liber	79	Anaſtaſius ſecundus hære-	
Abrogare cuius ſit	315	ticis ſauit	463
<i>ΑΝΟΙΧΤΟΙ</i>	694	Andræ corpus Constant.	
Adam errauit in fide	778	deportatum	285
Adorandi vox quomodo		Angelorum caput 200.231	
ſape in S. Scriptura acci-		Anima humana	182
piatur	414	Anima Chriſti, anima Dei,	
Adorare & colere quid dif-		improprie 150. an ſit paſ-	
ferant	414	ſa, 161. 162. 163. gloriam	
Adrianus ſcripſit contra		quomodo ſibi acquiſiuit,	
Francofordienſe Conci-		202. noſtræ ſimilis. 158. nō	
lium.	654	omniſcia. ib. & 159.	
Aduolatus Sp. S. ad Pont.		de Animæ Chriſti deſcenſu	
ſaluſ	455	ad inferos, Bellar. 185. 186	
Afflictio	792	Anima Chriſti 142. quædam	
Albuquerqueiſ dux fortiſſ.		ignorauit 143. 144. 145. 147.	
782		149. 150. perfectio. 156. 157	
Alexandri III. errores	479	ſcientia finita	158
Allegoriæ non concludunt		Animæ immortalitatem	
714		Bellar. negat	160
Ambroſij ætas,	208	in Anima Chriſti infirmi-	

I N D E X.

tas	173	de Antichristo pontificio-
Animam Christi omniscia		rum sententia 369. 371.
rationibus falsis Bellarm.		Antiquitas an ecclesie no-
probare nititur	150.151	ta
Animam Christi post mor-		752.753
tem poenam pertulisse		Antiquitatem non esse no-
vult Bellar. 180. 183. nihil		tam Ecclesie
iustorum animabus con-		753
tulisse	181	Apocryphi pro Canonicis
Animæ fidelium ante Chri-		an habendi
sti mortem	187.188	7
Animæ iustorum ante mor-		Apocryphos libros quos
tem Christi	169.170	dicat Bellar.
Animæ piorum post pretiū		16
ex Bellar.	182	Apostoli fundamenta Ec-
Animarum locus damna-		clesie
torum & iustorum	184	248
Animas quasdam ex pœnis		Apostoli liberarunt Eccle-
à Christo non creptas	181	siam ab omnibus cere-
Antichristus an hodie ap-		monis legis
pareat	361.363	532
Antichristus papa Roma-		Apostoli Regibus subditi
nus	755	336
Antichristus quis. 355. 356.		Apostolos damnat Bellar.
quid Bell. 357. & 358.359		432
Antichristus quomodo in		Apostolos Bellar. facit pa-
Dei templo	360.361	stros. 254. & Sacerdotes. ib.
Antichristus vult omnia		Appellationis ius. vide pro-
quæ iubet esse bona ope-		uocatio
ra	418	Apostolis Scripturæ inter-
Antichristi descriptio	435.	pretatio comissa
436.438		64
Antichristi pæfactionem		Aqua lustralis
quæ præcellura	365	533
Antichristi regnum	359	Aqua vino mixta
Antichristi verissima nota		75
538		Arnoldus de Villa
Antichristum esse Ro. Pon-		215
tificem	355	Arriani alia forma bap-
		tizabant quam ea quæ à
		Christo fuit instituta
		463
		Arriani totos 80. annos Ec-
		clesiam occuparunt
		733
		Ariminense concilium er-
		rauit
		616
		Aristocratiam Monarchie
		quomodo Calvinus præ-
		ferat
		218
		Asinus Aescopius
		755
		Athalie

I N D E X.

Athalia regina	550.551	diat 403. Papæ parastus	
Athanatius exul	324	& legatus 513. omnium	
<i>adversus</i> Bellarmini	534	Pontificiorum impuden-	
Aug. de Christo Ecclesie do-		tissimus 515. & 525. blasphe-	
ctore dictum	775	mus 529. 530 & 680. 701.	
Augustini de Conciliis di-		702. contrarius patribus	
ctum	642	531. prolixus perplexus &	
Augustini de Scripturæ ob-		levis 573. 574. 575. & 576.	
scuritate dictum	664	malus Theologus 577.	
August. dictum	64	Crispinus. i. perpetuus ca-	
Augustini iudicium	61	lumniator	581
Augustino libri multi fuê-		Bellarmini variz contradi-	
re adscripti qui tamen nō		ctiones 626. Serueto an-	
sunt Augustini	467	nuit	641
Autoritas legitima Conci-		Bellarminus sepia piscis 652	
liorum	582. 583	Bellarminus prope Calui-	
Autoritas magna Papæ 676		nista	656
B		Bellarta. nihil affirmat de	
Baptismus indifferēs ex		Concilijs vtrū sint à Deo	
Bell.	529	vel hominibus	586
Basilienſe Concilium con-		Bellarminus à Concilijs dis-	
cedit communicationem		ſentit 798. & à patribus ibi.	
sub vtraque ſpecie	657	à ſuis	799
Bellarminus ſibi ipſi con-		Belus qua atate vixit	12
tradit. 8. plagiarus	8	Bernardus damnat aperte	
Bellarmini error historicus		Pontif. Rom. iurisdictionem	
12. academicus 13. <i>adversus</i>		terrenam	571
<i>ſua</i> . 16. error grauis 23. in-		Bestia vna pro regnō	360
ter ſe repugnata 30. gao-		Bestiæ de quibus Apocaly-	
rata 35. vitia 139. 280. 281.		pſeos	13. 399
282. 283. 795. in p ^{ri} or v ros		Bibliorum autorum lingua	
maledicta 139. 140. calum-		21	
nia in Cal. & Bezan; 169		Blandrata	768
Bellarminus de Deſceſu ad		Blasphemias Bellar. 708. 735	
inferos	180	Blasphemia de Ecclesia Bel-	
Bellarminus pugnantia di-		ligni	719
cit 219. hærens 337. men-		Collicus	793
dacia 348. leuita 349. præ-		Bon facius præcurſor Anti-	
uaricatio 351. Patres repu-		christi	391

I N D E X.

Bonifacius templa fecit A-	Ecclesiæ	230.232.235
syla	465	
Bulla cōvocans cōcil. Trid.	Cardinales an possiat abro-	
blasphema	gare	315
Bulla Nicolai v. inepta	629	Carolus à Pontifice Rom:
Bullingerus de Antichristo	363	coronatus
		555
		Carolus Magnus cuius ter-
		ritorij Imperator factus
		554. Imperator factus sua-
		dente Episcopo Romano
		553.554
		Caroli Magni libri
		652
		Catechumeni an sint de Ec-
		clesia 690. an à spe salutis
		excludantur
		ibid.
		Cathedra Petri
		774
		Cathedrę Petri festum
		276.
		290
		Cathedra Petri à Roma se-
		parari non potest
		449
		Catholica vox
		751
		Catholica
		756.758
		Causa peccati
		769
		Celestinus tertius Hæreti-
		cus
		475
		Celestini Papę techna
		323
		Characteris de Antichristo
		expositio
		382
		Christus ab initio Unionis
		quà Filius Dei
		150
		Christus à metu exauditus
		168
		Christus an pro seipso me-
		ritus
		201.202.203.208.209
		Christus <i>αὐτὸς θεός</i>
		121
		Christus homo factus for-
		mā serui accepit
		151. quo-
		modo homo perfectus
		152. infirmitates nostras
		suscepit
		152. impletus spi-
		ritus

		C
		Caeciliani iudicium
		326
		Cœna Domini
		164
		in Cœna quid percipiamus
		133
		Caiaphas
		60
		Caluini doctrina
		787
		Caluinum Bellarm. laudat
		15.19
		Calvinus dissentit à non-
		nullis patribus
		768. falsò
		reprehensus
		12. Luthero
		prior doctrina
		642. mun-
		do à Deo datus
		691
		Caluinum calumniatur B. l
		larm.
		161.785
		Caluini ineuitabile telum
		contra Pontif. Rom.
		423
		Caluini mors
		793
		Canonica Scriptura
		73
		Canonici libri
		10.11.17
		Canonicus esse liber vt pos-
		sit
		9.10
		Canonicum quid veteribus
		17.18
		Caput aliud præter Chri-
		stum nullum
		238.239
		Caput Angelorum
		231
		Caput vnum Ecclesiæ
		213.
		300. quisque Episcopus
		sua Ecclesiæ caput
		301
		Capite ministeriali an opus

I D D E X.

ritu 153. profecit 154. ne- scit diem iudicij ibid. qua pœna percussus 165. quâ homo quomodo meritis 200. in terris comprehen- sor 207. caput Ecclesiæ non politices 425	Christos plures facit Bellar. 283
Christus fundamentum Ec- clesiæ non Petrus aut Ro- man. Pontifex 446. caput suppositum Ecclesiæ 681. caput damnandorum nō seruandorum ex Bel. 736. quomodo ante Mūdi fun- damenta, agnus Mundi 151. quomodo præfuit A- postolis 235. Regibus fuit subditus 334	Christiana arcana non ce- lantur 36
Christus sibi ipsi sacrificiū quomodo obtulerit 195. apud se ipsum Mediator 197. 206. supra omnes crea- turas quâ homo 200. ve- tat dominationem inter Apostolos 570	Christiani Romæ 284
Christi beneficiū quale, ex Monachorū opinione 167	Christiani Roma electi 294
Christi corpus an pluribus locis simul 132. 137. 138	Ciuitas Leonina Roma 388
Christi Deitas 106. & 107. nō cōfirmanda miraculis 108	Cochlæus 790. 793
Christi doctrina acerbè af- fligita Romæ 448	Cœmiteria magicis incan- tationibus dedicata 466
Christi oratio, petētis trās- ferri calicem 185	Claues à Christo quibus da- tae 244
Christi pœnæ morte finita 180	Claues Ecclesiæ datæ 252. 253
Christum accepisse Spiritū non ad mensuram 158	Claues quid significent 255. 256
	Claues quomodo datæ Pe- tro 249. 250. 252
	Claues reuolare in cœlum ex Bellar. 255
	Clemens an Petri successor 292
	Clementis libros Bellar. re- iicit 349
	Clericus iurisdictione de- ponendus 566
	Codices conciliorum cor- rupti 467
	Cōfessio aduersariorum an Ecclesiæ nota 791
	Cōfessio nontinis Christi 747
	Coniuncta à Christo à Bel. separantur 524
	Concilium apostolicum 645
	Concilium Africanum iu- dicauit Pont. errare posse 455

INDEX.

Cōcilium Apostolicum reliquorum typus	605	tū quod & generalia	660
Concilium Arelatense	647	Concilia probata à patribus	636
Concilij Tridentini fraus detecta	583	Concilia quare rata	56
Concilio Hierosolymitano quis præfuerit	65	Concilia quo mandante conveniebant	315
Concilio quis præsidere debeat	613	Concilia quot, & quomodo probanda	587
Concilia aliquando puniunt	643	Concilia sintne tota Ecclesia	634
Concilia an sint præferenda verbo Dei	663	Conciliorum autoritas belharminica	583
Concilia comitiis confert Bellarm.	605	Conciliorum autoritas legitima	582. & 583
Concilia de recto Scripturæ sensu iudicant	56	Conciliorum codices corrupti	467
Concilia Ecclesiæ non necessaria ex Bell.	590	Conciliorum condiciones ex bellar.	620
Concilia errare an possint si sint à Pont. Rom. confirmata	636	Conciliorum decreta regula vocantur	611
Concilia errare possunt	631. 644.	Conciliorum vsus & finis	589
Concilia generalia de Pontificis primatu	304	Conciliorum utilitas	454
Concilia generalia optima	591	Concilium basilienſe legitimum	629. 732
Concilia generalia posteriora	325	Concilium Carthaginense non fuit subiectū Pontifici sed contra	441
Concilia multa contraria bell.	591	Concilium Chaleedonense	596
Concilia multa errarūt	60	Conciliū Constantiense	598
Concilia particularia	638.	Concilium Constantiense quo anno coactum	374
multa errarunt	ibid.	Concilium convocare ex cuius sit autoritate	592
Concilia possunt iudicare post Papam	675	Concilium Euangelicorū impedit Pontifex	214
Concilia priuata idem habēt definiendi fundamentum quod & generalia		Concilium Florentinum Deus est execratus	732

I N D E X.

- | | |
|--|--|
| Concilium Francofordien-
se imagines dānauit 654 | Conditiones Conciliorum
ex Bellarm. 620 |
| Concilium Francofordiēse
sub Carolo Magno 581 | Conditiones expostulatę à
Luthero, in concilio 621 |
| Concilium Laodicēse se-
cundas nuptias dānat 647 | Cōfessio auricularis à quo
introducāta 477 |
| Concilium legitimū quale
esse debeat 658 | Cōfessio auricularis an ha-
bet adiunctam remissio-
nem peccatorum 420 |
| Concilium Lugdunense Pa-
pam vocat sponsum Ec-
clesię 670 | Confessionarius Papę 339 |
| Concilium Syrmienſe 647 | Coniugium secundū à quo
damnatam 646 |
| Conciliū Mediolanenſe 188 | Coniunctio cum concubi-
na non est sacramentum
sed cum vxore 649 |
| Concilium Neocæsariēse
645 | Connubij & ciborum pro-
hibitio certissima Anti-
christi nota 411 |
| Concilium Nicenum 2. ima-
gines hominum mortuo-
rum coli iubet 651 | Compresbyter Petrus 526 |
| Concilium Pisanum 588 | Cōsecratio altarium cuius
inuentum 75 |
| Concilium Pontificum lu-
dzorum errauit 645 | Cōsensus doctrinę 766.767 |
| Concilium Prophetarum
errauit 644 | Consensus in doctrina e-
uangelicorum 214 |
| Concilium Romanum 656 | Consilium à Rom. episcop.
petitum 312 |
| Concilium supra Papā 629 | Constantia Sodoma 8. Ae-
gyptus à Dei verbo vo-
cata 374 |
| Concilium Rom. ait verum
corpus Christi dentibus
arteri 616 | Constantiense concilium
331.343 |
| Concilium Toletanum 1.
concubinas probat 649 | Constantinus ab Augusti-
no reprehensus 618 |
| Concilium Tridentinum
581.583 | Constantini Pogonati pri-
uilegium 363 |
| Concilium Tridentinū con-
cedit Papā sub eo esse 669 | Constantini successus 794 |
| Concilium VVormatiēse
650 | Constantinopolitani ima-
gines suas cremarunt 653 |
| Concilij legitimi condi-
tiones 184 | Contradictio Bellar. 40.66. |
| Concretū pro abstracto 129 | |

I N D E X.

76. 185. 281. 282. 288. 498.	contra Bellarm. 414. &c.
505. 510. 527. 514. 513. 547. 555	D
577. 579. 587. 590. 597. 598.	D Aemones incubi 434
599. 600. 613. 629. 631. 674.	Damasi pontificalis li-
677. 681. 682. 683	ber 350
Contradictio in concilio	Damasi rescriptum 326
Nicæno 696	Damnatio varia 346
Contradictio Bellarm. cum	Damnatorum poenæ 167
suis 666	Danielis capita quædam an-
Contradictiones concilio-	canonica 8
rum 657	Decreta Conciliorum quo
Confundit leges Bellarmi-	loco habenda 609
nus 502	Deitas operata in opere no-
Conuersio ad veram fidem	stræ reconciliationis 194
780	Deitas Christi quomodo o-
Conuocatio concilij iurif-	perata in opere redem-
dictionis politicæ pars	ptionis 197. delirium Bel-
summa & præstantissima	larmini 722
593	Democratia in prima ec-
Cor terræ 171	clesia 220
Corau à Daniele prædictū	Democratia in ecclesia 282
360	Derelinqui in poenis 168
Corpus Christi an vbique	Descensus Christi ad infe-
132. 137. 138	ros 160. 168. & deinceps, ad
Coruus etiam pauit 260	176. & 177. 178. 180
Credo ecclesiam non vi-	de Descensu Christi ad in-
deo ecclesiam 726	feros errores Bellar. 180.
Crux 793	181. 182
Cur nos subduxerimus à	Descensus Christi ad inferos
ecclis. papistarum 704	an necessarius 187. 188
Cyprianus noluit agnosce-	Durandi opinio de Descen-
re Pontif. Romanum se	su ad inferos 177. 178
superiorem 454	Deus an singularis 109
Cyrillus præfuit Concilio	Deus an locus spiritualis
Ephesino 615	Sanctorum 107
Cythreus non bene intelli-	Deus natus ex Virgine 131
git aliquot Apocalyp. lo-	Deus de Deo 121
cos 413	Dei populus cum Sacerdo-
Cytræi varia argumenta	tibus suis errauit 730
	Dei

I N D E X.

Dei cognitio doctrina ar-	momenti	565
cana	71	Donatistæ
Dei cognitio. 68. ad eius glo-		755
riam referenda	ibid.	Donatistæ mirabiliarij
Dei nomen sibi vsurpat		785
Pontifex Romanus	393	Donatistarum error
Deos facit Pontifex nempe		800
defunctos homines quos		Donatistarum argumenta
canonizat	407	de Ecclesia 704. 705. 706.
Diabolus pugnaturus con-		&c. 710
tra pios secundum Bel-		Dorothei Synopsis
larminum	371	350
Diaconorum electio	221	Dubitantes
As particula	201	215
Discrimen adorationis &		Duæ naturæ in Christo
cultus sub lege & sub E-		773
uangelio	414	Duo testes prophetæ
Discrimen vocum <i>oibus</i> &		368.
<i>visuorum</i> ex Bellarm.	394	369
Discrimen inter Leuitas &		Durandus de anima Christi
Episcopos	550	158
Dispensat de legib. Rom.		Duratio, an nota Ecclesiæ
Pontifex	397	756
Dissensio Bell. à Conciliis		E
798. à Patribus ibi. à suis		Ecclesia quid significet
799. à se	ibid.	686
Distinctio membrorum ec-		Ecclesiæ definitio ex Bel.
clesia Bellar.	701	687
Diuinum quid veteribus		Ecclesia quid dicatur
17. 18		714
Doctrinæ diuinæ à falsa		Ecclesiæ vox pro seniori-
discernendi regula 67. 69.		bus
70. 72		227
Doctrinæ consensus cum		Ecclesia corpus mysticum
Apostolica	765	677
Dolores inferni Christi	168	Ecclesia antiqua quæ
Dominatus inter pastores		767
prohibitus.	216	Ecclesia an ante Scriptu-
Donatio principum nullius		ram
		746
		Ecclesia sancta
		723. 777
		Ecclesia grex pusillus
		758
		Ecclesia visibilis
		761
		Ecclesia visibilis cur sit
		698
		Ecclesia semper ne visibilis
		738. an errare possit
		ibid.
		Ecclesia est visibilis vt cœ-
		tus regni
		735
		Ecclesia visibilis in terris
		possit. ne errare
		719

INDEX

Ecclesia in scriptura non semper sumitur pro visi- bili	720. & 721 714	Ecclesia in hac terra errat	722
Ecclesia cuius fit mentio in symbolo Apostolico sit ne invisibilis	713	Ecclesia quomodo colum- na veritatis	86. 87
Ecclesiae visibilis iudicium sepe fallit	603	Ecclesia errare an possit	88
An Ecclesia priuata Romæ na errare possit & item v- niuersalis	448	Ecclesia an dicenda in qua aliqui errores	744
Ecclesia Dei an deficiat in terris	726	Ecclesia Rom. particularis possit. ne fide destitui	738
Ecclesia mente potius capi- tur quam oculis	724	Ecclesiam visibilem & in- uisibilem confundit Bel- larm.	689
Ecclesia Eliæ tempore	756	Ecclesiae felicitas	793
Ecclesia tempore Eliæ de- fuit esse visibilis	729	Ecclesiae terræ, & eius que in cælis collatio	230
Ecclesia an possit leges co- dere	488	Ecclesiae administratio cui- que pastori ut conveniat	225
Ecclesia super quem admi- nistrata	246 247	Ecclesiae propagatio	757
Ecclesia fundata est supra vnum Christum	421	Ecclesiae gubernatio	226
Ecclesia prima defecit à Deo	721	Ecclesia quales lege conde- re possit	488
Ecclesia defecit cum Aaro- ne Pontifice	728	Ecclesiae vera discipula à quibus exacte hoc ob- seruetur	423
Ecclesiae conditio misera	755	Ecclesiae vera membra	737. 738
Ecclesiae notæ ex Bellarmi- no 749. 750. deinceps		Ecclesiae veri Episcopi aut membra	738
Ecclesiae nota 740. 744 745. 746		Ecclesie duæ in Papatu	688
Ecclesia pastorem dimitte- re potest	340	Ecclesiasticæ accusatio dif- feri à civili	499
Ecclesia in conciliis aui- dex Scripturæ	60. 61	Ecclesiasticæ carum rerum ca- ra penes quos esse debeat	609
Ecclesia columna veritatis		Ecclesiasticum regimen vni- de probandum	216. 217
		Ecclesiastici liber an Cano- nicus	

INDEX.

- | | |
|--|---|
| nicus in an Solomonis 121 | 219 |
| efficacitas doctrinae 729 | Episcopi omnes dignitate pares 240.241 |
| Efficacitas erroris 779 | Episcopi omnimodo Eccle
siae praesse non debent
223 |
| Electio nis nota 744.745 | Episcopos solos adesse de
bere Conciliis 599.&c. |
| Electio nium ratio 220 | Episcopi fideles nō possunt
de sede eicere principem
suum summum 546 |
| Elias venturus 360. 367. 368 | Episcopi Romani autoritas
mera tyrannis 520 |
| Emanatio in diuinis 119 | Episcopi officium quale di
cat Bellar. 426 |
| Emanatio personarum 124 | Episcopi non sunt soli pa
stores 603 |
| Enochi liber 79.97 | Episcopi Romani assensus
in Conciliis 56 |
| Ephesina Synodus secunda
622 | Episcopi omnes non sunt
audiendi 635 |
| Episcopus quis 274 | Episcoporum & Leuitarum
discrimen 550.551 |
| Episcopi nomine quid si
gnificatur & contineatur
604. Act. 15.22. 604 | Episcopi habēt iurisdic
tionem à Deo non à Rom.
Pontifice 520 |
| Episcopus Romanus. Vide
Pontifex. | Episcoporum autoritas 222.
222 |
| Episcopus & presbyter i
dem 225 | Episcoporum iudicium de
Scriptura 58 |
| Episcopi 763 | Episcoporum ius immi
nuit Bellarm. 231. 232. de
numero Episcoporum in
Concilio 629 |
| Episcopi nomen quid signi
ficat apud Ethnicos 425 | Episcoporum iurisdic
tio pendat. ne à Papa im
mediatè 515 |
| Episcopus vniuersalis 238 | Episcoporum regimen 233 |
| Episcopus cogit seruare le
ges 511 | Episcopi solebant coronari |
| Episcoporum ordinandorū
norma 764 | |
| Episcopus non potest prin
cipatum Ecclesiasticum
& politicum exercere
559.560 | |
| Episcopus an possit esse iu
dex & Ecclesiasticus & se
cularis 578 | |
| Episcopi Christiani pleri
que rudes 628 | |
| Episcopi Romani dare est
& auferre 519 | |
| Episcopi à quibus electi | |

INDEX.

re & imperatores	555	EXAMEN definitionis eccle-	
episcopi primi sedent in		siæ à Bellarm.allatæ	687
Synodis	556	EXCOMMUNICARE possunt	
episcoporum est monere		veri pastores	512
Reges	542	EXCOMMUNICATIO	694
episcopi errarunt in acci-		EXCOMMUNICATIO facta à	
piendis, & Imperatores		Paulo	498
in faciendis donationib.		EXCOMMUNICATIONIS eccle-	
567		siasticæ verum exemplū	
episcopatus vnus	232	549	
episcopatus 2 ^{or}	261	EXCOMMUNICATIO ex iuris-	
Errare an possit ecclesia	633	dictione ecclesiastica	549
error vetus 21. in codicibus		EXCOMMUNICATIO est epif-	
Hebræis, vel Græcis	24	coporum	542
error Bellar.	681.735	EXCOMMUNICATUS	694
errat Bellarm. in numero		EXCOMMUNICATUS sit necne	
conciliorum à suis proba-		in ecclesia visibili	694. in-
torum	587	uisibili	695
error Bellar. de S. Scriptu-		EXEMPLA malè producta	
ra	723	498	
errores duo Bellarm.	509	EXTRAORDINARIUM non facit	
error Bellarmini in discrim-		regulam	516
ine muneris episcopa-		EXTRAORDINARIA autoritas	
lis & regij	425	Pontif.	580
errores aliquot Alexandri		F	
iiij.	474	FAllacia monachorum	
Essentia in diuinis non ge-		in supponendis libris	
nerat essentiam	115	467	
ethnicorum oracula	790	Falsi episcopi	712
euangelium quomodo per		Falso quidpiam quomodo	
orbem prædicatum	364	explicetur	172
euangelium tectum non-		Felix ij. Pont. Ro. hæreticus	
nullis	45	461	
euangelium dicitur etiam		Felix exitus è vita an eccle-	
lex	4	siæ nota	792.
eugenius fraude papatum		Felicitas temporalis an ec-	
vsurpauit	732	clesiæ nota	793
eugubinus episcopus	241	Festum encaniorum à Chri-	
eugubinus episcopus	301	sto probatum	504
		Festo	

I N D E X.

Festorum enumeratio	507	Francorum Reges se imperatoribus non submitunt nisi ex benivolentia	556
Finis festorum legalium quis sit	504	Fridericus Imp. ab Alexandro iij. reiectus	475
Fides moralis	713	idem Fridericū Imperatorē de sede deiecit	475
Fides iustificat	768	Fundamenta quomodo dicti Apostoli	238
Fides non videtur	726	Futurorum prædictio	789
Fides qua re nititur	244	G	
Fundamentum fidei	775	Gama dux	702
Fides historica & Catholica	304	Gangrense concilium prohibuit esum sanguinis	594
Fides alia historica, alia iustificans quam non nouit Bellarminus	410	Gelasij errores aliquot	462
Fide an possit destitui Eccles. Rom. particularis	738	Generare & Generari in diuinis	117
Fides publica violata	625	Genitum & Ingenitum in diuinis	116
Fideles sunt petra	245	ex Gentibus religionē professi extra Dei verbum	96
Fideles parere debēt magistratui	497	Gentilis	768
Filius Patri subiiciendus quomodo dicatur	111	Gentilis Bernæ cœsus	102
Filius in diuinis an possit generare	117	Gerisonis dictum	149
Filij vox pro natura, non persona	128	Gog & Magog 403. populi	404
Filij oleæ	369.373	Gothi locustæ	423
Filij Dei quidam secundum prædestinationem qui tamen non sunt Ecclesiæ membra	736	Græca Ecclesia	127
Flavianus episcopus pius occisus in synodo Ephesina secunda	621	Græca lingua Scriptura lecta apud Syros	34
Franciscanorum doctrinæ aliquot capita	477	Græcis Ecclesiis insultat Bellarm.	347
Francofordiense Conciliū Nicenum damnauit	651	Græcè tantum eum Apostoli scripserint	33
Francorum in Syriam expeditio	795	Gratianus contrarius Bellarmino	607
		Gregorius pontifex Imperatori subiectus	334

INDEX.

Gregorius VII. summus hereticus	483	Hermannus	618
Gregorius I. II. & VII. iulianum acceperunt ab imperatore	580	Hieremias diuinis honoribus cultus	788
Gregorius 3. Leonem 3. Imperatorem excommunicauit, & regno cecidit	545	Hieremias vox pro Zacharia	7
1. Cor. 6. 1. 2.	545	Hieronymus Pragensis	214. & 615
Gregorius tertius diuortium concessit	460. idem hominum defunctorum statuas colendas iussit	469	Homo pro humana natura
Gubernatio Ecclesie penes quos	226. vide Regimen.		129
Gubernatores qui	225	Homo peccati, Antichristus	358
H		Homines posse suis mandatis animas ad æternas penas mittere contendit	
H Aereses ubi magis dicitur	768	Bellarmin.	510
hereticus quis Bellar.	83	Honorius	794
hereticus sit ne de Ecclesia	691	Honorius Imperator	367
hereticus quomodo vitandus	345. fuisse iudicio damnatus	545	Honorius primus hereticus
heretici cur vocemur à Pontific.	772		446. 483
Harmagedon quid	386	Hora quomodo sumatur	377
Hebræus textus quomodo retinendus	320	Hostas Cordubensis Episcopus præfuit I. Concilio Niceno	615
ad Hebræos epistola 13. an Pauli	14	Humanitas Christi non æqualis Deo	133. 134
Hebraicos codices turbidos vocat Bellarmin.	29	I	
Heli typus Christi	562	I acobus præest concilio Hierosolymitano	65. 614
Heli fuit & Iudex & Sacerdos	562	Iacobum Petro præfuisse	277. & 278
Henricus Stephanus	686	Idiota quis	37
Heraclius	794	Idololatria quando nata	12
		Idololatriæ antiquissima origo	753
		Iephihc	569
		Ieiunium quadragesimæ	74
		Ieiuniorum sanctio	501
		Ieiuniorum definitio ex Patribus	

I N D E X.

Patribus & conciliis	502	christi	384. & 385
Ieiuniorum superstitio	771	Infalibilitas P. Romani	452
Iesuitæ cur Pontificem ca- put Ecclesiæ faciunt	241	Infalibilitas in Concilio an dari possit à Romano Pontifice	661
Ignorantia Bellarmin.	96	Inferi quid	169
Ignorantia in Christo. an peccatum 152. Vide Ani- ma Christi	p. 153	Inferi Christi	164
Ignota sibi exponit Bellar- minus	381	Inferorum nomine Christi cruciatu	176
Illyricus de Antichristo		Inferni figuræ sub lege	165
362. 395. 409		Infideles occulti	737
Imago Dei in nobis amif- sa	369	membra Ecclesiæ	708
Imaginum cultus	773	Infinitas in diuinis attribu- tis	118
Imperij Romani diuisio		Ianocentius iij. Iudaïsans	
365. euersio	366	475. eiusdem errores gra- uissimi	ibid.
Imperij vacantis guberna- tio ad quem pertineat	538	Insulæ occidentales & o- rientales	781
Imperator quomodo Eccle- siæ ouis	333. 594	Interpretari Scripturâ quid sit	31
Imperator sedit primus, sed quo respectu	556	Interpretatio Scripturarum	42. 49. 53. 681
Imperatores Constantino- politani	794	Inuenta hominum in cultu diuino damnat Deus	507
Imperatores cur recusarint præesse Conciliis	616	Iohanna, dicta Iohannes 7.	428. 757
Imperatores Constantino- politani imaginum cul- tum prohibuerunt	627	Iohannæ Papisse statua Ro- mæ collocata	439
Imperatores quatenus tri- buerunt episcopis ius de- cernendi de controuersis Ecclesiasticis	57	Iohannis vita longæua præ- dicta	272
Indulgentiæ	778	Iohannis corpus deportatû Constant.	285
Indulgentiæ inuentum Pô- tif. Rom.	406	Iohannes Hussius 214. 625. prædicatio Hussij ad quid referenda	374
Inepta multa Bellarmini do- patre, matre, patria Anti-		Iohannes xxii. animas mor- tales censuit	479
		Ioannes xiii. Campanas ba-	

I N D E X.

ptizauit 471. eiusdem vita paucis descripta	ibid.	Laico in concilio quomodo credendum	58
Iohannes à Turre cremata	598	Laici & imperiti disputantes coercendi	611
Ioiada Pont. Summus	550. & 551	Latina versio	24. 28
Ionas Aurelianensis de idolis	653	Latina Bibliorum versio	27.
Iouiani errores	772	& deinceps ad 40	
Ira Dei	168	Latina lingua in Africa vsitata	34
Ira magistratus	497	Latinè scriptum elogium Christi	40
Israëliticæ Reip. forma	218	Legati pont. Rom. errare possunt	662
Iudæi an vsi traditionib.	97	Leo Iconomachus	362. 794
Iudæi verè Iudaizantes pauci fuerunt Christi temporibus	734	Leo primus	755
Iudæorum Ecclesia	738	Leo tertius	580
Iudex concilioru Deus	610	Leuitico Sacerdoti non licuit nouas leges conscientijs imponere	489
Iudex controuersiarum religionis quis	50	Leuitæ & pontifices potuerunt sub lege ea quæ non possunt Episcopi sub Euangelio	542. 550
Iurisdicctio temporalis perse non pertinet ad Pontificem	537	Leuitas Bellar.	349
Iurisdicctio Ecclesiastica	544	Lex Euangelica	502
Iurisdictionem Ecclesiasticam à politica non potest distinguere Bellarm.	578	Lex quomodo occidit	45
Iurisdictiones Episcopales fuerunt plerumque subreptitæ	566. & 567	Lex an facilis ad intelligendum	49
Iustorum animæ ante mortem Christi	169. 170	Lex Apostolorum de abstinentia à sanguine quomodo intelligenda	493. & 496
Iustificatio nostra	763	Lex de sanguine suffocato nullum habuit locum in Ecclesia Latina	494
Iustificatio nostra coram Deo	702	Legis Dei facilitas	64
L		Lex iniqua	609
L Laici admittendi ad Synodum	702	Leges Pontif. Deus detestatur 508. 1. Reg. 8. 69.	508
		Le-	

I N D E X

Leges contra Christianif- mum à quibus corrigendæ	542		
Leges pro decore à Paulo latæ non obligant con- ficientias	500		
Legum bonarum conditio nes	527		
Liber debet esse Concilij locus	621. & 622		
Libri facri multi amiffi	80		
Libri veteris Testamenti erroribus pleni ex Bellar- mino	23		
Libri Carolini	685		
Libertatis Christianæ tria effecta	505		
Libertatem Christianã ne- mo potest adimere	490		
Liberius Pont. fuit Arria- nus	460		
Ligandi potestas	257. 258		
Lingua ignota Scriptura fit-nelecta	33		
Lingua communis omniũ populorum non necessa- ria	35		
Linguarum donum	35		
Linus an Petri fuffeffor	292		
Lini laqueus	557		
Litera mortua quæ	4		
Littera occidere quo fenfu dicatur	3		
Lites ubi definiendæ	621		
Locuffæ Gothi	923		
Lutheri prædicationis ini- tium 373. Ngu.	783		
ſententia de Concilijs	582		
Lyranus	350		
		M	
		M Agiftratum potestas	221
		Magiftratus quomodo ſub- ditis imperent	223
		Magiftratus eſt eccleſiæ cu- ram habere	224
		Magiftratu parere debent fidelès	497
		Magorum miracula	786
		Mahumetana ſucceſſio	756
		multitudo	759
		Maledicentia Bellar.	186
		Mandarum Dei quomodo intellectu facile	48. 49
		Manna cibus mortuorum & cibus ſpiritualis	5
		Maozin quid	394. 395
		Marcellinus ſacrificauit i- dolis	460
		Marcianitarum hæreſis	150.
		Marcus euangelium ſcri- pfit	285
		Maria ſine peccato	702
		Maria virgo an abſque pec- cato	739
		Marianus Scotus	350
		Martinus damnauit coniu- gium diaconoru & præ- byterorum	468
		Martinus cultum diuinum in idolis ſtatuit ibidem. Chriſma magicum fieri iuſſit	ibid.
		Martyrem quid faciat	748
		Matæologiæ de nomine Antichriſti	329
		Matthiæ electio	221
		Mediator quid	191. 192

I N D E X.

Mediator homo Christus.	quando inuenta	75
194. quomodo Deus me-	Monachi	793
diator Christus	Monachi Papā fallunt	673
194	Monachoru collationes	37
Mediator Christus secun-	de Monarchiæ præeminen-	
dum quam naturam	tia disputatio	216
193.	Monarchica iurisdic-tio Ec-	
196.204	clesiæ	516
Mediator apud seipsum	Monarchicum non esse re-	
Christus	gimen Ecclesiæ	229. 230.
195. 97	& vide Regimen.	
Medius & Mediator	Monastica vota	773
190	Monophysitæ	194
Melchisedec. 560. 561. typus	Monumenta ærei vel lapi-	
Christi	dea	297. Mores Pontificio
ib.	rum	778
Mendacium impudens Bel.	Mores nostrorum	778
769	Mors duplex	165
Mendacia Bellar.	Mors æterna	166
348	Mors corporea Christi non	
Meritum Christi	sola satisfecit	165
207. 208.	Mors felix vel infelix non	
210	est Ecclesi. nota	792
Meritum cœli & meritum	Mortis crucis nomine quid	
primarum sedium	significetur	161
112	Mortem æternam an Chri-	
Meriti & merendi nomen	stus passus	166
221	Moriente capite moriun-	
<i>Μερίτις & μέρις</i>	tur & membra	523
190	Moschi populi	404
Metaphoræ distinguendæ	Moses <i>μοϋϋς</i> dictus	192
717	Moses politicum & Eccle-	
Metus Christi	siasticum regimen non	
167	exercuit 561. semel sacrifi-	
à Metu Christus exauditus	cavit	562
168	Mosis autoritas	53
Ministerij commendatio	Mosis libri inter Gentes	97
222. 223	Mulieres baptizantes	769
Miracula	Multitudo an ecclesia nota	758
783. & 784		
Miracula quæ ex Bell.		
787.		
vera		
788		
Miracula Vespasiani		
789		
Miracula Pōtificis		
786. Ma-		
gorum		
Ibid.		
Miraculis non eget doctri-		
na		
785		
Missã quid sit		
407		
Missã prima Gregorij		
174		
Missã canonis pars magna		

I N D E X.

758.659		Nugacitas Bellarmini	28, 99
Munus pastorum Ecclesia-		Numerus hominis	363
sticorum	579	de Numero & numeris	380
Mysterium doctrina Chri-			
stiana	87	O mnipotentiam non esse	
Mysteria Ecclesiastica non		petere Christo, ut ho-	
celanda	87	mini	157
Mytra papalis habet inscri-		Omnis potestas Christo	
ptionem meretricis	447	quomodo data	136.137
N		<i>ὁμοίωτος</i> vox & ὁμοίως	102
Nazianzeni dictum de		Opes immensa Ecclesiam	
Conciliis	642	corruperunt	564. & exitio
Neque Christum cum ana-		fuerunt	565
themate quid	444	distinctio Operis Dei & o-	
Nestorij error	119	peris diaboli	269
Nicolaus Sandecus	548	Opera Deitatis ad intra	118
Nicolaus Myrorum episco-		Opera meritoria quæ vo-	
pus	602	cet Bellarminus	415
Nicolaus I. sui ipsius præva-		Distinctio inter opera di-	
ricator	573	spositiva, & opera fidei.	
Nicolaus primus damnat		subsequentia fidem	415
in Episcopis temporalē		Opera fidei quæ vocet Bel-	
iurisdictionem	572	lar.	415
Nomina Papæ attributa		Opinio non mutat rerum	
346.347		naturam	798
Nominales	214	Falsæ opiniones Bellarmi-	
Notæ ecclesiæ 740. 741. di-		ni	599
uersa à nota electionis		Orbis partitio ab Aposto-	
744. 745. 773. 777. 779. 782		lis facta	264
783. & deinceps		Ordinum regni aut princi-	
Notæ ecclesiæ ex Bellarmi-		patus est deponere prin-	
no 749. 750. & deinceps.		cipem	547
Notitia visionis & intelli-		Orientalis Ecclesia	63
gentiæ	157	Ossa Petri & Pauli in puteo	
Noua vocabula in Theol.		reperta à Cornelio	460
disputationibus	113	Ouis Christi dupliciter	70
Nouitas quædam non re-		Oues & Agni	262
probanda	754	Oues Petro commissa	64
Nouus orbis	781	Oues verè homines reprobi	

I N D E X.

esse possunt 736. ex Bel.	errare possunt 733
Ozias Rex 548	Pastor agrotans quomodo fit pastor 427
P apa Romanus cur caput Ecclesiæ 243. Vide Pō- ntifex.	Pater cur dictus Roman. E- piscopus 333
Papa an sit supra Conciliū 666	Patres à Bellarmino repu- diati 403
Papa Rom. Errare non po- test 635	in Patres iniurius Bellar. 432
Papa an iudex esse possit cō- trouersiarum Ecclesiæ 53. 54. 55	Patres contradicunt Bellar- mino 497
Papa non potest subesse sen- tentię Conciliorum 673	Patrum dicta 289
Papa non potest à Concilio iudicari 683	Patrum scripta de primatu Pontificis 312
Papismus 780	Patrum testimonia aduer- sus primatum R. Pontif. 353. & 354.
Papistarum doctrina hære- sis 1	Patriarchales sedes quot. 275. cur lb.
Paphnutius 612	Paulus Apostolus immedia- tè 274
Paradisus 186	Paulus an Petro præferen- dus 278
Paradisus in inferno poni- tur à Bell. 183	de Paulo Petro maiore 282
Pascendi vox quid signifi- cet 260. 261. 262. 521	Pauli p̄ctura supra Petrum 279
Pascere oues Petrus iussus 259. 260. 308	Pauli & Petri corpora 285
Pastore: qui audiendi 635	Paulus an curam omnium Ecclesiarum habuerit 229
Pastores œconomi domus Dei 670	Paulo præputij cura data 264
Pastori Ecclesiæ administra- tio vt conueniat 225	Paulus Petrum arguit 331
Pastorum officium 424	Paulus quomodo excommu- nicauit 498
Pastores quales esse debeāt 179	Paulus nō imposuit legem conscientiis 499
Pastores Ecclesiarū refor- matarum 764. 765	Paulo famulitium tribuit Bell. 295
Pastores uisibilis Ecclesiæ	Pauli mors incerta 296
	Peccatum quid 512

Pecca-

I N D E X.

Peccatum est leges huma- nas conscientias adstrin- gentes seruare	511	petram 243.246.251.252
an aliquis sine Peccato esse possit	739	Petrum nō esse petram 244
Peccata malitiæ & infirmi- tatis	417	Fides Petri ex Bellar. 247
Peccatores sint-ne ex Eccle- sia	703	Petro dictum, vade Satana 250.251
Perfectio creaturæ duplex	152	Petrus ter à Christo inter- pellatus 259.pascere oues iussus 259
Perfectio in diuinis attribu- tis	118	Petro Circumcisionis data cura 263.264
Persecutiones ecclesiæ quā do cœperint	369	Petro non soli commissæ Ecclesiæ 263
Perseuerantia in doctrina	747	Petro-ne autore electi dia- coni 264
Personarum emanatio, arca num <i>ἀρκα τῶν</i>	124	Petrus sciuerit-ne Euange- lium promiscuè prædicā- dum 265
Petra sunt fideles	245	Petro prerogatiuas quas affingit Bell. 266.267.268. 269.270.271.273
Petro oues commissæ 55.64		Petrus soluere tributum cur iussus 270
Petro Scripturæ interpreta- tio commissæ	64	Petro-ne primo Christus à resur. apparuit 271
Petrus ab Apostolis repre- hensus	65	Petrus an à Christo baptiza- tus 273.creatus Episcopus 274
Petrus an præfuerit Conci- lio Hierosolymitano	228	Petri cum Simone certamē 274
Petrura cæteris non præfe- ctum	235	Petrum Romæ fuisse 275
Petrus à Paulo reprehensus	240	Petri primatus 276.277
Petro quæ data potestas 236		Petrus petra dictus, fidei re- spectu 277
an omnium Ecclesiarum cura ib. & 237. & 239.		Petro potestatem quam af- fingat Bellar. 277
Petrus an aliis Apostolis subiectus	263.265	inter Petrum & Iacobum comparatio 279
Petrus an constitutus caput Eccles. 243		Petri peccata 279
Petro dictum, super hanc		Petri pictura 279

I N D E X.

per Petrum ad Christū perueniri	283	tionem	456
Petrus fuerit. ne Romæ	284	petrus errauit in articulis fidei	457
285.288		phocas rapæ primatum cur dederit	316
Petri corpus, Centumcellis fuisse dicitur	285	phocas primatum pontifici cur concefferit	349
Petri cum Simone mago pugna	285	pictura vera Christi	163
Petri sepulchrum Rom. 285		pij & sancti in hac vita qui sint	417
Petro Roma fugienti Christum apparuisse	287	pipini donatio	363
Petrus quot annos Romæ sederit 288. vbi fuerit ad vitæ finem 289. Apostolus non Episco.	ibid.	pisanum Concilium	588
Petrus quando Romam uenerit incertum	291	platina, Polonus Sigibertus idonei testes	430
Petri successores	291	pœnæ damnatorum	167
Petri mora Romæ incerta	292.293.294	penitentialia Romanū	779
Petri & Pauli mors incerta	206	pontianus transsubstantiationis primus autor	459
Petri multi successores 302. vide successores		potificij pleriq; hæretici 55 de pontificæ. Bellar. contra dictio	66
Petrum non rexisse omnes Ecclesias 307.308		pontiani error de Cœna domini	419
Petrus Romæ mortuus 308		pontificis Romani commēdatio per Bellar. 212.213. Summus pontif. in Iudæos & Ecclesia typus Christi 440	
Petrus an episcopus	308	pontifex vnus Christus	231
Petri primatus vel personalis vel localis	309	pontifex Rom. in alias dioceses non habet ius	233.
petrus à Paulo reprehensus	331	non dominatum	234
Petrus an habeat à Christo principatum	333	pontifex Roman. an petro succedat	297.298.299
Petrus Regibus subditus	335	pontifices nō habere ius in ecclesiis	286
iubet honorari	ibid.	pontifex Romanus cur caput ecclesiæ dicatur Iesuis	241.242
Petrus abnegauit Christum & ore & corde	456	pontificis Romani ius	304
petrus errauit post prouisionem			pon-

INDEX.

Pontifex Romanus quatenus Petro successit	305	ni	536
Pontifices Romani an instituunt Episcopos.	313.	pontifex Rom. non potest principem extra suam diocesim excommunicare	541
do primus dicatur. Ibi exæquatus Constantinopoli.		pontificis R. esse conuocare Concilium	593
ib. Occidentalis Ecclesia sola illi attributa	320.	pontificis est cogere Episcopos	594
an habeant plenariam de omnibus potestatem	321.	pontifex Rom. quos eligit ad Synodum	600
322. in omnes Ecclesias primatum	322	pontifex in temporalibus subiectus fuit imperatoribus	627
Pontifex an vlli subiectus		pont. Rom. potest aut maiorem, aut minorem suffragiorum partem sequi	629
331-332. an à nemine iudicandus. ibid. an nulli parere	333	Pontifex R. ante Phocam	754
Pontifex an possit à quoquam deponi	340.	pontifices Romani 3. deponiti	331-343
factus hæreticus	342-343	pontifex an Petro succedat	348
Pontificis primatus à nominibus	346	pontifices ab imperatoribus iudicati	334
de Pontificis Rom. primatu	353-354	pontifices errare potuerunt ex Bellarmino colligere est	443
Pontificem Rom. esse Antichristum	354-355	pontifices ante Gregorium iij. non ausi sunt imperatores excommunicare	545
Pontifex an de controuersis Scripturæ sit iudex	53-54-55	pontifices meri homines	612
Pontifex Romanus nullo Concilio iudicandus	405	pontifex Rom. non potest dare Conciliis infallibilitatem	632
Pontifex errare potest	441	pontificia tyrannidi quauis aetate aduersari	215
Pontifex Rom. qua pontifex errare ne possit	493	pontificij volunt nos ludæis magis oneratos	506
Pontifex Romanus à Cardinalibus creatur	533	doctrina pontificiorum vera	
Pontif. Rom. non est totius mundi princeps	534	Apostasia & meretrix col-	
Pontif. Rom. non est dominus totius orbis Christiani			

INDEX.

locata super septem col- les	379	Pont. Rom. an sit caput ec- clesiæ collectæ	667
Pontifex ius facit sibi aufe- rendi regna	408	Pontifex an Petri successor	302
discordia Pontificiorū	775	Pontifices Rom. non exem- pti à potestate Regū	335.
Pontificum Romanorum pro se testimonia	311	336. 337. 338. 339	
Pontificum Rom. in suos e- piscopos decreta tyran- nica iudicata	559	Pontifex Rom. contraria Christo docet	421
Pontificum à Conciliis iu- dicatorum exempla	675	Pontifex an habeat lumen supranaturale	240
Pontifex Roman. possit ne iudicari	331	Pontifices hæretici	240
Pontifex Rom. non potest conscientiis leges impo- nere	486. & 487	Pontificum nomina qui in articulis fidei errave- runt	484
Pontificem ab Ecclesia pos- se reici	339. 340	Pontifex Rom. ex Bellar- mina nullam attingit e- piscopatus muneris par- tem	424
Pontifex quo iure Petro succedat	351. 352	Pontifex errare potest	632
Pontificis Romani potestas coactiva	526	Pontificatus Romanus	215
Pontificem errare non pos- se diabolicū dogma	402	Pope's duty quid	173
Pontifici licere ex minori numero si iudicare ait Bel- larmin.	612	populi excutientes iugum Papæ	780
Pontifex Auenione sedit	762	Potestas quæ Petro data	236
Pontifices Romani aliquot prestigiatōres & Magi	433	Potestas papæ in quo fun- data ex Bel.	674
Pont. Rom. dispēsant supra vetus & nouum testamē- tum	665	Potestas Petri ex Bell.	27
Pontifici limites præscribit Bellar.	237	Præcepta in scribendo Bell.	796. 797.
An possit Rom. Pont. gene- rales de fide controuer- sas definire	453	Præcepta euangelica per- fecta	580
		Præcursor Antichristi vni- uersalis episcopus	321
		Prædestinati sunt in gratia	737
		Prædicare quid sit 76. & quomodo iussu Apostoli ibid. & 80	

I N D E X.

- Prærogatiua Petri ex Bell. 267.268.269.270.271.272
 Prærogatiua Conciliorum ex Bellar. 654
 Prædicatio Euangelij per vniuersum orbem 364
 Præses ecclesiæ quis 228
 Præsidis in Concilio triplex officium 616
 Prædicatio Bellar. 351. & deinceps
 Preces pro aliquo factæ nõ conferunt primatum 273
 Presbyter & Episcopus idem 225
 Presbyterorum duo genera ibid.
 Presbyteri tempore Apostolorum 763
 Presbyteri sunt pastores 603
 Primatus Ecclesiæ 303
 Primatum dare cuius sit 313. 314. quo iure sibi illud Pontifices vendicant ibid. 317. 318. & deinceps
 Primatus Petro falso adscriptus 531
 Primatus Petro nunquam collatus 279
 de Primatu Petri. Vide Petrus
 Primatus Romanus 310. 312. 317. & deinceps
 Primatus Pontificis vnde capit 352
 de Primatu patrum scripta 312
 aduersus Primatum testimonia 354
 Primatus cur Romæ non debetur 290
 Primus vox æquiuoca 269
 Princeps in sua causa iudex esse non potest 622
 Princeps fidem Christianam ex pacto nõ seruans a quo deponendus 547
 Principatus quis & quomodo ad Ecclesiam pertineat 65
 Principes pij qui dicendi 564
 Priuatos non esse iudices controuersiarum Scripturæ 55. 56
 Priuilegium quãdo locum habeat 451
 Priuilegium Petri 445
 Processionis vox in diuinis 119
propheta pro *propheta* substituit Bellar. 262
 Prophetæ prophetis subiecti 37
 Prophetia obfignata 789
 Prophetarum interpretatio apud Iudæos 37
 Proregem habere Christone honorificum 239
 Prosperi versus de Roma 594
 Protestantes in Concilio Tridëtino inauditi damnati 621
 Prouocatio Romam. 327. 329. 330
 Prouocatio ad Romanam sedem 324
 Paritas verbi an cognita

INDEX.

difficilior ecclesia	742	Roma aliquando eiecit suos Pontifices	459
Q uestiones curiosa		Roma incensa	366
Scholasticorū 131.132		Roma & Romanus Pontifex ius suum aliquando amiserunt	451
R eges decem	366	Roma euerſa à Totila	450
Reales	214	Rome cur non debetur primatus	230
Reges quomodo ſuis dominari dicat Christus	235. 236	Romæ Christiani	284
Regū officia in Ecclesia	224	Romana Ecclesia	766
Regimen Eccleſiæ non monarchicum	229.230	Romanæ epitheton	799
Regimen Eccleſiæ eſt verè aristoeraticum	516	Romana ſedes prima	287. 288
Regimen eccleſiæ quibus datum	224	Romana ſedes multos annos vacauit	762
Regimen Eccleſiaſticum	216.217.219	Romana Eccleſia ſub Antipapæ	65
Regimen monarchicum in Eccleſ. dānat Christus	234	Romana verſio	27
De regno Antichriſti	401	Romanæ Eccleſiæ multitudo 760. & propagatio ibid.	
Regna ſunt à Deo	534	Romanæ, vt eſt nunc, Eccleſiæ initium	753
de Religionis controuerſiis quis iudex	50	Romanæ Eccleſiæ blaſphemie in Deum	127
Remiſſio peccatorum & operibus pœnitentialibus eſt ſecundū Pontif.	420	ad Romanā ſedem prouocatio	324
Reprobi non pertinent ad Eccleſiam	736	inter Romanā & Chriſtianā Eccleſiam collatio	752
Reprobati à Deo ſint. ne de Eccleſia	696	Romanus Epicoſopus. Vide Pontifex	
Repugnantia Bel.	676	Romanus Epicoſopatus & primatus	305.306.310
Reſurrectionis Chriſti vis vnde	198.199	Romanus Pontifex noua ſacramenta in Eccleſia inſtituit	406
Retinere peccata	253	Romanus Pont. à multis repudiatus	575
Roma, dicta Babylon	284		de
Roma ſedes Antichriſti	386		
Roma ſeptem collis	320		

I N D E X.

de Rom. Pontificis legatis	quomodo canonicus	17
ineptè loquitur Bell.	Sardicenses Synodi	328
Romani Imperij diuifio	Satan Petrus dictus	250.251
365. euerfio	Satanæ appellatio	310
Rom. epifcopi ab Impera-	Scheol. vox hebræa quid	169
toribus iudicati	Schismaticus indicatus an	
in Rom. pontif. contume-	lit ex ecclefia	692
liosus	Scholasticorû inter fe dif-	
Romanus P. quâ priuata	fenfio	214
perſona errare poteft	Sacra Scriptura	3
453	Scriptura ſacra	767
Rom. Pontifices actu erra-	Scripturæ veritas	29
runt	Sine Scriptura diu Deuſ	
S	cultus	78
S acerdos vnus ſummus	Scriptura quomodo differè	
in Lege	à traditionibus	94
Sacramenta noua à Rom.	Scripturane ex traditione	
Pontifice in ecclefia inſti-	iudicetur	81
tuta	Scriptura quæ Canonica di-	
406	cta	73
Sacramentorum dignitas	dè Scriptura contradictio-	
toti populo explicanda	nes Bellarm.	66
97	Scripturane ſufficiens ad	
Sacrificare quomodo Chri-	declarationem Salutis	79
ſto conuenit	Scripturane poſſit abſque	
197	cõmentariis intelligi	47
Salomon depoſuit ſummû	S. Scriptura iudex ſolus in	
Sacerdotem	conciliis	623
337	Scriptura ſola ſufficiens ad	
Salomon ſanctificauit a-	dirimendas controuer-	
triura	ſias	65
508	Scriptura ſola fidei regula	
Salus baptiſmo non con-	89. 90. 91. 92. hoc negat	
cluditur	Bellarmin,	93
690	Scriptura an ignota lingua	
Samuel Sacerdos extraor-	lecta inter Iudæos	31.
dinarius	32	
64	Scriptura diuina ante Mo-	
Samuel repræſentatus à Sa-	ſen	72
tana		
169		
Sanctitas eccleſiæ		
777		
Sanctitas quorundam Pon-		
tif.		
782		
Sanctorum inuocatio		
75. à		
quo inſtituta		
ibid.		
Sapientiæ liber an canoni-		
cus 11. an Solomonis 12.		

I N D E X.

Scriptura fidei regula tota, non partialis	98	Scripturam lingua vulgati lecta errores an pariat	35
Scriptura iudex verae inter- pretationis Scripturae	59	Scripturam allegati potius quam concilio creden- dum	244
Scriptura Latine-ne ab au- toribus scripta	39	Scripturarum interpretatio 42. obscuritas	43
Sacra Scriptura aperit fon- tes haeresion	409	Scripturas haeretici vrgent	85.86
de Scriptura legenda vul- gata versione, refutantur argumenta Bellar. a pag. 27. ad 38. Scripturae intel- ligentia	49	Sacra scripta	10
Scripturae fides vnde pen- deat	26	Scriptis hominum vt ere- dendum	149
Scripturae S. a falsa discer- nendi regula	67.69.70	Scriptis patrum vt creden- dum	175
Scripturae interpretatio cui commissa	64	Sedes perforata Pontificum	430
Scripturae autoritas ex Bel- lar. 62. vnde petenda	63	Sedes Antichristi ex Bellar- mino	386
Scripturae lectio 31. graeca lingua lecta apud Syros	34	Seditiones	399. & 401
Scripturae credendum po- tius quam concilio	149	Seniores posse Ecclesiam regere	227
Scripturae fontes quid Bel- larmino	39	Seniorum coetus	226. 227
Sacrae Scripturae nominant Romanum Pontificem quum de vero antichristo lo- quuntur	412	Seniorum decreta quatenus probantur	228
Scripturae interpretatio non est ab hominibus	663	Sententiae de Characterem Antichristi	382
Scripturae facilitas vel ob- scuritas	44. 45	Septuaginta interpretum ver- sio. 22. an ea vsu Apostoli	23
Scripturae controuersiarum quis iudex	50. 52	Sessio Christi ad dextram Dei	134. 135
		Seruetus	768
		Serueti error in quem labi- tur Bellar.	337
		Seruetus Geneuae sublatum	101. 102
		Silentes testes non proban- tur	429
		Sinus Abrahae	186
		Sinus	

I N D E X.

Sinus Abrahæ	180.183	Succesores Petri	291.309
Solutiones Bellarm. multæ		Summus pont. Iudzorum	
inæptæ ipso teste	617	an errauit ante Christi	
Spiritus Mosis	516	aduentum	680
Spiritus Aaronis	ibid.	Syluester secundus Magus	
Spiritus S. an spiratio	125.e-		472
manatio	125.126	Symbolū Nicenū ab Hosio	
Sp. Sanctus adfit ne omni-		scriptum	615
bus Concilii	633	Synodus Gangrensis	776
Spiritus S. mitti quomodo		Synodus Francoford. con-	
dicatur	122	traria Nicenæ	684
Sp. Sancti præsentiam Ro-		Synodus 2. Nicena reiecta	
mæ alligat Bellar.	449		587
Spiritum accepisse Christū		Non potest conuocari sy-	
non ad mensuram	158	nodus sine Magistratus	
Sp.S. Deitas 109. peccatum		summi consensu	525
in Sp.	109	Synodi possunt iudicare de	
Spiritum pro anima Christi		pontifice	626
capit Bellar.	172	Syricius coniugium voca-	
Spiritu orare	38	uit pollutionem	462
Spiritualia temporalib. præ-		T	
ferenda	541	littera Tau quid significet	
Stancari error	193.205		383
Stephanus sextus po.R. im-		Telesphorus instituit iei-	
piissimus	470	nium quinquagesimæ	458
Stipendium à meretricibus		Telesphorus superstitiosus	
	779		457
Successio Episcoporum	765	Templum Dei quomodo	
Successio episcoporum	761.	intelligendum	387
Rom. interrupta	762	Templi Dei nomine quid	
Successio personarum	756.	intelligat Bellarmin.	389
	757	Templa non sunt signa ve-	
Successione caret Rom. ec-		ræ ecclesiæ	731
clesia	757	Tempus quo verè manife-	
Absurdiss. arg. Bellarm ini-		stabitur Antichristus	380
de successione episcopo-		Tempora quib. ecclesia fuit	
rum	522	ferè inuisibilis	733
Successor Apostolorū quis		Terrenus dominatus episc.	
	764	non est bonæ fidei	569

I N D E X.

- Territorium Episcoporum**
 inæquale 518
Territorij inæqualitas non
 facit potestatem Episco-
 porum inæqualem 518
Territorij latitudo aut bre-
 uitas ex Episcoporum a-
 mbitione oritur 519
Tertullianus agnouit vn-
 ctionem eam quæ fiebat
 in baptismo nona confir-
 mationis 458
Tertulliani dictum 64
Testes duo 368.369
Testimonium hominum 27
Theodoricus Gothorum &
 Italiae rex Synodo locum
 delegit 595
Theodosius excommunica-
 tus ab Ambrosio 547
Theodosius leui de causa ab
 Ambrosio excommuni-
 catus 618
Theodosius Imperator de
 causa fidei iudicauit 618
Theodosij successus 794
Theologie concertationes
 quomodo tractandæ 61.62
Theologo turpe est sine
 textu S. Scripturæ loqui
 403
Theses aliquot Bellarmini
 contrariæ legib. Põtif. 533
Timuisse Christus quomo-
 do dicatur 167
Tittelmannus quos vocet
 Pontificios 411
Tittelmanni firmissima con-
 clusio de Antichristo 412
Totilas Romam incedit 366
Traditio quid 73. Traditio-
 nes ecclesiasticæ 74
Traditio Apostolica 17
Traditionis nomen quid
 complectatur 76.77. di-
 stinctio ibid.
Traditionis nomen à patri-
 bus quo sensu vsurpatum 96
 ex Traditione Deum colen-
 dum 78.79
 ex Traditione an scriptura
 iudicetur 81
Traditiones diuinæ, & Apõ-
 stolicæ 98
Traditiones Apostolicæ quo
 modo iudicandæ 88
Traditiones an aliquæ Pau-
 li non scriptæ 81.82. mul-
 tæ apud veteres Traditio-
 nes 82.83
Traditiones Ecclesiæ quæ
 admittantur 623
Traditiones humanæ 77.
 qua lege recipiendæ ib.
 & 78
Traditiones aliæ de politia,
 aliæ de articulis fidei 83.84
Traditiones pro fidei fun-
 damentis ponit Bellar. ac
 seipsum euertit 95
Traditiones Romanæ qua-
 les 88.89.90. inutiles 91.
 impuræ conseruatae 93
Traditiones Scripturæ ex-
 quat Bellar. 99. esse scri-
 ptas in libris ecclesiasti-
 cis 100
Traditionibus niti oportet

I N D E X.

re fidem ex Bell.	85.86.87	quibus spectanda	742.743
Traditionibus an vſi Iudæi	97	Veritas quæuis an doctrina diuina	70
Traiani anima	174	Verſio vulgata	26.27
Transgreſſores legum hu- manarum non peccant mortaliter	510	Verſio ſeptuaginta interpre- rum 23. Latina	24
Tridentinum conciliabu- lum non liberum	621	Verſionem ſuam Bellar. mo- dò probat modò reiicit	443
Turcæ Iudæi electi ſunt de Eccleſia	697	Veſpaſiani miracula	789
Tyrannis quando cœperit eſſe in Eccleſia	666	Vicarium ſuum nullû Chri- ſtus inſtituit	239
V		Vicarij miſſi à Pontificibus Rom.	322.323
Valentiniani primi re- ſponſum	595	Victor Romanus episcopus	306.322
Variatio auctorum	291	Vim vi pellere	678.& 682
Vaticinatio an Eccleſiæ no- ta	789.190	Vinum S. Cœnæ aqua miſce- ri poſſe conceſſerunt Pon- tifices	459
Vaticinia ethnicorum	790	Virgo Maria fuerit-ne ſola ſuo tempore Eccleſia	735
Vbiquitarios Bellar. perſe- quitur & idem probat	185	Virga paſtorum	448
Vbiquitas à quibus oppu- gnata	127	Virtus non requiritur ſed fides tâtum, inquit Bell. vt ſis mēbrum Eccleſiæ	735
Vera Dei Eccleſia in terris ſit-ne ſemper viſibilis	716	Virum aperto capite orare an ad ſalutē neceſſariû	97
Verbalis prædicatio de Chri- ſti naturis quomodo di- catur	130	Vnctio	75
Verbum Dei cur Dei ver- bum	53.58	Vnctio Chriſti, & ſanctorû vnctio differunt	148
Verbum Dei, reuelatum & ſcriptum	79	Vnio Eccleſiæ cum ſuo ca- pite	774
Dei verbum vnicum telum aduerſus errores	637	Vnctio contra Dei verbum	770
Verbum Dei non pendet ex hominum arbitrato	58	Vnctus Chriſtus à Deo	146. 147
Verbi prædicatio nota Ec- cleſiæ	741. eius puritas in	Vniuerſalis Episcopi no- men	238

I N D E X.

Vocabula noua in Theolog.	463	festum candelarum
disputationibus	113	missamque dicendam ver-
Vox Christi in Ecclesia	744	sus orientem iussit ibid.
Vocum Vrim & Tumim du-		& 464
bia significatio inter do-		Vualdenses trecentis annis
ctos	447	regnarunt
Vrim & Tumim difficilis		372
intricataq. expositio	482	VVittebergenſe Conci-
Vrim & Tumim Pontifici		lium
Rom. conueniunt	447	588
Vfucapio in diuinis	330	Vulgata versio
Vfurpationes tyrannicæ in		26 27. 28
ecclesiam	672	Z
Virgilius pont. Hæreticus		Zacharias papa
		316
		Zacha. filius Ioiada
		546
		Zosimus pontif. Rom.
		327.
		328. 329

FINIS.

AD ROBERTI



ROBERTI

SECRETARI

REPUBLICAE

GENOVAE

1578

GENOVAE

IN AEDIBUS

FRANCISCAE

LIBRARII

GENOVAE

1578

GENOVAE

IN AEDIBUS


FRANCISCAE

LIBRARII

GENOVAE

1578

GENOVAE





AD ROBERTI
BELLARMINI
DISPUTATIONES
THEOLOGICAS.

DE REBUS IN RELIGIONE
*controuersis Lamberti Danaei breuis re-
sponſio & examen.*

AD TOMVM PRIMVM.

Ad prefationem ſeu orationem primo Tomo prefixam.



Q UOD de Hæreticis, & hære-
ſi odio habenda, de iis, quæ ex
eadem eccleſiæ proueniunt,
incommodis, de remedio iif-
dem tollendis querendo præ-
fatur Bellarminus, id totum
eſt cuiusmodi, vt nos ipſi (quos
iſte tamen Hæreticos falſò eſſe putat, & contu-
melioſè nominat) illa vera eſſe fateamur, & cõce-
damus. Imo nos ipſi in Papiſtarum dogmatibus
conuellendis (quæ & erronea, & hæretica eſſe ex
Dei verbo sæpe antea demonſtrauimus) & extir-
pandis propterea laboramus, & ſatagimus, quoniã
Papiſtarum doctrina eſt pura puta hæreſis, quem-

admodum ex huius ipsius confutatione apparebit. Ergo & nos quoque Hæresin, & Hæreticos toto corde detestamur: vt nostrum in his ecclesiæ malis & venenis tollendis studium omnes lectores equi in nobis tam laudent, quàm in Bellarmino probabunt.

In eo tantū à Bellarmino dissētimus, quòd nos Arrianis, Sabellianis, Anabaptistis, & hereticis accenset magno animi errore, quū nos, nostramque doctrinā ex Dei verbo scripto apertè tueamur: & hos ipsos, quibus calumniosè annumeramur à Bellarmino, hæreticos plenius & luculentius confutemus, quàm ipsi papistæ. Id quod liquidò ex nostris scriptis apparet cuius, qui vel ea à primo limine salutarit, & viderit: adeoque in præfatione secundæ controuersiæ scribit & fatetur Bellarminus nostrorum opera, non suorum, & Seruietum, & Gentilem Arrianos & Samofatenianos, eorumque hæresin esse sublatam. Denique in fine cap. 2. lib. 2. controuersiæ 2. Caluinum nostrum suo G. Genebrardo sine circuitione præfert. Quod denique in eadem præfatione Bellarminus quædā ex Caluino velut ex lib. primo Institutionum Christianarum, cap. 18. sect. 4. lib. 2. cap. 16. citat, tanquā hæretica, ea ipsa & perperā ab hoc detorta locus ipse inspectus ostendet: & ab hoc eodem nequaquā fuisse (propter ipsius in nos odium) intellecta postea suo loco in huius operis examine demonstrabimus. Interea iudicium de his suum æquus lector suspendat, & ἐπιόχλω ex modestiæ & æquitatis præceptis retineat: ne ex præiudicio quodam iniquo potius, quàm ex ipsius rei veritate à quo-

à quoquam damnetur. Hæc benignè Lector, quæ postulamur, æquissima esse per te ipse, quisquis es, intelligis, & animaduertis, & facile, vt opinor, nobis concedes.

Ad disputationem Bellarmini de verbo Dei.

Ad Cap. I. & II.

Quod hisce duobus capitibus traditur prolixè, nimirum Sacram Scripturam à Prophetis & Apostolis traditam, esse Dei verbum, cui sit à nobis acquiescendum: & quæ Sacra Scriptura sit docenda in ecclesia, hoc totum & ipsi verum esse fatemur, & primi etiam istos docuimus, adeo vt quicquid hic affert Bellarminus, ex nostris. i. Caluini scriptis omne transcriptum sit. Id quod ex lib. primi Institutionis Christianæ cap. 1. 2. 3. 4. cum hoc vtroque capite collatione facile percipient & animaduertent omnes, qui vtrumque scriptum legent.

Ad Cap. III.

Quo sensu dicatur à Paulo *Littera occidere, Spiritus autem viuificare* 2. Corinth. 3. ver. 6. ne longa quidem acu, vel manu attingit iste. Putat Bellarminus litteræ nomine Legem ipsam à Deo Mosi datam significari, quoniam & scripta est, & leges, id est, præcepta de pie, sanctèque viuendo continet, & habet col. 10. L. A. quæ impleri non possunt à nobis, col. 7. L. C. Atqui & Euangelium quoque Pauli tempore iam erat à Luca scriptum, quemadmodum idem Paulus docet 2.

Corinth. 8. vers. 18. Quare si, quia quæpiam doctrina scripta est, occidit: occidet quoque Euangeliũ, quoniam & ipsum quoque scriptis mandatum extat. Quorum enim par est conditio, de iis idem iudicium fieri debet. Præterea habet etiam Euangelium leges & præcepta de piè, sanctè, iustè, & temperanter viuendo. Tit. 2. vers. 12. Id quod idem Bellarminus fatetur pag. 55. L. C. D. quæ impleri à nobis in hac vita non possunt. Vnde & Euangelium quoque lex Dei à Paulo nominatur Roman. 7. vers. 25. 3. vers. 27. Sed neque credere in Christum (quæ præcipua Euangelij doctrina est) quantum satis est, & perfectè possumus. Quale igitur hoc erit discrimen Euangelij & legis, in quo plane illa duo conueniunt? Denique & lex ipsa per Moysen data scriptaque, dicitur sancta, iusta, & bona. Imo etiam dicitur lex illuminare oculos, instaurare nos Ps. 19. Quomodo igitur illa nos occidit. Sed & fallitur homo iste, qui Testamentum ipsum Nouum i. ipsam scripturam de Christo editã nobis gratiã afferre scribit & putat col. 8. L. D. Quid igitur? Metonymica, Bellarmine, est tota ista locutio Pauli, & tropica: quæ neque de scriptura ipsa, neque de præceptis legis intelligitur: sed de Ministerio ipso externo, quo utitur Deus in Lege, vel Euangelio prædicando per homines. Quæcunque enim siue legis, siue Euangelij doctrina prædicetur, si Christi Spiritus in nobis agentis efficacitate destituitur, mortua, occidensq; littera & doctrina est. Sin autem à spiritu Christi in nobis efficax fiat tunc viuifica est doctrina. Ergo ad Christi beneficium commendandum (quod per Euangelij

gelij prædicationem patefit) illa Pauli sententia pertinet: ac proinde ad Euangelici Ministerij (in quo virtus illa & potentia Christi cuius credenti ad salutem manifestatur & declaratur Rom. 1. ver. 16. (laudem: nō ad scripturas ipsas & libros) in quibus vel lex, Mosis, vel doctrina de Christo, comprehensa est) discriminē. Sic idem Manna & cibus mortuorum Iohan. 6. ver. 31. & cibus spiritualis appellatur 1. Corin. 10. ver. 3. quatenus Christi spiritu & efficacitate destituebatur, vel vestiebatur in ijs, qui illud in deserto edebāt. Est ergo nō modo perplexa hæc Bellarmini solutio: sed etiam falsa, Nimirum legem Mosis (quæ est altera S. scripturæ præcipua pars) apertè damnans, vti litteram occidentem. Præterea merus est Paralogismus ab Æquiuatione, dum figuratam hīc locutionem pro simplici sumit, litteram pro ipsa legis doctrina: quæ de Ministerio prædicante quidem doctrina: sed Christi Spiritu destituto intelligi debet, iuxta illud Hieremiæ, quod ipse allegat, *Insulam leges meas mentibus vestris.* Hieremi. 31. vers. 31. 32. Hebr. 8. vers. 10. sed non intellexit. Verum Bellarminus ex Caluini lib. 1. Institution. cap. 9. sect. 3. vel Bezæ item paruis in Nouum Testamentum annotationibus discere hæc potuit, si tam bonos præceptores sequeretur, & patienter absque odio legeret. Εστὶ γὰρ καλῶν, inquit Prouerbiū, διδασκαλῶν κατὰ μαθήματα.

Ad Cap. IIII. & v.

QVæ in cap. IIII. & v. pluribus verbis de hæreticis cōmemorat, qui Veteris Testamenti

libros vel omnes, vel ex parte negarunt, crambe est toties repetita, vt verè mors sit. Præterea, quâ summo Dei Optimi Maximi beneficio, sepultæ sint hoc nostro seculo hæ pestes & extinctæ, quid eas ex Orco reuocare attinebat? & putidis istis iam cadaueribus bonas chartas maculare? Hoc enim est & otio suo, & Sanctæ Theologiæ nomine & laude abuti: quæ in iis, quæ planè mortua sunt reuocandis, (tanquã squillis è sepulchro euellendis) non versatur: sed iis quæ spectant *πρὸς ἐκκλησίας οἰκοδομὴν* persequendis immoratur.

Ad Cap. VI.

QVæ itidem hoc capite sexto longa, superuacaneaque narratione continentur, refricant duntaxat veteres hæreses plane iam iugulatas, vt illa venena potius suggerere, quàm abolere curiosis videantur. Verùm quid hoc fieri necesse fuit, quum sua cuique diei malitia, & sui cuique temporis nãui sufficiant: ad nos, nostramque ætatem iam plus satis aliis, & præsertim Papistarum erroribus coinquinatam, hos animi grauissimos morbos transmittere & traicere nihil erat necesse. Nam, inquit Plato, *ἔχθρα ἔφρα λαιδορῆσαι θεῶν*, aut vias maledicendi iam obtritas & obsoletas repetere, ac renouare. Denique quid hisce tot particulis 18. fuit opus, quum neque propterea hæreses in hoc argumento, iste quantumuis curiosus omnes enumerarit? Nam Rhetorianos, Lampatianos, Nepotianos & alios, quorum tamen Augustinus, Isidorus, & alij meminerunt prætermisit: neque piorum hominum studia (quorum aures tot hæ-

tot hæresibus offenduntur aut animi commotentur) adiuuant.

Quod denique Bellarminus censet Matth. 27. vers. 9. ex Augustino retinendam vocem Hieremiam pro Zacharia, fallitur procul dubio, quæ admodum ostendit Hieronymus in epistola de optimo genere interpretandi: item Eusebius lib. 20. Demonstratione Euangelica, Syriaca quoque versio antiquissima. Nam & errorem & mendum apertissimum quod per scribarum incuriam obrepfit, tueri velle, est, quemadmodum in tertia, secundæ inquit Thomas Aquinas, Sanctam Scripturam Atheis hominibus, & *ἐμπροσθεν* deridendam propinare. Id quod hoc loco Bellarminus manifestè facit.

Ad Cap. VII. VIII. & IX.

Quæ à Bellarmino cap. 7. 8. & 9. scribuntur, ea magis ad inanem animi ostentationem sui compilauit, quàm ad vllam ecclesiæ, aut pij vilius hominis ædificationem. Verùm suum conciliabulum Tridentinum, quo iure, quæve iniuria, tueri voluit, quia Papista est, & Paparum assecla seu assentator Monachus Bellarminus, in cœtu verò Tridentino sancitum fuisse putat, vt libri isti Apocryphi pro Canonicis, prout nunc Romani habent, toti reciperentur, *In omnibus sui partibus, & prout in ecclesia Catholica legi consueuerunt.* Quid si respondero ipse perperam à Bellarmino cœtus istius mentem intelligi: & verba hæc, *in omnibus sui partibus*, sumenda, de iis partibus quæ *verè sint istorum librorum partes*, non adiectitiæ, non falsæ,

non suppositæ (quales eæ sunt, quas Bellarminus retinendas putat.) Item verba hæc, *provt in Ecclesia Catholica legi solent*, esse interpretanda de Ecclesia verè Catholica, non falso sic dicta, magnam huic homini crucem fixero: & breuem ad omnia illius argumenta solutionem attulero: imo magno eum & omnes alios animi cruciatu liberauero. Nam vt suum illud Tridentinum decretum factum tectum teneat, multa falsa, multa inepta, multa aliena probare cogitur: velut quod col. 24. L. D. Iosephi sententiam aliis præfert lib. II. cap. 6. Antiquitatum, quam ipse eadem col. L. B. planè & verè refutat. Item quòd de libro Baruch agens, vt eum *ἁγιοποιῆσαι* & canonizet, temere tribuit eum Hieremiæ Prophetæ col. 26. L. A. Atqui hoc ipsum perspicuè refutatur ex ipso statim initio libri Baruch, qui hunc librum & à se, non ab Hieremia, & Babylone, non in Iudæa, vbi erat Hieremias, scriptum antestatur. Denique quòd col. 28. L. D. negat ea ipsa Danielis capita quæ defendit, esse veri Danielis & Prophetæ, & eius ipsius, cuius facta est ab Ezechiele mentio cap. 14. & tamen idem Bellarminus col. 26. L. C. affirmat ea ipsa capita esse veri, Danielis & Prophetæ, ac propterea canonica scripta. Quid quòd Bellarminus non animaduertit quum ista scripta & capita à Patribus citantur, non vt canonica scripta. sed vt historica duntaxat proferri? Id quòd ex M. Kemnitiono discere potuit, quemadmodum ex eodè transcripsit magnam autoritatem ex Patribus, quos citat, partem Bellarminus tacito nomine, quòd est hominis plagiarij. Verùm iste falsum tueri maluit,

maluit, quàm nihil dicere, aut nobis vera sentientibus non contradicere: alioquin sibi tutò Romæ esse licere non putavit.

Ad Cap. x.

HOctoto capite quàm longo contendit Bellarminus duos esse hos libri alicuius pro Canonico admittendi modos, I. Si quispiam ex patribus eum librum vel diuinum, vel Canonicum appellarit col. 31. L. D. II. Si aliquod concilium generale librum eiusmodi ex aliquo hominum fide dignorum testimonio inter Canonicos annumerarit col. 32. L. A. Vtraque hæc libri pro Canonico agnosceudi via, falsa est, & Elenchus, A non causa pro causa. Neque enim vnus alicuius Patris & ecclesiastici scriptoris iudicium priuatum hoc efficere potest, aut vera est causa, cur liber aliquis sit canonicus: neque itē totius generalis alicuius concilij autoritas super hominum quorūdam testimonio fundata, & ex eo pendens, potest aliquod scriptum ex non Canonico facere canonicum, neque causa esse tantæ dignitatis. Alia enim est canonici scripti à non canonico distinguendi verissima nota & certissima, quam nos docuit Christus quoque, & quam Bellarminum (qui eā ignorat) suo loco docebimus. Quis autem nescit priuatum alicuius hominis iudicium etiam scriptoris Ecclesiastici, nequaquam idoneam esse libri alicuius in canonicorum gradum euehendi causam: præsertim quum aliorum itidem scriptorum ecclesiasticorum iudicia illi opponantur? Neque homines eam autoritatem ha-

beant, neque ipsa adeo cōcilia solo hominū testimonio nixa? Id quod totidem verbis docet etiam etrus 2. epist. cap. 1. vers. 20. quæ sunt Sacra scripta, ea neque priuato cuiusquam iudicio, neq; hominum voluntate stare, niti, nec ex ea pendere.

Præterea non animaduertit Bellarminus saepe & Canonicos & Diuinos libros eos appellari à Patribus qui legebantur in ecclesia, & de historiis ad Dei ecclesiam pertinentibus agebant, vt ab Ethnicis libris, & iis qui in ecclesia nunquam legebantur, distinguerentur, vt docuit eruditè M. Kemnitius.

Ad Cap. XI. & XII.

Verissimum illud est, frustra fit per plura quod fieri potest per pauciora. Quare certa aliqua, eaque indubitata librorum Canonicorum diiudicandorum nota initio totius istius disputationis, & statim post caput primum fuit à Bellarmino proponenda, ex qua velut ex lydio lapide probum aurum, sic libri Canonici à non Canonicis verè & facilè discernentur. Verùm quomodo eā Bellarminus traderet: quā & ipse, & omnes scholastici prorsus ignorāt? Itaq; misero, & infelici labore per singula iam ire cogitur, vt ostendat ea esse scripta Canonica. In qua tamen ipsa methodo Bellarminus vbique paralogismum, A Non caussa pro caussa, vt dixi, committit, ex hominum iudicio & nutu Canonicum quid definiendum esse affirmans: & in ipsis ad obiectiones firmissimas aduersus se responsionibus, solis coniecturis nitens, velut col. 33. L. A Vix credibile est. col. 37. L. D. Vel dubiis omnino, fundamētis. Denique

nique quò plus sese fidem hisce libris Apocryphis astruere putat, detrahit, & incertos, imò incertiores lectores quàm antea, reddit & dimittit. Præsertim quàm ipse idē col. 62. L. A. doceat ex Clemēte istos libros esse apocryphos non Canonicos.

Ad Cap. XIII. & XIII.

Eodem vitio laborant & morbo duo hæc capita, quo superiora, Nimirū vt ex priuato quorundam iudicio autoritatem Canonicam libro Sapientia, & libro, qui Ecclesiasticus dicitur, tribuat Bellarminus. Imò maius hîc vitium & infirmius argumentum est Bellarmini, quàm suprâ, propterea quòd ad hos libros duos canonizandos nullum concilium, quemadmodum in superioribus confirmandis & commendandis, citat & profert. Ergo est Paralogismus hîc quoque, A non causa pro causa: item A non consequenti. Nec enim sequitur, vt si nonnulli ex Patribus ad tuendam suam sententiam hos libros Canonicos appellarint, isti libri propterea euaserint Canonici. Denique & hîc, & vbique in tota disputatione de libris Canonicis est Paralogismus à Dicto secundum quid ad dictum simpliciter, quem inducit magna vel ignorantia, vel malitia Bellarmini. Patres enim nonnulli eatenus duntaxat hos libros Canonicos vocant, quatenus quædam sententias ex Canonicis libris descriptas, aut cum illis consentientes habent: non autem eos Canonicos ἀπλῶς, & absolutè & ex omni sui parte esse volunt, quales agnoscunt libros Prophetarum, & Apostolorum. Quo argumēto vtitur ipse-

met Bellarminus col.57.L.A. quum agit de libro Enochi. Porrò quòd Sapientiam, & Ecclesiasticū tribuit Salomoni Bellarminus, omnino refutatur ex ipsa librorū prima pagina. Quod pag.39.L. A Caluinū arrodere conatur, in eo apparet quàm sit cæcus. Nam ex ipsis Caluini verbis ab eo citatis, vt verè senserit & scripserit Calvinus omnes vident : falsūque est omnino Belus, cuius prophani scriptores & historici meminerunt, vixisse ante idola reperta. Scribit enim Epiphanius idololatriam sub Thare Patre Abrahami natam circa annum mundi 1870. At Bélus iste, qui fuit Pater Nini illius, (cui nupsit Semiramis) vixit circa annum mundi 1940. Verū fallitur iste, quòd quum plures Assyriorum reges dicti sint Beli, imò etiam aliarum gentium, vt Phœnicum (vnde illud est apud Virgilium Æneidos lib. 1.

Genitor tunc Belus opimam

Vastabat Cyprum.) Bellarminus eos confundit, & eum, cui à Nino filio viro Semiramidis, erecta fuit statua, putat ante Abrahamum vixisse col.39. L. C. quod est tralatitium. Sed oportuit eum vel mendacio conficte Caluino cōtradicerere.

Ad Cap. xv.

DEstituitur in libris Machabeorū canonizandis, præcipuo suo fundamēto Bellarminus, nempe Synodorum autoritate. Itaque ad paucorum priuata iudicia recurrit, quibus aliorum, velut Hieronymi, Gelasij, Melitonis Sardicensis : item Synodorum ipsarum, velut Carthaginensis cui ipsemet Augustinus interfuit (à quo tamen
vult

vult iste hos libros pro regula fidei statuenda canonicos probari) & Laodicensi Concilij iudicia opponimus. Denique etiam Solē ipsum minime lucere dixerit Bellarminus in ipso meridie, qui tam veras, certasque obiectiones eludere, & suis diuinationibus obscurare nō soluere hīc, voluit. Qui Bauium non odit, amet sua carmina Næui & Bellarmine, tam es ineptus.

Ad Cap. xvi.

DE his scriptis, ea planè Canonica esse, nobis omnino cū Bellarmino constat. Itaque valdè miramur hominem istum (qui col. 47. L. B. Erasmus & Caietanum suos magistros tam imperiosè arguit, & damnat, quòd quæstionem de epistola ad Hebræos iam olim sopitam iterum in lucem reuocarint) non videre se suo ipsius gladio iugulari, qui longiore adhuc tempore sepultas, imo iam putidas quæstiones de Marci, Lucæ, Iohannis Euāgelicis aliquot capitibus, velut cramben toties appositam, recoquat. Nam turpe est doctori, quum culpa redarguit ipsum. Sed Academicorum more, homo iste etiam certissima quæque quater, & in dubium vocare voluit, vt infirmi homines de nulla S. Scripturæ parte statuere aliquid non possent. Atqui istos Academicos, & semper quærentes damnant, & Paulus 2. Timoth. 2. & Augustin. ædito in eos opere.

Ad Cap. xvii.

Quanquam nobis planè de authoritate epistolæ ad Hebræos, eam esse verè Canonicā,

conuenit cum omnibus: tamen eæ, quas Bellarminus affert hîc, rationes id nequaquam probant: imo sunt Paralogismus illi solitus, A non causa pro causa. Sumuntur enim ab isto, non à vera Canonorum librorum nota, sed duntaxat à priuato quorundam patrum iudicio, cui aliorum opinio contradicit. Quòd autem esse hanc Pauli Apostoli tam liquidò iurat, & tam pertinaciter affirmat Bellarminus, bis peccat. Primùm, quòd iis ipsis authoribus fidem detrahit, quos antea pro sua de autoritate huius epistolæ sententia, confirmanda adduxit. Itaque secum pugnat col 48. L. A. & C. & D. Deinde quòd solutio contrariorum argumentorum ab hoc facta longè incertior est, atque obscurior, quàm obiectiones ipsæ, quæ sunt perspicuæ. Denique neque locum istius epistolæ, cap. 6. neque eum, qui est de virga Aaronis, & Vrna Mannæ, vbi nimirum erat, intelligit: sed vtrumque hoc à nostris, Caluino, Beza, Iunio, Bellarminus discat, ad quos eum remitto. Nec enim iam mihi vacat Bellarminum ista docere. Ergo ex Hieronymi consilio debuit iste priùs discere, quàm docere in Ecclesia.

Ad Cap. xviii.

ET hîc quoque aduersus Bellarminum militet nobis, quod sibi aduersus Erasmus & Caietanum col. 47. L. B. voluit militare, vt inanem eorù laborem ostenderet, iam olim sopitam, inquit Bellarminus, quæstionem reuocant in lucem, & col. 58. L. A. damnat Erasmus, quòd anxie quærat rationes dubitandi in Apocalypsi. Quem eundem

dem laborem in epistolis Iacobi, posteriore Petri, duabus Iohannis posterioribus, & Iudæ canonizandis inutiliter, anxie tamen ac pueriliter sumit. Quis enim de iis in epistolis hodie contentiosè agit, præter hunc, vt ingenij sui acumen ostentaret, & omnes S. Scripturæ partes in dubium reuocaret, ne vlla certa & indubitata esse crederetur: sicque piorum præsertim infirmorum, fides nutaret. Cæterùm & hic quoque Paralogismus est, *A non causa*, quia non veram Canonici libri agnoscendi notam profert: sed priuata hominum duntaxat iudicia. Locum epistolæ Iacobi cap. 2. de iustificatione ex operibus nõ intelligit. Meritum de congruo contra suam disciplinam in sua solutione tollit col. 55. L. A. & bona opera præparatoria. Denique suum Caietanum miserè & duriter flagellat col. 53. L. A. pag. 57. L. B. eumque Caluino, & quidem meritò postponit vi veritatis motus: & Calvinistas, (in quorum odium sudorem tantum & laborem exantlauit) tamen laudare & defendere cogitur: tanta nimirum vis est veritatis, vt suos hostes etiam inuitos ad se pertrahat, & domet.

Ad Cap. x i x.

Hic quoque vitium est argumentationis, & Paralogismus, *A non causa pro causa*. Nam etsi verum est Apocalypsin Iohannis esse librum Canonicum, ex iis tamè rationibus neutiquam id efficitur & euincitur, quas affert hoc loco Bellarminus: potiùs rē confessam in dubium & ius vocat. Ergo est

& hic quoque labor istius hominis & inanis, & tamen anxius est.

Ad Cap. x x.

NE Bellarminus vno telo Patres omnes iugulasse videretur, quorum nemo vnquam repertus est, qui nō aliquos libros esse Apocryphos affirmet, (quos autem illi vocant Apocryphos, iste Canonicos facit tamen) rima aliqua fuit excogitanda, qua elaberetur Bellarminus. Hæc autem est, quod quisquilias ex illis & particulas quasdam colligit, quas iste solas libros Apocryphos appellat, & à Patribus ait fuisse appellatos. Has igitur solas negat esse Canonicas. In quo tamen ipso & à suis confutatur, & æstuat in contrariis obiectionibus soluendis, & Paralogismum illum suum perpetuum, A non causa quoque admittit. Nec enim libri non Canonici à Canonico discernendi norma est hominum autoritas: sed vera quædam eius rei nota. Deinde futili fundamento vitur, *Probabile videtur.* pag. 61. L. B. Rerum veritatem negat in duobus posterioribus Esdræ libris, pag. 62. L. D. tuendis, dum ait Patres in his libris secutos esse Hebræos.

Totius libri primi examen & censura.

Multa, eaque grauissima, in hoc primo libro vitia, sunt à Bellarmino facta. Primum est *Αμειβοδ' εσα*. Nam primum omnium veram librorum Canoniorum à non Canonicis distinguendorum notam proponere debuit, ad quam, velut ad Lydium lapidem, singulos, de quibus quæritur
libros

libros examinaret. Nam quod in fine huius libri col. 62. L. A. candē ait *ecclesiam, qua post Apostolos fuit, non aliunde didicisse, qui libri sunt Canonici, & qui non sint, quam ex traditione Apostolorū, ac proinde hominū, hoc falsum est.* Est enim alia nota, eaque vera: deinde commētitiū, quum in nullo Apostolico scripto numerus librorū Canonicoꝝ definiatur. Traditio autem ista, quæ nullo scripto Apostolico nititur, merè commentum est hominum, & robusta fraus.

Secundum Bellarmini vitium est falsum in argumentando. Omnes enim istius cōclusiones habent perpetuum Paralogismum & non causa pro causa, sic, Patres nōnulli, aut concilia ex hominū nonnullorum priuato iudicio. N. Librum Canonicum appellant, ergo est verè Canonicus. Nec enim hominum autoritas, sed vera nota facit librū aliquē Canonicum. Itaque ipsemet Bellarminus hanc suam argumentationem eludit col. 60. L. A. dum sic scribit, *De libris istis pauca dicamus, qui tamen si nonnullis Canonici visi sunt: tamen iure, ac merito non Canonici, sed Apocryphi nominantur.* Eodem modo ipse docet Genebrardū sodalē suū vitiose colligere de lib. 4. Esd. col. 61. L. B. legat̄ locus.

Tertium Bellarmini vitium in tota hac disputatione variè sparsum sunt alij duo Paralogismi, quos admittit. & sequitur pro veris syllogismis. Quorum primus est ab Amphibolia seu Equiuocatione. Non videt enim *Canonicum & Diuinum* à Patribus appellari primū & generali significatione quicquid prophano & Ethnico scripto opponitur, Ergo Sapientia liber Canonicus & diu-

nus dicitur, quia pulcherrimas & utilissimas, non
 autem profanas & impias sententias continet.
 Hanc generalem istarum vocum notionem agnos-
 cit tamen etiam inuitus ipsemet Bellarminus col.
 60. L. A. Sed & Canonicum ac Diuinum quoque
 vocatur à Patribus peculiari significato illud dú-
 taxat scriptum, quod habet veram Canonici no-
 tam: ac proinde ex quo fidei nostræ & doctrinæ
 confirmatio per se & tutò petitur, & sumitur. Al-
 ter Bellarmini Paralogismus perpetuus quoque
 est, Quòd à Dicto secundum quid ad dictum sim-
 pliciter argumentatur. Patres enim eos, de quibus
 iste tam prolixè disputat, libros canonicos agnos-
 cant ex parte tantùm, nempe quatenus nonnullas
 sententias habent cū verè canonicis scriptis con-
 sentiètes: ex alijs autem partibus, aut ἀπὸ τῶν & ab-
 solutè nequaquam canonicos esse censent. Sic
 ipse hic col. 57. L. A. B. Librū Enochii vocat cano-
 nicum; & col. 64. L. A. Librum tertium Esdræ.
 Vide M. Kemnitium in examine Tridentini con-
 cilij hoc ipsum luculenter demonstrantem. Quar-
 tum denique Bellarmini vitium in hoc eodem li-
 bro est (Nam etsi plures hoc scriptum compila-
 rūt, solus tamen Bellarminus, magna animi am-
 bitione, totam istius libri, & operis inuidiam in se
 derivauit) Quòd, vel se iudice inanem profus la-
 borem, & anxium tamen suscepit. Nam, quemad-
 modum ait ipse col. 47. L. B. & col. 58. L. A. ina-
 nis est eorū labor, qui vel iam olim sopitam quæ-
 stionem in lucem renocant: vel anxie rationes
 dubitandi de libris S. Scripturæ quærunt. In quo
 utroque Bellarminus planè totus est. Imò verò
 rem

rem eò tãdem adducit iste sua curiositate, vt nulla sit S. Scripturæ pars, nullus Liber tam certus & authenticus, quem ipse in dubium non reuocet, & de cuius fide non reddat infirmos fideles prorsus dubios. Denique hoc pacto totam scripturam sacram Atheis & profanis hominibus deridendam propinat. Verùm omnia in ecclesia Dei ad ædificationem facienda esse monet Paulus 1. Corinth. 14. vers. 26. nihil autem ad ostentationem, & vanam gloriam Philip. 2. ver. 3. Prætermitto, quòd homo iste vbique suos, quos vocat Catholicos, flagellat, ne nimium ijs tribuere videatur, velut Caietanum col. 53. L. A. col. 57. L. B. Sixtũ Senensem, & alios col. 19. D. Caluinum autem, aut Caluinistas (qui non magis istius testimonium, quàm Paulus mulieris Pythonissæ à Diabolo actæ laudem, admiserint Actor 16. ver. 18.) sequitur, & laudat, & suis præfert. Et hæc quidem breuiter, & succidanea (quid omnes sciunt à me vere dici, quibus & quàm assiduis occupationibus aliis detinear norunt) opera mea fuit in primo isto Bellarmini libro examinando. *Εγνων γδ καὶ κατέγνωθ*, quia seipsum perspicuè refutat vbique Bellarminus.

Ad Libri Secundi,

Cap. 1.

Meritò Basilius in libris contra Eunomium ædicitis eum *λογοπαιδον* nugatorem appellat quem Plutarchus & alij *φλυαρον* vocant, quòd inutilia, & vana quædam, ac iam obsoleta scriptitaret, & reuocaret. Est enim in nonnullis quoddã

scribendi cacoethes, qui manum de tabula non possunt tollere: qualis procul dubio hic scriptor, præsertim in hoc libro, vbi nihil nisi cramben repetitam, apponit. Ecquis enim pius hodie negat Vetus Testamentum Hebraicè scriptum esse ea ipsa lingua æditum, qua tum ab ipso Mose, tum à Prophetis Dei primùm scriptum fuit? Verùm ista disceptatio, sicut & consequentes, pariunt infinitas quæstiones potius, quàm ædificationem, quæ est secundum fidem. Id quod fieri, & inuchi apertè damnat Paulus 1. Timoth. 1. ver. 4.

Ad Cap. II.

Planè paradoxum & re, & auditu est, quod iste pag. 66. L. A. & D. inculcat, Hebraicum textum, non esse purissimum, ex quo sententia veteris Testamenti sit haurienda, fontem. Hoc, qui ne gat, solem ipsum lucidum esse, & lucis nobis ad ministrum negare potest. Verùm mouetur Bellarminus quòd in Hebræo textu non semper inveniuntur ea ipsa vocabula, quæ citant ij qui ad illud Hebræum scriptum, recurrendum volunt. Fallitur Bellarminus, & Paralogismum inducit, qui dicitur A figura Dictionis, quia non ipse voces litteraliter scriptæ à nobis desiderantur in Hebræo, quales eas afferunt Calvinus, Maior, Hieronymus, imo Paulus ipse Roman. 10. 18: sed sententia, mēs, & res ipsa, de qua illis in disputationibus à Paulo, Caluino & aliis agitur, spectanda est. Grammaticos enim illi nō agunt, sed Theologos.

Secunda pars huius capituli planè ineptis, argutiolis constat, in quibus iste vehementer sudat & æstuat, vt rimetur causam, cur quædam hodie
in He-

in Hebræo codice nostro à Veteri immutata appareant. Iste nihil immutatum vult. falsum est. Sed causa istius mutationis fuit hæc, quòd sub iisdè litteris consonantibus diuersas motiones seu vocales legerunt illi: nos alias: quemadmodum in voce *mattha* M th h Hebr. 11. ver. 21. Genes. 47. ver. 31. (quam alij Mathah. alij Mithal legerunt) apparet. Quod & iste probat. pag. 71. L. A. Istud verò quàm est mirum, & absurdum, quòd Bellarminus pag. 70. L. C. scribit, in sua ecclesia Romana, errores, & additamèta manifesta, (qualia sunt illa, quæ ps. quarto addititia vocat, & præsertim in Codice Anglicano) tolerari, quoniam iam ibi longo tempore fuerunt, & sicut errores Typographorum esse patitur ecclesia Romana. At verò illud potius est obseruandum, Ne vetus error in negotiis fidei ius faciat. Imo error quò diuturnior, inquit Innocentius tertius, eò peior. Præterea Typographicos errores & ipsi Typographi, & eorum operæ, si quâ possunt, tollant ne totus liber difformetur. Ergo hi errores in S. Scriptura tolerandi non fuerunt.

Ap Cap. III. & IIII.

Nihil habent dubitationis hæc duo capita. Nam neque Chaldaicam, neque Syriacam versionem æqualis esse authoritatis cum Græca vel Hebræa res ipsa clamat, quum primi Bibliorum authores, neque Chaldaicè (excepta Esdræ & Danielis quadam parte) neque Syriacè scripserint: sed Hebraicè, vel Græcè. Itaque in hac disputatione confirmanda frustra tempus à Bellarmino teritur, & nos ab eo detinemur.

Ad Cap. v.

NEc hoc caput vllam nostram cum Papistis controuersiam habet. Variè enim conuersum à variis fuisse in linguam Græcam vetus Testamentum concedimus.

Ad Cap. vi.

Quod ab initio huius capituli vsque ad quartam quæstionem scribitur à Bellarmino, eiusmodi est, vt citra vllum fidei Christianæ damnatum concedi, vel negari possit. Est enim profus incertum, & ab his tum patribus, tum scriptoribus negatum. Ab illis autem concessum, prout fuit in animo cuique. Imò ipsemet Bellarminus vbique nutat, meris coniecturis nititur, & his verbis, vt nos in sua sententia confirmet, ac rationibus utitur, *Probabilior sententia est pag. 75. credibile est col. 80. L. C. L. A. Non est verisimile col. 76. L. B. Adhuc sub indice lis est L. D.* quæ planè dubiam huius ipsius scriptoris mentem esse ostendunt. etiam de iis rebus, quas tamen postea & col. 78. L. B. col. 79. L. C. D. pro suæ fidei & pietatis solis fundamentis habet, & collocat. Sic peccat Paralogismo duplici, Vno, qui est A non causa pro causa. Nec enim sequitur, vt si quæ sententia probabilis sit, vera quoque sit: A nõ consequente. Quòd in quarta quæstione scribit lxx. interpretes nusquam à vera S. Scripturæ sententia aberrasse: primum id ipsum falsum est, hoc ipso Bellarmino teste, quum fateatur hos lxx. ab Hieronymo sæpe reprehendi col. 78. L. A. & ab eo ipso lxx. interpretatio

pretatio falsi, & vitij manifestè damnet, col. 80. L. A. B. Deinde nihil cum iuuat, quum ipse hoc largiatur obrepfisse in hanc versionē multa vitia L. C. neque nos illam lxx. seniorum, si qua tamē fuit, interpretationem iam habere L. D. sed interiuisse. Denique in pluribus locis vitiatam & corruptam esse, Bellarminus multis verbis & probat & agnoscit col. 79. & 80. per totum. Quod autem putat A. postolos ea versione in citanda S. Scriptura vsos, pueriliter fallitur. Nā Apostoli eos, quos ex Veteri Testamento proferebant, locos ipsi Græcè Græcis scribentes conuerterunt: quos postea nonnulli homines astuti in eā versionē, quā lxx. appellarūt, infererūt, inuexerūt, & intruserunt, vt reliquas eiusdē versionis, etsi falsæ, partes cōfirmarēt ad sui erroris defensionē. In sūma, toto hoc capite Bellarminus lxx. interpretum versionē potius tollit & conuellit, quàm (quod tamen vult) stabilit & commēdat. Ineptum autē illud omnino est, quod iste scribit, & quidem falsò col. 79. L. B. Linguam Chaldaicam fuisse tempore Philonis notiorē lingua Hebræa. Sed sic iste mēdaciū mēdacio tuetur.

Ad Cap. vii.

Impuro & blasphemio isto capite nihil est impurius. Vno enim verbo totam diuinā & Veteris & Noui Testamenti scripturæ fidem semel abrogat, dū col. 81. L. C. cēset, in libris Veteris Testamenti Hebraicis: & in Græcis Noui Testamenti errores eos & mendam i esse, propter, quod illi libri purissimi fontes esse nobis nequeant, vt ab iis liberè dissentire sit fas hominibus

Christianis. Quæ pars igitur, obsecro, S. scripturæ nobis restat, in qua tuto acquiescamus, si & veteris & noui Testamenti libri sunt dubiæ fidei? Hoc verò nonne est omnem S. Scripturæ fidem abrogare? & nos ad Turcismum, aut potius Paganismum reuocare? Verùm non videt Bellarminus se veritati & Calvinistis contradicendi studio abreptum Paralogismos pro Syllogismis pueriliter effundere, dum suam sententiã, i. Turcismum sic probat. Quibusdam in locis S. Scripturæ Latina versio differt ab æditione Græca & Apostolica: ergo Græca æditio corrupta est, & Apostolica vitiosa. Imò verò id potius de Latina versione colligendum erat. Est enim primùm Paralogismus, A Non consequenti, sic, locus Demosthenis aliquis vitiosè & perperam ab interprete Latino conuersus est: ergo Græcus Demosthenis codex vitiosus est. Deinde Paralogismus tum, à non causa, tum ab Accidente, vt in scholis vocant. Nam quæ addita, immutata, & menda Bellarminus in Græcis codicibus reperit, ea sunt in accidente & eo leui S. Scripturæ, i. descriptione quarundam litterarum: non autem in ipsa scripturæ *veritate* & fidei doctrina, velut quum legitur *ueto* pro *xapō*. Roman. 12. vers. 11. litterarum autem huiusmodi mutatio nullum præiudicium, aut mentis errorē gignit, aut dubitationem de veritate doctrinæ animis affert, nec facit quominus Apostolica illa & Græca æditio sit fons purissimus, ad quem nobis est recurrendum, contra quàm tamen iste sentit, & scribit. Hos enim leues errores esse tolerandos istemet supra contendit, & vult col. 70. L. C. velut vitia

vitia Librariorum duntaxat, aut Typographorū. Denique idem Bellarminus tertium in argumento Paralegismū admittit A dicto secundū Quid, sic, In nonnullis Græcis Codicibus quædā immutata inueniuntur: ergo illa fuerunt immutata in omnibus Codicibus: falsum. Nā in pluribus vera lectio semper fuit retenta. Sed qua mente Bellarminus has minutias confectatur, & obsoletas opiniones reuocat, nisi vel ut ingenium miserè in gloria Dei & fidei nostræ dānū ostētet: vel omnē S. Scripturæ parti, etiam ei, quæ fundata optimè censebatur, autoritatem detrahat, & totū Christianismum conuellat?

Ad Cap. viii.

Totū hoc caput est nihili, idcirco tantū institutū, ut scēlici nostrorū labori, quē in S. Scriptura & ex vtraque & Hebraica & Græca lingua verè & fideliter conuertenda in Latinū, & Vernaculum sermonē susceperūt, i. egregio illi dono linguarum (quod Dominus Deus ad miraculum vsque nostris dedit) Bellarminus malediceret, i. Deo ipsi conuitia diceret, & in cælum spueret.

Ad Cap. ix.

Ecquis sit huius capitis & quæstionis quæ in eo continetur, vsus, vix quisquam rimari potest: quanquam multa hic verba habet, & fundit. Sive enim Hieronymi solius, sive etiam veteris allicuius & Hieronymo antiquioris interpretis ea sit, perinde est. Nec enim quum versionibus fides habenda est, quæri debet, A quo illa facta sit: sed quā bene: verū in hæc se angustias cōiecit Bellarminus, ut sibi iā muniret viā ad id, quod toto hoc

opere spectat, Nempe ex hominū solo iudicio, auctoritate, & opinione pendere etiā S. scripturæ fidē totā, vt hoc ius decernēdi ad suos, i. Papistas transferat, quia veram S. scripturæ notam ignorat, quā protulit Christus, Deus autem omnibus hominibus insculpsit. Cæterum quā inualida sint Bellarmini in hoc præsertim capite sententiæ argumenta, imò nulla apparet, quum passim has rationes afferat solas, *Potest fieri*, col. 84. L. B. *Probabile nobis est*, col. 85. L. A. *Non est credibile*, col. 86. L. B. Est etiam hic perpetuus A dicto secundū quid Paralogismus, sic, Quædā in vulgata & communi Bibliorum versione (quæ cum Hieronymi emendatione consentiunt) cōtinētur: ergo tota ea æditio ab Hieronymo correpta ac probata est: præterquam quod idem hic fatetur col. 86. L. C. multa in hac ipsa vulgari æditione inesse perperam, & male conuersa. Ita ipse sese suo gladio iugulat.

Ad Cap. x.

Quoniam hoc caput totius huius libri, & superioris cardo est, ac prora & puppis videlicet, vt vulgatę Bibliorū æditioni, ac versioni, qualem Papistæ retinēt, & Tridētini nebulones probarunt, omnis omnino fides habeatur: ex qua illi postea infinitos errores confirmare student: sigillatim hęc ad omnia Bellarmini argumēta respondimus, eorūque vitia notabimus, ne quisquāpius illi versioni absque diligenti cum ipsis Hebraicis & Græcis codicibus ac purissimis fontibus collatione prius facta fidem habeat. Sunt autem Bellarmini argumenta hoc loco quatuor, id est, quatuor grauissimi, & ineptissimi Paralogismi.

Primum

Primum argumentum est, col. 88. L. D. Tridentinae coitionis decretū & autoritas. Paralogismus est, A non causa. Nec enim idcirco quidpiā verū est, quia sic in Tridētino cōcilio definitū fuit, cum sicut postea apparebit, innumerabiles errores ab eodē fuerint cōproba ti. Id quod M. Kemnitij eruditū examē luce meridiana clarius demōstrat.

Nā quod addit, Ecclesia est colūna veritatis, verum est, sed conciliū Tridentinū nō fuit ecclesia.

Secundū Bell. argumētum est, col. 89. L. A. Augustinus, Isidorus, Bernardus, Haymo, Ricardus, & vulgatam æditionē sequuntur, & probant: Ergo illa proba est, vbiq̄ue retinēda, & sequenda. Paralogismus idē, qui supra, A non causa. Nulli enim horū vel Hebraicē vel Græcē norant, vt utrū illa versio bona ac fidelis esset, dignoscerent. Quare horū hominum testimonium proferre, est cæcorū de coloribus iudicium orbi terrarum commendare. Quod est ineptissimum.

Tertiū Bellar. argumentū, col. 89. L. C. Habuerunt Hebræi, & Græci sua lingua authenticā scripturam: ergo & Romani. Paralogismus est, A non consequēti. Nec enim Hebræi, vel Græci eā scripturam habuerunt propter dignitatē linguæ, aut ipsius idiomatis per se necessitatē: sed quia ij, quos Deus ad suum verbū in literas mittendū & consignandā excitat, Hebraicē, vel Græcē scripserūt, quū se ad eam linguam attēperarēt. quæ tunc nota erat ecclesiæ Dei. Romana verò nondum ecclesiæ popularis erat, quia ad occiduas orbis regiones (vbi Romana lingua vsus habebat) nondū peruenerat Euāgelium, quum Apostoli, & Euangelistæ scripserunt. Ergo nullum tunc excitavit Deus, qui

verbum suum Romanè seu latinè scriberet: ex quo apparet hunc insigniter impudentem esse, mentirique dū col. 107. L. C. Diuinos libros ab autoribus suis initio Latina etiam lingua fuisse scriptos, vti & Hebræi, & Græca affirmat.

Quartum Bellarmini argumentum col. 89. L. D. Pauci post Apostolos sciuerunt Hebraicè & Græcè, etiam in ipsis conciliis generalibus: ergo oportuit æditionem vulgatā Latinam esse authenticam. Est & hic quoque Paralogismus A non consequenti. Cur enim potius Latinam æditionem esse oportuit authenticam, quàm Arabicam, Ægyptiacā, Scythicam, Persicam, ex quibus locis & regionibus plerique ad generalia cōcilia veniebant, in quibus erāt ecclesiæ, & Dei verbū cuique gēti vernacula lingua prædicabatur? Quid igitur illis omnibus qui verbum Dei prædicabāt sua lingua fuit ad ipsos Hebræos & Græcos fontes recurrendum? Cæterum vir iste insignem bonis illis Patribus iniuriam facit, quos Hebraicæ, & Græcæ lingue facit ignaros: quo minus curabo illa mēdatia quæ M. Kēnitio, & I. Caluino hīc attribuit, vt ipse sua tueatur. de quibus postea suis locis.

Ad Cap. XI. XII. XIII. XIII.

Nemo hoc totum caput, & sequentia tria melius confutauerit, quàm ex ipsomet Bellarmino. Hīc fundamentum istud sternit, vt omnes, quæ aduersus vulgatam S. Scripturæ æditionem Papisticam fiunt, vno flatu dissipet obiectiones, Nempe vulgatam illam versionē, & Hebraicis & Græcis Codicibus veriorem, certiolem, & puriorem esse, postquā à Tridentina Synodo cōprobata fuit.

fuit. Primū Paralogismus est, A nō caussa. Nec .n. idcirco illa pura est, & incorrupta, quia Tridentina Synodus sic censuit. Nec enim veritas S. Scripturę hominum voluntate stat, aut rata est. Deinde peccat, A non consequenti. Eā enim versionē probavit ista Synodus provt antea in can. *vt veterū* Dist. 9. definitū fuerat, i. quatenus cū ipsis fontib. consentit & concordat. Tertiò hoc fundamentum omnino negandū est. Constituit enim mensuratū certius esse & iustus sua mensura. Id quod non modò falsum est: verū etiā manifestam contradictionem implicat. Sed quid verbis opus est? Ipse hic, qui col. 92. L. B. appellat Hebraicos & Græcos Prophetarū & Apostolorum codices turbidos & turbatos fontes, docet tamē eadē colūna, & sequēti per totum: imo per tota tria deinceps capita & necessariò, & tutò ad eos ipsos esse recurrendum. Sic secum pugnat iste, quia veritatem oppugnat, astutē videlicet, vt totius certitudinis S. scripturę & autoritatis vim ex sola Romanę ecclesię definitione, falsò tamen, ostenderet, id est, cōtenderet pendere. Verū hoc Bellarmini fundamentò & ab ipsomet everso, & iis, quas hīc diximus, rationibus, facilè quàm inepta, falsa, contentiosa, & sibi cōtraria sit tota trium sequentium capitū disputatio quivis pius videt. Vult enim iste conuellere fidem codicū Hebręorū & Gręcorū: ad quos tamen, vchut fontes, recurrit. Cæterum in cap. 14. omnino prævaricatur Bellarminus, & in nostra castra transit. Nam sic omnes obiectiones nostras de mala versionē Noui Testamenti vulgata excipit, vt veras eas esse fateatur: modò in verbis per-

perâ à sua æditione retētis ex nostra mēte expli-
cādis laborat & palmam victoriāque nobis cōcedit. Est enim veritas, quam in his obiectionibus docemus ἀνίαντος & inuicta, quemadmodum scribit Helychius. Porro videat ilte, quid suis Papistis sit responsurus (quamuis ad quamuis obiectionem licet et verissimā, eludendam, vt sibi videtur, sit ingeniosus) dū col. 103. L. D. fatetur dogmata ecclesiæ alligari ad verbū scriptum, non toleranda alia col. 104. L. A. & B. ait Christū prædestinatū filiū Dei, quod est Arrianiticum. L. C. & D. vult ex Dei verbo peius esse male agenti cōsentire, quā malè agere: col. 105. L. B. Intelligentiam & praxin eandem facit, vt elabatur col. 106. L. C. Meritū operum tollit. Mereri enim corā Deo ait esse dūtaxat rē Deo gratam agere. Et hæc pauca quidē ex multis absurdis, suęque ipsius scholę & doctrinæ repugnantibus, quæ habet Bellarminus. Hic enim ad suam fornacem obdormiuit miser: non suo Pontifici, & concilio Tridentino vigilans.

Ad Cap. xv.

Quemadmodū superioribus capitibus Bellarminus omnē S. Scripturæ fidē abrogauit: sic isto ab eius lectionis pios arcet, eamq; interdicit. Quod erat omnino consequēs. Quis enim frustra se se in eius rei lectione maceraret, & studio quæ & certa est, & cuius puriores fontes, quemadmodum Bellarminus impiē blasphematur, sūt turbidi, & turbati, nimirū ipsi Codices Hebraici & Græci. Ergo quā sūmā habēt pij omnes & Christiani in animis cōsolationē, & suę. i. veræ fidei fūdamētū ex S. Scripturę lectione, omnē si potest, illis eripit Bellarminus, cui⁹ sunt rationes excutiēdæ, quas nō sumit ex

nostris primū (essēt .n. primo loco in acie colloca-
 tæ prorsus inuictæ) sed ex quibusdā suæ farinae ho-
 minib. cū quib. de industria colludit in ipsi^o verita-
 tis perniciē. Sed tamē tāta vis est veritatis, vt etiā
 nostros aduersarios coegerit nobiscū sentire, & se-
 pe nostra verba loqui. Verū prius iste cōtendit S.
 scripturā peregrina, & exotica, & ignota lingua
 fuisse lectā inter Iudeos olim: & Apostolorū tē-
 pore in publico ecclesiæ Dei cœtu, & cōuentu. Id
 quod esse falsissimū vel vnus Pauli in priore Co-
 rinth. cap. 14. locus probat. Bellarminus suæ sētē-
 tiæ huius cōfirmationem orditur à mendacio col.
 107. L. C. *Libri diuini, ait, ab autorib. suis initio He-
 bræa, Græca, & Latina lingua scripti fuerūt.* Hebræa
 vel Græca scriptos fuisse. (Nā vetus Hebræicè No-
 uū Græcè aditū est,) verū est: Latina verò lingua,
 falsū, quemadmodū hic idē postea seipsum aper-
 te mendacij arguēs agnoscit ac fatetur col. 108. L.
 C. Atque etiā si hoc illi largiamur, non efficit vllō
 tamē pacto ecclesiam ignota sibi lingua vnquā le-
 gisse in publico cœtu S. scripturā: imò potius pro-
 bat sua & vernacula sibi lingua, in cuius beneficij
 gratiam Deus Christus Apostolis suis mittendis
 dedit prius donum linguarum Act. 2.

1 Argumentū Bellar. col. 107. L. D. Scribē in-
 terpr etabātur eam S. scripturæ partem, quæ in pu-
 blico Synagoga Iudaicæ cœtu recitata fuerat. Er-
 go S. Scriptura inter Iudeos ignota ipsis lingua re-
 citabatur, & legebatur. R. Ludit vocis interpretā-
 di ambigua significatione. Nā interpretari primū
 significat mentē, non linguā & idioma scriptoris
 exponere, quo sēsu & modo Christus est interpre-
 tatus locū Isaia 61. Luc 4. atque Esdras. & Scribæ

Legē inter Iudæos interpretabantur in cœtu. Itē significat linguam seu idioma alienum in vernacula verba transferre, quod prophetare Paulus vocat Corinth. 14. quo modo Esdras non est locū Scripturæ à se recitatum interpretatus, teste ipso met libro, qui hic citatur, nempe Nehemiæ cap. 8. vers. 3. & 9. vbi quæ ex eo libro de S. Scriptura lecta fuerant, dicuntur fuisse ab ipsis adeo scēis & pueris, quod ad verba, intellecta. Sic Moses ipse legē, quā Hebraico & vernaculo sermone Hebræis dederat, interpretatus est, i. illius mētē explauit, & ad eā seruādam est cohortatus populum. Quare hic locus est Paralogismus ab Amphibolia.

2 Arg. col. 108. L. B. Quædā S. Scripturæ partes, velut sex ad plurimū pagine. & quædā vocabula sunt in S. Scriptura exotica, vel exotica lingua adita, vt pars Esdræ, pars Danielis: ergo Iudæis S. Scriptura ignota illis lingua legebatur. R. Est Paralogismus A dicto secundum quid ad dictū simpliciter. 3 Arg. Iudæi hodierno die etiā in variis orbis regionibus, & populis versantes S. Scripturā Lingua Hebræa recitant. Ergo lingua sibi ignota. R. Paralogismus est à nō Consequēte. Ipsi enim eā linguā norunt, quæ est Hebræa: licet populi, inter quos habitant, eandem nō cognoscant.

4 Argum. L. C. Apostoli tantū Græcè scripserūt: tota S. Scriptura Hebraicè dūtaxat, & Græcè adita est. Atqui illi per vniuersum terrarum orbem & populis omnibus (qui vel Hebraicè, vel Græcè nesciebant) prædicarunt: ergo ignota illis populis lingua S. Scripturam annuntiarunt, tractarunt, ac concionati sunt. R. Paralogismus, vt

sup. A non consequente. Alias enim linguas no-
 rat ex Dei dono Apostoli, quàm solam Hebræam,
 & Græcam. Cuique enim genti suo, vernaculòque
 ipsius gentis sermone S. Scripturam legerunt, at-
 que prædicarunt: atque idcirco donum linguarum
 à Deo primum omnium acceperunt. Cur autem
 Græcè tantùm scripserunt Apostoli, ratio est, Quòd
 ea lingua scripta sua ædi voluerunt, quæ tunc ec-
 clesiis Dei (quæ, ex gentibus collectæ fuerant) es-
 set notissima. Erat autem Græca, non Romana:
 sed tamen cuique populo sua lingua loquebantur
 Actor. 14.

5. Argumentum Bellarmini, quod apud ipsum
 tertium est col. 109. L. A. est ipsius iudicio firmissi-
 mum, & omniùm fortissimum, & quemadmodum
 ipse scribit, efficacissimùm col. 111. L. D. nostro ve-
 rò iudicio, leuissimum. Itaque facile repelletur:
 Est autem huiusmodi, Vniuersa Dei ecclesia sem-
 per sub Euangelio peregrina, & ignota sibi lin-
 gua Sanctam Scripturam legit in publico cœtu,
 & recitauit: ergo & in nostris cœtibus ecclesia-
 sticis exorica lingua & legenda, & tractanda est.

R. Est hæc argumentatio duplex Paralogismus.
 Primus à petitione principij. Postulat enim sibi
 concedi, aut sumit illud ipsum pro confesso, quod
 in controuersia positum inter nos est. Alter Para-
 logismus est, A non causa. Falsum enim pro ve-
 ro sumitur. Nam, teste Paulo 1. Corint. 14. Luca,
 Actor. 14. & Actor. cap. secundo versic. 11. *Audi-
 mus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei*, fal-
 sum est vel Apostolos ignota iis lingua, quibus
 concionabantur, euangelium tractasse, legisse,

prædicasse, quum eos docerent: vel S. scripturâ alio in ecclesiasticis cœtibus, quàm ipsis noto idiomate recitatam fuisse ante constitutam Papæ Romani tyrannidem. Probatur ex Luc. 4. vers. 16. Actor. 13. vers. 15. vbi in cœtu ecclesiæ nota illis locis lingua S. scriptura legitur publicè. Hoc idem Innocentius 3. in Lateranensi concilio constituit: extatque in cap. *Quoniam in plerisque*, ext. De officio iudicis ordinarij ipsius decretum: & Synodo Basiliensi Sess. 19. repetitum fuit. Imo verò etiam nunc obseruatur à Ruthenis, Ægyptiis, Æthiopibus, Syris, Græcis, & aliis, teste hoc col. 122. L. A. Primus Vitalianus Episcopus Romanus magna tyrânide id fieri vetuerat circa annû Domini 671. Nam quod multo & inutili sermone ac inductiōne ait Asiæ minoris populos, Syros, & alios Græca lingua S. scripturam in cœtibus suis legisse, verum est, quoniam illis & locis, & populis propter diuturnum Græcorum Imperium notissima erat lingua Græca, teste & M. T. Cicerone & hoc ipso etiam inuito col. 112. L. A. quanquam suo & vernaculo sermone singuli nihilominus vterentur. Vti in Gallia singulæ provinciæ vernaculum idioma habent, & suum, omnes tamē Gallicam seu Francicam linguam cōmuniter intelligūt, etiam Rustici ipsi. Idem de Latina lingua (quæ & in Africa teste Augustino: & in Occidentali Europa, propter diuturnum Romanorum imperium notissima tunc fuit) omnino sentiendum est. Atque sic Achilleum istius argumentum euersum, & quidem facile, apparet.

¶ Argumentû col. 111. L. D. Sic melius vniuntur inter

inter se ecclesiæ, si vna sit omniũ populorũ lingua
quædam communis, R. falsum. Deus enim, qui est
autor pacis & consentionis, 2. Corinth. 13. vers. 11.
hanc linguarũ diuersitatẽ è mũdo & orbe terrarũ
fustulisset, quum primum cœpit prædicari Euan-
geliũ, si hac ratione summa illa ecclesiæ consensio
stabiliretur. Imo verò donũ linguarum suis Apo-
stolis dedit, Actor. 2. vt quæuis natio suo, propriõ-
que idiomate Deum laudaret, quemadmodum
fore fuerat à Prophetis prædictum, Psal. 117. vers.
1. Roman. 15. vers. 11. Quare est hic quoque Paralo-
gismus, A non caussa pro caussa.

7 Argumentũ col. 112. L. A. apud Bell. Quintũ,
est itidẽ Paralogismus, sed, A non consequente, Si
lingua vulgari æderetur & legeretur S. scriptura,
vulgus & plebs eã non intelligẽs eadẽ ad errores
varios abuteretur: ergo peregrina & ignota legi &
recitari debet, R. Propter abusum artificis non est
tollẽda vel damnãda ars ipsa. Vnde vulgatũ quo-
que illud est, Allegare incõueniẽs nõ est tollere
argumentũ. Sic segetes euellantur, vinum & vites
eradicẽtur, mercatura prohibeatur, quoniam his
omnibus abutuntur homines ad suam libidinem.

8 & 9 Argumenta Bellarmini, col. 113. L. A. vna
litura delentur. Nam ait & mutandas fore sæpe
versiones, quum linguæ mutentur: & verbi diuini
maiestatẽ periturã, vel minutũ iri, si à singulis po-
pulis in sua lingua piẽ & intelligatur, & legatur
R. Ad vtrũque, Paralogismus est, A nõ caussa. Nec
enim perit, sed stabilitur S. scripturæ maiestas, dũ
intelligitur: & quam iste mutationem linguæ ti-
met in singulorum populorũ linguis, ea maxima

in lingua Latina euenit & cernitur. Itaque Latinè
 sapius vertenda esset eritve S. Scriptura: non vni-
 ca habenda, sed sapius pro linguæ Latinæ varia-
 tione mutanda ea versio Latina. Nam quod iste
 col. 113. L. A. B. ad maiorem venerationem vult
 arcana diuina pios esse celanda, fortasse putat ho-
 mo hic impius arcana Christiana esse sacra Eleu-
 sinæ Cereris aut Osiridis, quorum sola totaque
 maiestas in silentio & ignorantia eorundem fuit.
 At verò Christiana arcana non celari, sed palàm,
 & omnibus prædicari & publicari iussit, iubetque
 Christus Matth. 10. vers. 27. 28. vers. 19. Actor. 1. Et
 sic quidem clara iam in luce resulget illa veritas,
 cuique genti & populo S. Scripturâ esse sua. i. illi
 nota, & vernacula lingua tradendam, ædendam,
 explicandam, & in publico ecclesiæ cœtu legen-
 dam, non aliena & ignota, vt vult tenebrio iste,
 recitandam, qui lucem odit, & piis arcanorum fi-
 dei ac pietatis intelligentiam miserè inuidet. Est
 vtique impium, inquit lib. 6. contra Faustum cap.
 9. Augustinus, vt non legamus nos, quod scri-
 ptum est propter nos.

Ad Cap. xv i.

Incredibilis Bellarmini & ignorantia, & simul
 impudentia in hoc capite manifestè ex vulgato
 prouerbio cernitur, *Αμαθία ὀραῖος*. Ac quidem i-
 gnorantia, quòd publica illa aliquot Prophetarum
 de Dei verbo, quæ in ecclesiæ cœtu fiebat, in-
 terpretatio, vnde fiebat, prorsus ignorat, quæ ex i-
 pso Dei verbo imprimis Luc. 4. vers. 17. Actor. 13.
 vers. 15. 14. vers. 1. nempe ex vetustissimo Iudeorū
 more,

more, qui, quoniam Prophetas sibi à Deo dari sciebant, auditores, (si quis quidpiam à Deo reuelatum haberet) inuitabant, vt publicè proferrent ad totius cœtus ædificationem. Ille morem hunc ex Monachorum collationibus inter se repetit, quæ nullæ vnquam fuerunt: atque etiam si vllæ concederentur, demum post natos in orbe terrarum Monachos extitissent, post anni à nato Christo quadringentesimum, & post hæc à Paulo scripta plusquam 380. Verùm Bellarminus ex S. Scriptura nõ sapit: sed ex Haymone, Sixto, Rabano, Ruperto, Lombardo, Aquinate, & his quisquiliis: quam, nõ nisi ex contrariis suæ doctrinæ obiectionibus nõnit, & legit. Itaque quis illius sit vsus prorsus nescit, vtpote qui neget col. 116. L. C. illius finem esse populi Christiani instructionem, & cõsolationem, cõtra ipsissima Pauli verba, Roman. 15. vers. 4. Quod idem repetit col. 118. L. D. ne semel tantum in eo peccet. Itaque monachis ipse monachus hinc gratificari voluit. Impudentia Bellarmini apparet, quòd contra ipsissima Pauli 1. Corint. 14. verba negat Pauli locum de S. Scripturæ lectione, & recitatione agere, de cuius postea interpretatione Paulum loqui tamen concedit: tam est sibi contrarius. Loquitur enim Paulus de Prophetis, quos tunc habebat ecclesia Christiana, qui S. Scripturam in cœtu legebãt vernacula ecclesiæ, notaque lingua: & eandem eãdem linguã interpretabantur vernaculo quoque sermone. Idiota quis sit, de quo loquitur ibidem Paulus, ex D. Theodori Bæze maioribus in Nouum Testamentum commentationibus discat Bellarminus.

In solutione secundæ obiectionis antiquū suum obtinet Bellar. vt Solē ipsum lucere neget, ne ab ipsa Dei veritate victus discedere videatur. Atqui apertè Paulus 1. Corint. 14. vers. 14. & Roman. 10. vers. 14. negat Deum absque intelligentia, & fide (nihil autem ignotum creditur, addit ibidem Paulus) utiliter orari. Et hic ipse, col. 118. L. A. col. 119. L. B. agnoscit anteposendam orationem, quæ intelligitur: Verum vt suum errorem tueatur spiritum affectum esse interpretatur, quem tamen à mente separat vt diuersum quidpiam, magnâ ignorantia. Sed totam illius loci Paulini mentem ipse ignorat. Ergo quid illic vox *Spiritus* significat ex Beza discat.

Reliquæ solutiones, quas affert Bellarminus toto hoc reliquo capite, sunt non modò ineptæ, sed & falsæ, & nihili. Quamobrem eas omitto, ne (contra quàm vetat Solomo Prouerb. 26. vers. 4.) cum isto stulto insaniam. Stultus enim recusat disciplinam, Prouerb. 15. vers. 5. Verum ore proprio confundetur cap. 10. vers. 14. Id quod sequens censura demonstrabit.

*Totius libri secundi censura &
examen.*

TRiplex est imprimis in toto hoc libro secundo Bellarmini peccatum, vt hominem clementissimè atque benignissimè tractemus, nimirum, *Ασέβεια, Αντιλογία, Αδολοχία, Impietas, Contradictio, & Nugacitas.* Ac quidem Impietas est per totum librum hunc multiplex: Verum duos

duos tantum insigniores locos, breuitatis gratiâ, nunc annotabimus. Vnus est cap. 11. col. 93. L. B. vbi sine circuitione ipsos S. scripturæ fontes, ac Codices tum Hebræos, tum Græcos, & turbidos, & turbatos esse scribit, & homo impudens contendit, ac proinde nequaquam nobis iam ad eos recurrendum esse vult. Quam impietatem quum mitigare aliquando velle videretur, addito isto temperamento, *Vt quidam existimant*: tamen postea & illud detraxit, & planè perspicuèque illam suam de corruptis Hebraicis & Græcis S. scripturæ Apostolicis, & Propheticis scriptis sententiam retinuit. Imo etiam col. 82. L. B. impudentissimè, & impientissimè scribere ausus est, quædam in omnibus Euangelicis Codicibus Græcis inueniri, quæ non sunt partes diuinæ scripturæ, quale est illud, *Quia tuum est regnum, potentia, & gloria in secula*. Sed homo iste sese refutat lib. 3. cap. 10. col. 151. L. D. Verbum enim ministratum per Apostolos & Prophetas agnoscit esse fidei nostræ fundamentum. Idem col. 152. L. C. Alter omnino impius huius libri locus est cap. 15. Diuinam scripturam vti Hebraicè & Græcè: sic etiam Latine à suis autoribus initio fuisse scriptam, columna 107. L. C. Quod omnes pij non modo falsum, sed etiam impiam esse vident, & sciunt. Fit enim hac ratione incertum totius sacræ scripturæ fundamentum, incerta fidei Christianæ regula, si ex quibus libris ac fontibus haurienda atque stabilienda sit, ignoramus: aut si hi libri, qui sunt fidei Christianæ regula, & Lydius lapis, nempe Latini libri à Prophetis,

vel Apostolis scripti non extare sed periisse dicantur. Proferat igitur iste quos S. Scripturæ Latinos Codices & libros Apostoli, vel Euangelistæ ædiderint. Quod enim istę suæ sententię confirmationem ex eo petit, quòd elogium Christi Hebraicè, Græcè, & Latinè scriptum à Pilato fuit, Iohan. 19. vers. 20. inane argumētum est, ac nihil. Ex eodem enim loco melius collegerim ego neminem posse agnoscere Iesum Nazarenum esse Regem ac Dominum nostrū, id est, ecclesię Dei nisi qui tres hæc linguas simul norit, ac proinde Patres pene omnes, quos iste linguæ Hebræę & Græcæ ignaros fuisse concedit col. 89. L. D. Christum Regem ignorasse ex huius sententia fatendum est: ex quorum tamen scriptis potiùs, quàm ex Dei verbo scripto, se, suamque doctrinam tueri.

Contradictio quoque istius hominis in hoc toto libro multiplex est, sed paucas ἀντιλογίας ex multis decerpimus, velut. 1. Quod fontes ipsos S. Scripturæ corruptos & dubios esse vult, nihilominus tamen extare & esse aliquam S. Scripturam authenticam col. 92. L. B. & col. 84. L. A. 2. Item Latinam Bibliorum versionē vulgatam esse certiorē ipsis Hebræis, & Græcis codicibus, qui sunt ipsius fontes, id est, regulatum esse sua ipsius regula certius, fidelius, & iustius, col. 88. L. D. & col. 81. L. C. In quo se ipse quoque refutat. Nam toto cap. 11. ad Hebræos & Græcos codices recurrit, item ca. 12. 13. & 11. 3. Negat ecclesiam Romanam posse dispensare de substantialibus sacramentorum col. 91. L. A. & tamen alibi vult, posse tollere è S. Cœna

è S. Cœna vsum calicis, qui est altera S. Cœnæ pars essentialis, teste Christo, Matth. 26. vers. 27. *Bibite ex eo omnes.* 4. Interpretes Latinos Bibliorum labi potuisse, certiorẽ tamẽ esse æditionem Latinam vulgatam ipsis Græcis & Hebræis codicibus colum. 92. L. C. & D. 5. Cõtradictio est, finem Canticorum in publico ecclesiæ cœtu esse populi totius instructionem ac consolationem, eã tamen lingua populo ignota cani, scribiq; oportere colum. 116. L. C. 6. Contradictio, finem S. scripturæ, cuiusque in ecclesia lectionis non esse populi scilicet ecclesiæ consolationem, ac ædificationem (contra Paulum tamen Roman. 15. vers. 4.) & tamen consolationes, & exhortationes ad populum ex ea sumendas & proponendas esse populo col. 116. L. C. 118. L. D. Denique dies me ipsa deficeret, si omnes sistius inter se repugnantes sententias recitare, & enumerare vellem.

Nugacitas præterea Bellarmini apparet. Nam modò quidpiam ad obiecta sibi argumenta effutiat, siue verum, siue falsum; illi perinde est, atque id ipsum iustam solutionem argumẽti esse credit homo ineptus, ergo ceteros ex suo ingenio metitur ac putat stolidos, qui ipsius responsiones totis capitibus 11. 12. 13. & 16. legerint. Fallitur, cachinnabunt enim omnes, non solum ridebunt, qui ista capita legent, ac perpendent.

Ad libri tertij.

Cap. I.

HVius capituli primi scopus est docere, non solum difficilem esse S. scripturæ interpretationem

nem, ac intelligētiam, si quivis eam explicare conetur, id quod & nos quoque, & omnes in vniuersum facile cōcesserunt: sed ita obscuram, implicatam, abstrusam esse scripturæ sacre mentem, ac latere, vt frustrā quid ex ea definire in negotio fidei absque Patrum commētariis ab ecclesia Romana probatis laboremus, & studeamus, contra quam tamē & Christus ipse docet Iohan. 5. vers. 39. *seruitamini scripturas*, 7. vers. 38. *qui credit in me sicut dicit scriptura*. & Paulus tradit in posteriore epistola ad Timot. 3. vers. 15. & 16. *tota scriptura utilis est ad doctrinam, vt perfectus sit homo Dei. Tu à puero sacras literas nouisti, qua te possunt sapientem reddere in salute*. Ergo pij omnes ab Isaia ad legem, & testimonia remittuntur, non ad hominum in eam cōmutationes, Is. 8. vers. 20. eodémq; modo à Malachia Prophetarum vltimo cap. 4. vers. 4. *Mementote legis Moysis serui mei*. Imo ab Abrahamo ipso apud Lucam cap. 16. vers. 29. *Habent Moysen, & Prophetas*. Quamobrē ad S. Scripturam, vt verè de Deo, de Christo, de Fide, de Salute nostra, de omni bono opere erudiamur, omnino nobis recurrendum est, isque præcipuus liber est, qui nunquam est de manibus nostris deponendus. Contrā tamen pugnat hoc capite Bellarminus totis sex rationibus, & Patrum autoritatibus vt putat, col. 123. 124. 125. & eam nobis per sese nullius vsus esse vult absque commentatorū ab ecclesia Romana cōprobatorū interpretatione. (Nā eò spectat huius hominis mens, quanquā hīc eam celat, sed postea prodit col. 132. L.D. 134. per totum caput 4. propter ipsius Scripturæ difficultatem, seu obscuritatem)

ritatem, quæ efficit, ut eam, eiusque mentem nemo assequi possit in iis, quæ præcipua salutis nostre capita continent, ex sola ipsius lectione, quantumvis assidua, diligenti, etiam inuocato Dei auxilio & spiritu, & ab homine quantumvis omnibus à linguis, artibus instructo, nisi Episcoporum Romanorum (hominum ut plurimum rerum omnium, & omnis litteraturæ imperitissimorum) autoritas, suffragium, approbatio accedat. Quæ sententia quo spectet, facile vident omnes, nimirum ut & à cæcis de coloribus iudicium petatur: & ab hostibus huius scripturæ approbatio ipsius expectetur: & ut vni Romano Pontifici omnium de vera Religione controuersiarum decisio definitioque tanquam cuidam vnicuique Apollini aut Papiniano deferatur. Quæ omnia sunt absurdissima, & iniquissima. Porro de difficultate S. scripturæ, quæ, qualisve illa sit, & de nostrorum cum Patrum dictis facili conciliatione capite sequenti Deo bene iuuante, dicturi breuiter sumus.

Ad Cap. II.

VNa illa de obscuritate, vel facilitate Sacræ scripturæ quæstio commodè, verèque explicata totum hunc librum Bellarmini tertium confutabit, Patres tum inter seipsos, tum nobiscum conciliabit, & Bellarmini ad nostrorum de facilitate Sacræ scripturæ argumenta solutiones ineptas, & extra casum ac rem quæstas ostendet: denique totam eam confirmationem, quam suæ sententiæ conatur

hic afferre conuellet, ac eneruabit. Imprimis autem scopus quæstionis & controuersię spectandus est, & primo loco proponendus. Quæritur de S. scripturę facilitate & perspicuitate, non ἀπλῶς & simpliciter, vti Bellarminus putat, ac rē proponit, sed κατὰ τι, & quod ad hoc, nempe vt facilis, dilucida, perspicua, intelligibilis, plana, claraque omnibus esse intelligatur, dicatur & statuatur, qui modo eam linguam capiunt (in qua edita illa est & ab ipsis legitur) quoad hoc, vt ex ea, eiúsque sola lectione fidei Christianę fundamenta, capita, & summam illi percipiant, capiant, cognoscant, intelligant. Quare non quæritur hoc loco, vtrum S. scriptura sic sit facilis, vt quiuis, qui eam legit, & euoluit lingua sibi nota, explicare sigillatim omnes & singulos illius scripturę locos, & versiculos possit, verborum singulorum vim, themata & rationem reddere, ordinem & seriem orationis, ac vim & pondus & locos argumentorum, quibus vtitur Spiritus sanctus, obseruare, annotare, explicare queat. In summa quæritur, vtrum S. scriptura sic perspicua sit, & quod ad hoc, vt & Dei veri satis cognoscendi & rectè colendi, & fidei in eum per Christum nostrę cognoscendę, percipiendę, tenendę regula, lux, lucerna sit clara cuiuis eam diligenter, pia mente, & innocato Dei auxilio, assidue que legenti. Hoc negat Bellarminus, vt nos ad Romani sui Pōtificis .i. ipsius scripturę sanctę hostis auctoritatem solam reuocet: nos contrā asserimus. Nostrę sententię rationes sint eę quas ante nos alij pij & docti viri protulerunt Deuter. 30. vers. 11. & 14. *Mandatum Dei prope te est, Ps. 19. vers. 8. 9. Lex*

Dei oculos illuminat. Iohan. 5. vers. 39. *Scrutaminè
 scripturas.* Ps. 119. vers. 105. & 130. *Verbū tuum lam-
 pas pedibus meis.* Prouerb. 6. vers. 23. *Verbum ser-
 lex est lux & lucerna.* Augustinus lib: 2. cap. 6.
 Doctr. Christ. Chrysof. Homil. 3. in 2. Thessalo-
 nicens. Hieronymus in Ezechielem, & alij penè
 infiniti. Atqui Paulus euāgelium tectum esse nō-
 nullis fatetur. R. Verū est, iis nempe, qui animales
 planè sunt, & qui pereunt 1. Corinth. 2. vers. 14.
 2. Corinth. 4. vers. 3. id est, iis qui non proficiendi,
 sed contradicendi studio verbū illud Dei legunt:
 qui non piè, sed irridendi animo illud euoluunt:
 qui suæ carnis iudicium sequuntur, vt nihil, nisi
 quod illa dicitur esse verum, credant, non autem
 parati & lubentes ad illud verbum audiendum se-
 quendumque accedunt, & vt se totos doctrine ei,
 quam in eo verbo cōtineri viderint, summittant.
 Ecce quibus est obscura S. scriptura, iis nēpe, qui
 eam legendo nolunt ex ea quicquam discere, ex
 quodam animi sui in eam præiudicio & contem-
 ptu. Nam aliquid legere, vt in eo nihil intelligere
 velis, est negligere. Si quis M. Ciceronem, Aristotē-
 telem, Platonem, sic legerit, in eo nihil intelliget.
 Ergo sui contemptoribus, non autem cultoribus
 difficilis & obscura est S. scriptura: & quidem so-
 lum. Præterea illa ipsa obscuritas S. scripturæ etiā
 iis ipsis, quibus tecta est, quique ex ea nihil discere
 cupiant: sed illi potius toti cōtradicare, non in eo
 posita est, quòd ea, quæ in illa scriptura dicuntur,
 scribunturque non intelligant: sed quòd ea ipsa,
 quæ intelligant, neque sequi, neque credere vo-
 lunt, quia suum iudicium, quale à natura habent,

Dei sapientiae praeferunt .i. tenebras suas
 luci diuinae. In summa, eò tota haec nostra senten-
 tia redit, vt dicamus cuius homini, qui S. scriptu-
 ram lingua sibi nota piè, id est, bono & proficien-
 di affectu, & diligenter legerit, perspicuam, & fa-
 cilem esse ad veri Dei agnitionem, cultum, & fi-
 dei in Christum & salutis suae regulam, capita, sum-
 mam, doctrinam, & fundamenta colligenda, ha-
 benda, discenda, & quae non sunt credenda, agno-
 scendum, & discernendum. Quod autem ad fidem
 & ἀληθοσύνην huic ipsi doctrinae accommodan-
 dam, vt eam sequatur: quod item ad illius doctri-
 nae mandata & praecepta implenda, & praestanda,
 hoc iam planè ex dono Dei nos suo spiritu rege-
 nerantis est: ex sola autè illius scripturae lectione,
 aut nostrae conscientiae, & lucis reliquae scintillis
 neque manat, neque efficitur: sed, vt i dixi, ex solo
 regenerationis dono, eòq; supranaturali. Verùm
 aliud est S. scripturam, quoad sensus summam &
 verborum mentem intelligere (quod ij omnes
 possunt, qui eam lingua sibi nota legunt) & eidem
 assensum suum, fidemque veram accommodare,
 eamque, ceteris doctrinis repudiatis, solam sequi.
 Id quod soli pij, & Dei electi possunt, & faciunt.

Ergo fallitur Bellarminus dum piorum ad
 Deum preces, vt quae de ipsius verbo intelligunt
 vera fide credant, vel in ea ipsa, quam iam habent,
 fide proficiant, vel quae Dei verbo iubentur facere,
 praestent, refert ad solam eorum, quae in Dei verbo
 scripto & nota lingua auditu continentur, intelli-
 gentiam, ac notitiam, quanquam & ea quoque ipsa
 Dei donum est, sed non regenerationis, sed pri-
 mae ho-

inæ hominum illuminationis, vt ait Augustinus, qua omnis homo, qui venit in hunc mundum à Deo illuminatur Ioh. 1. vers. 9. Est igitur Paralogismus ab ignoratione Elenchi, quoniam ea, quæ de vno quodã rerũ genere dicuntur, ad aliud genus transfert Bellarmin. Sic Psal. 119. *Da mihi intellectum:* sic Luc 17. *Adauge nobis fidẽ:* sic Colos. 1. vers. 10. *Crescentes in agnitionem Dei,* & alij similes intelligendi loci, & preces.

Verũ vt ad omnes Bellarmini solutiones semel respondeamus, quibus contraria sibi argumenta potius eludit, quàm refutat, dum ait vbique S. scripturam non posse absque commentariis doctorum intelligi, etiamsi lingua ipsi legenti nota legatur: atque quædam etiã Patrum dicta in eam rem citat. R. Paralogismum esse huiusmodi solutionem, eũque varium, & multiplicem. Primũ ab ignoratione Elenchi, nam quod de credendo & fide doctrine S. scripture dicitur transfert iste ad solam ipsius doctrine intelligentiã, quasi verò idẽ sit credere, & intelligere. Deinde ab accidẽte. Nam quod de summa fidei & generali doctrina ex Dei verbi lectione cognoscenda dicitur, transfert & sumit ad peculiare cuiusvis loci interpretationem, in qua quæritur quæ sit vis verborum, quod ad Grãmaticos pertinet: quæ series & connexio orationis, quod ad Rhetores: quod denique robur & pondus eo in loco argumenti, quod ad Dialecticos spectat. Ergo quod nos hũc de ipsa scripture doctrina & substantia docemus, & agimus, Bellar. ad ipsius doctrine & scripture accidẽtia, refert, qualis est significatio declinatioq; Grãmatica

vocum, orationis & loci propositi artificium, textus syllogismorum, qui in eo scripturæ loco latent. Quod est tergiuersari, vel præuaricari manifestè. Præterea Bellarmini solutio hæc ipsa est Paralogismus, A non consequente. Nec enim sequitur, vt si qui Sacræ scripturæ loci sint obscuri, eodem modo quoque omnes sint obscuri. Quod ipsum quoque est Paralogismus A dicto secundū quid, & his tot vitiis laborat Bellarmini responsio seu solutio ad nostra de facilitate S. scripturæ argumenta.

Quod ipsum, vt melius intelligatur, aliquot ex hoc ipso capite secundo exempla afferemus, hæc videlicet, quæ nostram sententiam illustrabunt.

Ad primum nostrorum argumentum, col. 126. L. B. respondet, Mandatum Dei, quod legem Decalogi continet, esse intellectu facile, quia est naturale. Fallitur, si de serie sententiarum Mosis, aut legis, de significatione grammatica vocum, de robore argumentorum Decalogi & artificio intelligit: sin autem de summa doctrinæ, verum. At eadem S. scriptura in reliquis partibus suis, quod ad summam doctrinæ eodem modo agit, & facilis est quod ad peculiarem explanationem, vbique difficilis. Quoniam eiusmodi peculiaris locorum explanatio est certorum artificum, nempe Grammaticorum, Rhetorum, Dialecticorum: quas artes plerique Christiani non didicerunt: imò ne hi quidem ipsi Patres magna ex parte, ex quorum tamen scriptis & commentariis petendam S. scripturæ interpretationem esse contendit, qualis fuit Haymo, Rupertus, Rabanus, Abulensis, & his
similes

similes alij.

Ad secundum nostrorum argumentum col. 126. L. D. respondet, Præceptum Domini, quod est in Decalogo, non esse lucidum & facile ad intelligendum: sed esse lucidum postquam intellectum fuerit. Fallitur. Nam est lucidum ad illuminandos primùm legentium oculos, & ut illis sapientiam afferat, quam intelligant primùm lectores, ut disertè ibidem dicitur psal. 19. ver. 9. & Psa. 119. ver. 130. Aditus ipse verborum tuorum illuminat. Ergo solutio Bellarmini textum ipsum oppugnat: præter quàm quod etiam sibi contradicit, quum eadem columna septem supra lineis scripserit. Decalogum Legis esse facilem ad intelligendum, quia illius doctrina est naturalis. Sed vera responsio erat hæc, Doctrinam Lege, seu verbo Dei scripto contentam esse facilem cuius ad summam seu substantiam eius capiendam: sed difficilem ad methodum, artificium, & ea, quæ sunt variarum artium propriæ tractationes, tradenda.

Ad quintum, sextum, & octauum nostrorum argumentum col. 127. L. B. D. & 128. respondet locos scripturæ, & Patrum citatos non intelligi de S. scripturæ intelligentia facili. Fallitur Bellarminus. Sed distinguenda erat ea scripturæ cognitio. Nam ut ex ea summam & capita doctrinæ colligamus facile est, modò lingua nobis nota eam legamus. Difficile artificium eius nosce. Sic Patres inter se, & cum nostris conciliantur, & Bellarmini ad nostra argumenta solutiones confutætur facilissimè ac verissimè. Quid igitur? Eruntne piorum virorum lucubrationes in S. scripturam inutiles,

& superuacaneæ? Minimè verò. Ille enim ea ipsa quæ summam ex S. Scriptura intelligebamus, confirmabunt, sigillatim explicabunt ex vi verborum, serie orationis, argumentorum robore vera esse probabunt, atque ex locorum similibus, & dissimilibus collatione, interpretatione, & serio examine, eruditæque comparatione defendent veram doctrinam, falsam refutabunt. Hoc enim est boni in Ecclesia Pastoris, vt ait Paulus, Tit. 1. ver. 9.

Ad Cap. III.

IN hoc capite nobis cum Bellarmino in cæteris summa consensus est, ac penè sumus gemelli, ait ille: in vno autem tantum sumus dissimiles, & summa est dissentio, ecquis in controuersis de religione iudex & disceptator sedere debeat. Putat Bellarminus col. 132. L. D. Pontificem cum concilio suorum, id est Pontificiorum duntaxat Episcoporum esse solum istarum controuersiarum iudicem & arbitrum, ex cuius cum suis illis assessoribus Episcopis sententia omnes istæ de religione controuersæ sunt definiendæ, & semel statuendæ. Quod falsum esse vident omnes. Est enim non modò ouem lupo committere, Christi nempe causam Põtifici Romano summo ipsius aduersario, & vero Antichristo iudicandam, demandare: verum etiam est contra totius Iustitiæ leges, aduersarium suæ ipsius causæ, & litis iudicem ferre. Atqui nemo iudex ferendus in propriæ ratione causæ, inquit ille etiam profanus.

Itaque

Itaque huic Bellarmini ; & Pontificiorum suæ contra nos litis vindicias pro se ferentium , & pronuntiatiū errori, & iniquitati omnes sese opposuerūt. Perinde est enim atque si Mahumetanis iudicium de Mahumetanæ religionis veritate aduersus Christianos deferas, & concedas : perinde, atque si idololatriæ iudicium de idololatriæ suæ sanctitate tribuas contra pios : si meretrices de fornicum suarum, & meretricij quæstus & artis ratione sententiam ferre velis.

Itaque ipse Bellarminus, qua est prudentia, vidit, sensit quæ hoc suum axioma ac pronuntiatiū esse non, vt Mathematicorum, certum, & indubitatum: sed planè dubium, incertum, audax, temerarium. Vnde toto hoc reliquo libro, id est, totis septem capitibus sequentibus in ea sua sententia confirmanda, summè laborat. In summa, tota hæc Bellarmini assertio, propositio, & pronuntiatiū est Paralogismus, qui petitio principij in scholis appellatur. Rem enim planè controuersam pro certa sumit. Id quod puerile est.

Æquis igitur, dicet quispiam, erit nostrarum de religione controuersiarum legitimus, verus, iustus, & irreuocabilis iudex, arbiter, disceptator & finitor? Certè non Pontifex Romanus, non Episcopi Pontificij religionis hostes, non Lutherus, non Calvinus: sed ea regula, id est vera, certa, propria, & irrefragabilis nota, per quam quicquid est verum Dei verbum ab eo, quod non est verbum Dei, distinguitur & discernitur manifestissimè ac certissimè. Æquis erit, dicet alius,

singulorum S. Scripturæ locorum controuersorū
 veræ interpretationis quoque iudex legitimus. R.
 Eadem nota & regula, per quam omne Dei ver-
 bum verum à non vero dignoscitur. Nam quali-
 bet pars verbi diuini, & quiuis locus, illiusque in-
 terpretatio & sensus, verus & consentaneus esse
 intelligetur, atque à falsa eiusdem interpretatio-
 ne discernetur, & dignoscetur per eandem regu-
 lam ac notam, per quam vniuersum Dei verbum
 verum à falso secernitur. Exempli gratia, Qua
 mensura, eaque iusta & publica tota panni moles
 & sarcina mensuratur, agnosciturque, eadem mé-
 sura quælibet istius molis panni pars mensuratur.
 Quo lydio lapide tota moles auri probatur, eo-
 dem singula eiusdem molis frustra examinantur.
 Infinita eius rei exempla proferri possunt, quæ,
 breuitatis gratia, prætermitto. Verum quæ sit illa
 vera verbi Dei verè agnoscendi, & ab alia quauis
 doctrina discernendi nota, & regula, & irrefraga-
 bilis, propria, & certa ratio, ignorat Bellarminus.
 Nos eam istum, quum nobis placuerit, docebi-
 mus. Nihil enim habet cum ea, quam Bellarmi-
 nus hîc statuit, commune, quum hanc distinctio-
 nem ex Romani Põtificis cum suis Episcopis Af-
 fessoribus sententia, id est, ex ipsius Dei hostium
 decreto, pendere vult Bellarminus.

Interim ad ipsius argumenta hoc capite expli-
 cata breuiter respondeamus. Ac quidem sicut an-
 tea demonstrauius, hæc Bellarmini assertio, &
 sententia est Paralogismus A petitione princi-
 pi, illique manifestus. Petitur enim id concedi ve-
 rum esse, quod est omnino controuersum. Dein-
 de est

de est Paralogismus A non causa. Nec enim aliquid idcirco est Dei verbum, quia Romani Pontifices, & episcopi Pontificij soli sic statuerunt, quum iidem illi multa cum Dei verbo manifestè pugnancia probarint & probent.

¹ Bellarmini argumentum col.133. L.A. Negant Evangelici Spiritum Sanctum alligatum esse Pontificiis episcopis: ergo volunt vnumquemque ex priuato animi arbitrio iudicem esse S. Scripturæ, & veræ ipsius interpretationis. R. est Paralogismus A non consequenti. Est enim certa quædam nota iudex vtriusque controuersia, & quæ sit diuina Scriptura, & quæ sit vera illius interpretatio, quam notam nostri præsupponunt agnosci, sciri que ab omnibus, qui de Sancta scriptura, & vera eius interpretatione iudicant. Eodem modo ad cætera Bellarmini argumenta respondendum est, quia eodem Paralogismo, & vitio laborant.

Ad Cap. IIII.

Quod col.134. L. A.B. C. Mosis exemplum affert Bellarminus, vt probet ad Romani Pontificis iudicium controuersias ecclesiæ referendas, vt ab eo dirimantur, non videt homo acutus quàm falso & perperam argumentetur. Plures enim Paralogismos simul committit. Primùm factò & re extraordinaria rem ordinariam colligit. Mosis enim administratio, ius, autoritas, fuit planè extraordinaria, sicut est Deutor. 34. vers. 10. Itaque in ipsius persona extincta & finita fuit. Ergo primus Paralogismus est, Ab ignoratione

Eléchi, quia fit migratio de genere ad genus. Deinde peccat Paralogismo, A non consequente. Nec enim est par Pontificis Romani cōditio, & Mosis. Moses enim in omnibus, de quibus iudicium ferebat, ab ipso Deo illi apparēte manifestè instruebatur, Numer. 12. vers. 7. 8. Quod idē de Romano Pōtifice siue pius, siue impius nemo dixerit. Tertius Paralogismus, A nō caussa. Sic enim à populo fiebat, & ad Mosen referebat omnes cōtrouersias suas ecclesia, quia Deus sic fieri iusserat. Erat enim constitutus à Deo Moses internuntius inter se & populū Exo. 19. Denique nō videt Bellarminus dū hoc Mosis exēplo vtitur, cōfessum Episcoporum, quem suo Pontifici Romano adiungit, everti, quia solus Moses iudicabat, Exo. cap. 17.

2 Argumentum Bellarmini col. 134. L. D. est Paralogismus, A nō caussa. Falsō enim citat & interpretatur locum Deuteronomij ca. 17. vers. 8. & deinceps. Additur enim ibidem ver. 11. disertè eatenus summi Sacerdotis, vel Iudicis sententiam veram esse, quatenus illa est consentiens edicto legis Dei. Confirmatur ex Malach. 2. vers. 7. *Labis sacerdotis custodient legem*: & Christi ipsius dicto Matth. 23. vers. 2. 3. Itaque D. Brētius rectè senserat.

Quod ad reliqua tria Bellarmini argumenta, quæ col. 135. L. C. & D. persequitur, eodem vitio laborant, quo proximum, quia sunt Paralogismus A non caussa, quum Dei verbum falsō, & perperam explicatum à se pro suæ sententiæ confirmatione citet. Nā quod ex Eccles. 12. vers. 13. Agg. 2. vers. 12. Malach. 2. ver. 7. allegatur, habet disertè in textu ipso, & manifestè, *ex prescripto legis & Dei*
pastoris

pastoris, non ex cuiusquam hominis arbitratu & sententia valere, & ratum esse debere id quod dicitur, docetur, definitur. Ergo ex ipsismet textus verbis à se citatis Bellar. refutatur.

Ad Cap. v.

Quicquid hîc ex Nouo Testamento profertur à Bellarmino, nihil eum iuuat, quia condimentum, atque potius animam ipsam eorum locorum detrahit, dum nō ex Dei ipsius verbo scripto (& ea duntaxat doctrina, quæ in eo cōtinetur) Ecclesiæ aut Pastorum iudicia firma esse vult: sed ex solo hominum, qui modò Pontifices Romani sint, aut illis affideāt, iudicio, & arbitratu. Loci enim ipsi, ubi agitur de cathedra Moſis Matth. 23. de doctrina verè in Christum fidei Matth. 16. 18. de vera peccatorum remissione Iohan. 21. Actor. 15. Iohan. 40. hanc Bellarmini sententiã refutant, nostram confirmant. Ergo & hic quoque Paralogismus est, A non causa.

Quod affertur de loco Iohan. 21. *Pasce oues meas*, & Luc. 22. *Oraxi pro te, ne fides tua deficeret*. vetera sunt repotia centies apposita, centies confutata à nostris: & manifestus Paralogismus, A dicto secundum quid, quoniam quæ peculiariter de Petro, & pro Petro dicuntur, perperam ad omnes Romanos Pontifices hîc transfert, quorum plerosque tamen hæreticos fuisse, velut Liberium, Honorium, Anastasium, Sergium primum, Gregorium VII. omnes istorum historiæ docent.

Falsum autem & hoc capite col. 138.L.B.& v-
bique nobis affingit, vt in sua caussa vincat, nem-
pe Velle nos, vt penes priuatos homines sit de re-
cta, S. scripturæ interpretatione iudicium, & tan-
quam penes irrefragabiles, & irrecusabiles
iudices. Nam est penes notam & regulam illam,
& ex ea pendet, quam nos afferemus, quæ quum
cuius homini non prorsus amenti, & infano no-
ta esse possit, imò sit, ad solos Pontificios episco-
pos iudicium de recto sensu S. scripturæ minime
reuocandum, restringendum, & alligandum est.

Ad Cap. VI.

IN toto hoc capite frustra se fatigat Bellarminus
in colligenda tam longa rerum historia. Primum
enim non negamus quin Concilia legitimè con-
gregata possint, (vt & reliqui, quibus est nota illa
S. scripturæ cognoscendæ cognita) de vero scri-
turæ sensu iudicare: sed restringit ad solos episco-
pos, quod est penè omnium hominum, certè om-
nium piorum. Itaque Paralogismus est. A dicto
simpliciter. Deinde eodem vitio laborat istius
hæc collectio, dum sic arguit, Episcopi Romani
assensus, vt & cæterorum episcoporum, apparet
in istis iudiciis. Ergo præcipua fuit illius autoritas,
imò cõmunis illi fuit cū ceteris, & A dicto cõmu-
ni colligere quid & restringere peculiariter, est
Paralogismus. Deinceps & seipsum & alios fallit
Bellarm. Paralogismo A non consequente. Nam
quòd rata sunt quædã Concilia, quibus Romanus
Episcopus interfuit, non propterea rata sunt fue-
runtve,

runtve. & probata, quoniam iis alij episcopi, imò episcopus etiam Romanus interfuit: sed quia con-
 ferunt cum Dei verbo: alioqui planè reprobā-
 da sunt. Quare est quoque hic Paralogismus Ab i-
 gnorantione Elenchi, quum diuersi respectus con-
 funduntur, & quod causa non est pro causa, falsò
 statuitur, ac proponitur, quæ periculosissima & ro-
 bustissima fraus est.

Ad Cap. VII.

QUæ testimonia Romanorum pōtificum pro
 seipsis, suaque ipsorum causa tuenda pro-
 fert Bellarminus col. 142. L. A. nullius sunt momē-
 ti. Nemo enim iudex ferendus in propria ratione
 causæ. Alioquin idem esset & pars, & iudex, quod
 fieri leges omnes vetant Deuter. 17. ver. 8. 9. 19.
 ver. 17. Itaque hoc argumentum est duplex Para-
 logismus, nimirum A petitione Principij vnus: Al-
 ter A non causa.

Quæ verò Romanorum Imperatorum testimo-
 nia citat idem Bellarminus col. 142. B. C. D. habēt
 in colligēdo vitium & Paralogismum A dicto se-
 cundum quid &c. Nam hoc ius episcopis de con-
 trouerfiis ecclesiasticis decernēdi eatenus tribue-
 runt imperatores, quatenus episcopi ex Dei verbo
 scripto: non ex suo, aut Romani Pontificis arbi-
 tratu aliquid decidunt. Ergo hanc potestatem ne-
 que episcoporum, neque Romani Pontificis esse
 agnoscunt, sed solius S. scripturæ: cuius vera nota,
 quia non solis istis perspecta est: sed & cuius nō
 infano homini ad solos episcopos ista iudicia mi-

nimè sunt restringēda: aut ad Romanum Pontificem: quòd tamen obstinatè iste vult.

Ad Cap. VIII.

QUæ ex patribus citat Bellarminus toto hoc 8. capite neque Episcopis, neque Romano Pontifici arbitrariam illam definiendi quæ sit verè S. scriptura, & quis verus illius sensus, potestatem tribuunt. (Nam esset illud & temerarium, & superbum, velle Dei verbum ex hominum arbitratu pendere) sed concedunt eam notæ illi, & regulæ, quam Deus certam constituit, vt ipsius verbū verum à falso discernatur. Ergo Bellarmini hoc loco argumentatio est Paralogismus Ab ignorantia Elenchi, dum quòd notæ à Deo constitutæ proprium est, transfertur ad hominum arbitratum. Præsupponunt enim Patres notam eiusmodi perspectam iis esse, qui iudicant. Deinde Paralogismus est, A dicto secundum quid, sic, Episcopi melius ex ea nota S. scripturæ propria iudicant & qui duntaxat nonnulli, quàm reliqui homines Christiani in S. scripturis tandiu non exercitati: ergo & soli Episcopi, & omnes de S. scriptura, quæ sit, & ecquis verus illius sensus, iudicare, ac statuere possunt at debent. Quis non videt vitium istius argumentationis, quod etiam ab ipsa rerum experientia proditur. Nam teste etiam in Cōcilio Basiliensi Gersono, teste magno illo ecclesiæ Romanæ patre no Panormitano, Vel vnico & soli laico cōsentienter Dei verbo sentienti potius credendum est, quàm toti alicui Vniuersali concilio à Dei verbo scripto recedenti, & dissentienti.

Ad Cap. IX.

Quæ ratio, quæve collectio hoc in capite à Bellarmino fit, atque affertur, ducta est ab enumeratione partium, & earum postea remotione. Verùm in hac argumentatione duplici vitio, seu Paralogismo laborat Bellarminus, quorum primus est, A non Consequente. Nam non omnes iudices veri Sacræ Scripturæ sensus enumerat. Prætermisit enim notam illam, regulamque verissimam, quam Deus istius controversiæ iudicem ipsemet constituit: quam ex ea causa iste prætermisit, quoniam, etsi esse vult magister in Israel, & aliorum doctor, tamen eam ignoravit.

Secundus totius huius loci Paralogismus est, A non causa, Falsam enim sumit, veram omittit, aut potius reiicit. Verus enim veri S. Scripturæ sensus, & interpretationis iudex est ipsamet Scriptura, ad quam solam nos Dei Spiritus remittit, non ad Prælatos Ecclesiæ absque S. Scriptura. Ait enim Isaias, *Ad Legem, & Testimonia*, cap. 8. Ait David ps. 19. *Præceptum Domini lucidum*: & Psal. 119. *Lex tua lucerna pedibus meis*. Ait Christus, *Scrutamini scripturas*. Iohan. 5. Ait Paulus, *S. Scriptura utilis est ad docendum*. 2. Timoth. 6. 2. Pet. 1. ver. 19. *Habetis sermonem Propheticum firmissimū*: qui tamen omnes neque ad falsum iudicem nos remittunt: neque varium, incertum, & nuptam iudicem: (alioquin nos incertiores, quàm antea, dimitterent) nobis ostendunt: sed &

verum, & certum, & perspicuum, clarumque. Ita
que ipse col. 150. L.D. vult, vt Pontifices Romani
ex cathedra doceant.

Ecclesia verò in cōciliis collecta, & suo Pōtifi-
ce & omnibus etiam Prælati Pontificiis constans
neque vera est veri S. scripturæ sensus & infalli-
bilis iudex, neque certa, neque sibi semper ipsa cō-
stat. Cajaphas Pontifex cū suis omnibus prælati
Christum ipsum, Christi que doctrinam condem-
nat. Multa concilia Vniuersalia, velut Nicenum
secundum, Ephesinum secundum manifestè erra-
runt. Alia aliis contradixerūt, velut Sardicum Ari-
minensi. Augustinus ait, *ne dicamus, Ego dico, Tu
dicis, sed dicamus, Dicit Dominus: neq; tu mihi Ar-
minense Concilium obieceris: neque ego tibi Nicenum*
Contra Maximinum Arrianum. Ergo hic grauissi-
mus Bellarmini Paralogismus A non causla ap-
paret, quia falsum iudicem pro vero substituit a-
pertè, vt suo Pontifici Romano Romæ assentetur.

Ad Cap. x.

IN solutionibus contrariorū suę sententię argu-
mentorum, quæ à nostris afferuntur, tum igno-
rantiam suam prodit: tum ineptiam. Ignorantiam
dū Math. 23. ver. 10. ignorat quomodo vnus Chri-
stus dicatur doctor, in solutione tertij argumenti.
Iohan. 5. ver. 30. nescit, cur Christus dicat se alieno
testimonio non egere. in solutione. 4. argumenti
Roman. 12. versi. 6. verba *pro ratione fidei* non in-
telligit, quia verbum *Prophetemus* non repetit in
solutione 8. argumenti. 1. Corint. 2. ver. 15. vocem

omnia

omnia non capit, cuius significatio ad propositum argumentū restringitur: in solutione 9. argumēti. *omnia* non intelligit. Restringit enim ad solos Episcopos in solutione xi. argumenti. Denique in solutione 14. argumenti. Quid sibi vult Bellarminus dum ait Ecclesiam non iudicare de S. scripturæ veritate, sed de nostræ intelligētiæ sensu, vtrum verus sit, an non. Nonne verò idem est veræ S. Scripturæ interpretationis, atque veritatis ipsius iudicium & Scripturæ finis? In solutione 16. argumenti distinguit iudicium Augustini quatenus Doctor est, ab eiusdem sententia, quum erat in concilio, & sedebat, vt Iudex. Atqui ideo Augustinus sedet in Concilio, quoniam erat Doctor. Quorsum igitur ista distinctio? Inepties istius hominis in solutione reliquorum nostrorum argumentorum ipsi contrariorum manifeste cernitur.

*Totius libri Tertij Censura,
& examen.*

Multa sunt, quæ in hoc tertio Bellarmini libro meritò reprehendas, vti suprà in singulis capitibus docuimus: nunc autem quæ communiter, aut in communi vitia in eodem insint, explicabo, non omnia (nam esset infinitum) sed ex multis pauca, quoniã breuitati studeo. Sint igitur illa vitia imprimis quatuor, quæ pius quiuvis in hoc libro obseruare potest. Ex quibus primum est, Mala mens, & Veteratoria, seu Astutia. Nam quum in omni disputatione S. Scripturæ Christianum virum candidè & sincerè agere oportet,

non autem cuniculis & dolo: tum verò præsertim in concertationibus Theologicis, in quibus vnus Dei gloria, & piorum ædificatio quærenda est. At Bellarminus hoc in libro summa quadam techna & robusta fraude totâ fidei Christianæ certitudinem euertit, vt suo Põtifici Romano gratificetur, ex cuius ore potius, quàm ex ipsius Dei oraculis Propheticis, & Apostolicis doctrinæ ipsius Dei, & fidei nostræ veritatem, & certitudinem pendere vult. Nam quum libro huius operis primo docuisset incertum plane esse, qui nam sint S. scripturæ veri, & germani libri: secundo libro contendit etiam eos ipsos libros, quos cõstaret esse S. scripturam, in ipsis adedò suis purissimis fontibus nimirum in Hebræis & Græcis Codicibus (quæ sunt prima & originalia totius S. scripturæ fundamenta) esse turbidos, turbatos, & corruptos: his substratis facile postea illi fuit impiissimum illud suum dogma condere cap. huius libri tertio col. 132. L. D. totam Sanctæ scripturæ certitudinem, veritatem, & autoritatem ex Romani Pontificis vel solius, vt ipse postea ait: vel cum suis Episcopis asseclis iudicantis decreto prorsus pendere. Quæ summa, quemadmodum omnes vident, hominis techna fuit. In quo ille ex hominum voluntate & arbitrato, Dei, diuinæque doctrinæ autoritatem pendere vult, quod est impium, nempe Vt Dei Optimi Maximi maiestas hominum imperio stet, cadat-ve, & subiciatur. Deinde inepta collectio. Cur enim si ex hominum

minum decretis illa certitudo, S. scripturæ pen-
det, Romanorum potius quàm Græcorum Epif-
coporum : ex Occidentalium potius, quàm O-
rientalium, Pontificum confessu, & suffragio.
Quos enim ex Romanis Pontificibus & Impera-
toribus, ex S. scriptura, ex Patribus, ex ra-
tione locos citat, & rationes affert, tam pro
Orientalibus, quàm Occidentalibus Episcopis
(ad quos tamen solos istam determinationem
reuoat Bellarminus) faciunt, & militant: & for-
tasse plus pro illis, quàm pro his, quoniam
Orientalis Ecclesia ex ipsius Christi, & Apo-
stolorum ore, & voce instituta fuit in fide vera:
fuit priùs Catholica quàm Occidentalis: fuit de-
nique illa Orientalis magistra huius ecclesiæ Oc-
cidentalis. Atque hoc primum est huius libri ter-
tij vitium, nempe Dolus Malus.

Secundum est *ἀμεθοδία*. Quum enim priùs quæ-
rendum fuerit, vtrum aliqua sit, eaque vera, pro-
pria, immutabilis nota, & regula, ex qua S. scri-
ptura vera agnosci possit & illius verus sen-
sus diiudicari, (id quod esse, summo Dei bene-
ficio, demonstrabo) hac quæstione, quæ totius
huius disputationis cardo & fundamentum est,
prætermissa, ad inanes, incompetentes, & in-
certos iudices nos reuoat & relegat: nimirum ad
solos Romanos Episcopos & Pontifices, quos po-
stea secundarios tantum iudices facit col. 151. Sed
dicet Bellarminus, fateor, se eiusmodi, notam ne-
per infomnium quidem vnquam vidisse. Verùm id
debuìt meminisse, quod scribit Hieronymus diu

multūque sibi discendum fuisse, quod alios docere voluit, ne, quod fecit, falsa doceret. Atque, quæ admodum inquit vel ipsomet teste col. 144. L. A. Tertullianus in primis quærēdum est, quæ sit vera doctrina eaque constituēda, & quæ illius vera nota sit prius sit omnino definiendum, ut ex ea positea, & quæ sit verè S. scriptura, & quæ vera illius interpretatio, certò definiamus.

Tertium Bellarmini in hoc eodem libro vitium est Falsitas seu *ψεύδος*. Ac primum quidem falsum est col. 126. L. B. Facilius à nobis præstari Dei legē, quàm intelligi. Cōtra Paulus Roman. 2. ver. 15. & 16. ostendit Dei Legem notam fuisse gentibus, ab iis tamen minimè præstitam fuisse, Roman. 1. ver. 29. 30. Ephes. 5. ver. 11. 12. Secūdum falsum est, col. 132. L. D. his verbis. *Pasce oues meas*. Datam esse Petro & illius successoribus S. scripturæ interpretationem. Nam idem cæteris Apostolis præcepit Christus his verbis. *Ite, prædicate* Mat. 28. ver. 19. & Petrus ipse priore epistola cap. 5. ver. 3. docet hoc ipsum omnibus ecclesiæ pastoribus à Christo equè fuisse præceptū. Paulus Galat. 2. ver. 8. contendit sibi Apostolatam gentium à Christo commissam, Petro autem Iudæorum. Ergo tam bono iure, & æquè ad omnes Pastores hæc S. scripturæ interpretatio spectat, quàm ad Pontificem Romanum: & æquè ad Paulum, quàm ad Petrum. 3. falsum est col. 134. L. C. quum negat Samuelem fuisse sacerdotem, & sacrificasse, cōtra verò, 1. Samuel. 7. v. 9. 9. v. 12. Fuit enim Sacrificator, sed plerumque extraordinarius: & intercedebat, quemadmodum Moses, inter Deum & homines. At iste fac-

tur Moſen fuiſſe ſacerdotē ex Pf. 99. ver. 6. Quartū falſum col. 139. L. B. Apoſtolos ipſos, & alios fideles recurriffe ad Petrū, eūque cōcilio Hieroſolymitano præfuiſſe, col. 137. L. D. 140. L. B. tam illi hoc commentum ſuum placuit. Vtrumque falſiſſimum eſt. Ac quidem cōcilio Hieroſolymitano præfuit Iacobus, ſicut ex cap. 15. Actorum apparet. Ille enim totius deliberationis definitionem edidit. Id quod eorum eſt, qui alicui cœtui præſunt, Apoſtoli verò alij, quēadmodum Paulus, Petrum errantē correxerunt, Galat. 2. verſ. 14. & reprehenderunt: abnegantem Chriſtū obiurgarunt, vbi eū viderunt, nedum vt ad eum recurrerent. Quintū falſum eſt, col. 146. L. A. B. repetitum ex col. 128. L. A. Solā S. ſcripturam non ſufficere ad dirimendas controuerſias de religione. Cur igitur ad eam ſolam nos reuocat Chriſtus, Ioh. 5. 6. & ipſe iā conſtituit primarium fidei noſtræ fundamentum ex Caluini veriſſima ſententia col. 151. falſum col. 147. L. B. Principatus Politicus per accidens ad eccleſiam pertinet: ſed Pontificatus per ſe. Imo vtraque res, prout dignitas quædam publica eſt, æquē accidentaria eſt eccleſiæ, quum ſæpe & ſine Pontificatu, & ſine Politico magiſtratu poſſit eſſe, & ſubſiſtere eccleſia vera, velut quum eſt in hiſ terris inuiſibilis: vel viſibilis quidē, ſed Paſtore deſtituitur ſuo ad tēpus, vel omnino. Atque ex hoc ipſo quæro qualis tunc fuit eccleſia Romana quū in ea plures erant ſimul Antipapæ: quod iam vigefies quinquies accidit: aut quum nulli omnino erant in ea Pontifices creati. Nā tunc carebat ex iſto eſſentiali ſui parte. Et hæc quidem ſunt ge-

neralia falsa. Quæ enim in singulis capitibus in-
sunt sparsa, iam annotauimus.

Quartum vitium est Absurditas seu Contradi-
ctio Bellarmini sibi ipsi. Ac primum vbiq̄ue ne-
gat S. scripturam esse verum doctrinæ iudicem: &
tamen colum. 151. L. D. vult S. scripturam esse pri-
marium nostræ fidei firmamentum. Vbiq̄ue scri-
bit, velut colum. 132. L. D. verum veri Sacræ scri-
pturæ sensus iudicem esse Romanum Pontificem,
vel solum, vel cum suis assessoribus: at col. 151. L. D.
Pontifici scripturam explicanti credendum esse,
non vt primario, sed vt secundario duntaxat fun-
damento. Quo teneam vultus mutantem Pro-
pheta nodo? Modo ait S. scripturam intellectu fa-
cilem esse, modo negat colum. 123. L. A. C. & 128.
L. C. D. item col. 152. L. A. de S. scripturæ intelli-
gentia non iudicat ecclesia: sed tantum de intel-
ligentia mea, aut tua, quasi diuersa sit iudicij ra-
tio. Vbiq̄ue in suis solutionibus ad nostra argu-
menta dubius est, varius, incertus, & contrarias si-
bi ipsis solutiones affert, & probat colum. 126. 127.
147. *Bifariam*, ait, *intelligitur hic locus*, Alij sic
hunc locum intelligunt, alij aliter. Vna istius in-
terpretatio in eodem loco explicando vult esse
generalem illius loci sententiam, altera verò pec-
culiarem: Vna erit, de vita æterna intelligi lo-
cum, altera, de vita potius temporali colum. 126.
L. D. 148. L. A. vel dic, inquit, vel dic colum.
148. L. A. item *Dici posset*, colum. 150. L. D. ec-
quod, obsecro, genus solutionum istud est? Cer-
tè nullum. Denique facit Augustinum sibi ipsi
repugnantem colum. 124. L. A. item Chrysosto-

num: Hieronymum, quibus tamen maximè velut suæ sententiæ autoribus, vtitur colum. 123. 128. L. C. D. 129. L. B. Et hæc quidem tot sunt generalia Bellarmini in hoc libro piacula, & vitia manifestissima.

Quenam sit vera, propria, certaque S. scriptura, veræque doctrinæ à falsa: & veri illius sensus à falso discernendi regula, & nota.

ERgo quæ sit vera illa, certa, propria, immutabilis diuinæ doctrinæ à falsa diiudicandæ regula, & nota, iam videndum est. Eadem enim ostendet & quæ sit S. scriptura, & quis illius verus sensus. Nam vnus & idem canon hæc omnia examinat, confirmat, discernit, & iudicat. Est autem hæc, vt quæ doctrina nos vnus Dei gloriam insolidum quærere docet, ea verè, certò, asseueranter diuina, & cœlestis doctrina statuatur. Quæ verò doctrina nos, nostram, aut creaturarum cœlestium, vel terrenarum gloriam quærît, stabilit, aut præfert Dei gloriæ, ea doctrina neque diuina, neque cœlestis censeatur. Vna verò & eadem est vtriusque notæ & regulæ probatio, quoniam vtraque eodem spectat, & idem concludit. Prima igitur ratio & nostræ regulæ confirmatio est, A necessario Consequenti, quod ex Dei notitia omnino deriuatur & cōsequitur. Est enim prorsus necesse, vt quem esse Deū quispiam verè agnoscit & fatetur, ad eiusdē gloriā omnia referat.

Sic arguit in epistola ad Romanos Paulus cap. primo, Gentes esse coram Deo prorsus inexcusabiles, quòd quum verum Deum cognouissent, tamè eum, vt Deum, non glorificarunt. Est enim illud omnium hominum non prorsus amentium mentibus insculptum, & Deum aliquè esse: & eum, qui sit Deus, vbique colendum, & ad eius gloriam omnia referenda. Ex hoc naturæ principio dicitur Psal. 22. vers. 29. & probatur Dei esse in omnia regnum. 1. Corinth. 10. vers. 31. ad Dei gloriam omnia facienda. Nam etsi hæc à Paulo, & Dauide scribuntur, tamen ex ipsius primæque lucis naturalibus scintillis, & fontibus hauriuntur, non ex peculiari quadam Dei reuelatione his solis facta. Est enim hoc τὸ γνωστὸν θεῶν, non μυστήριον, quemadmodum & Tertullianus in libro de testimonio conscientiæ, Iustinus de Monarchia, Aufelmus in Monologio docent: Denique hoc ipsum testatur cuique sua non εὐδίας prorsus, & deprauata conscientia.

Secunda ratio ducitur itidem à necessario consequente, quod ex ipsa, rerum factarum, & à Deo productarum natura colligitur. Est enim illud verissimum consequens, & omnino notum, videlicet opificium ad opificis sui laudem spectare, & referri oportere. Sic Paulus arguit Roman. 1. capite. Sic Sapientiæ cap. 13. Sic Plato lib. 10. de legibus: idque ex illis naturalis lucis reliquiis, quæ nobis supersunt. Ergo qui aliquem verè Deum esse agnoscit, idem hæc reliqua, quæ sunt opificium illius esse fateatur necesse est: ac proinde ad Dei ipsius opificis gloriam referenda omnino esse. Sic Paulus Act

lus Actor. 14. vers. 17. 17. vers. 26. 27. ostendit omnes homines inexcusabiles, quòd quum nossent & sese ipsos, & omnia, quæ hîc eueniunt, sunt, & extant, esse Dei opera, Deum tamen ex iis non glorificauerunt.

Tertia ratio est à genere sic, Omnis, quæ de Deo eoque colendo vera loquitur & docet doctrina, est diuina: quæ in eodem colendo falsa docet, illa falsa est. Non est enim Deus falsitatis autor, sed veritatis. Ergo quæ doctrina veritatem de Deo, Deive cultu docet, à Deo proculdubio est, ac proinde diuina est. Illa verò doctrina verum de Deo, Deive cultu tradit, quæ omnia ad ipsius gloriam, velut opificis laudem reuocat, & referenda iubet ergo diuina illa est.

Quarta ratio A necessaria causa sumitur, quòd hæc ipsa nempe nota & regula & Christus, & Paulus vtuntur, vt suam doctrinam diuinam. i. A Deo esse confirmet, & cœlestem. Nam Christus cap. 5. vers. 43. 7. vers. 18. 8. vers. 50. sic argumentatur apud Iohannem. Qui quærit gloriam Dei, non suam, is verax est, & vera seu diuina ipsius doctrina. At qui ego quæro gloriam Dei Patris, non meam. Ergo & verax sum, & doctrina mea diuina. Contra verò Iohan. 12. vers. 43. Qui quærit suam gloriam, neque verax est, neque vera eius doctrina. At qui mihi contradicunt, quærent suam gloriam. Ergo neque veraces sunt, neque eorum doctrina vera est, aut diuina. Paulus autem Galat. 1. vers. 10. Philipp. 3. vers. 9. sic arguit. Quicumque homines. i. hominum gloriam, non Dei, prædicant, aut suam id est, suorum operum gloriam, & iustitiam quæ-

runt, falsam doctrinam & diuinæ contrariam annuntiant. Ergo diuina doctrina est ea, quæ folius Dei, & quidem insolidum gloriam quærit. Alibi conqueritur ab iis Dei doctrinam corrumpi, qui se, suamque gloriam quærunt. Ex quo sequitur veram esse, certamque nostram notam & regulam, per quam vere doctrinam eam, quæ Dei est, ab ea, quæ non est Dei, tutò discernimus & verum quoque illius sensum, & interpretationem à falso diiudicamus. Eadem enim regula vtrumque fit, & dignoscitur: quæ etiam in scriptis & Prophetis, & Apostolicis diiudicandis locum habet, & sequenda est. Neque verò alia est ea regula & nota, quam tradit Iohannes in prima epistola ca. 4. vers. 2. 3. 6. vt falsi spiritus à veris distinguantur. Nam qui & Apostolicam doctrinam audit, & confitetur Christum in carnem venisse eam doctrinam probat, quæ insolidum vnus Dei gloriam quærit. Præterea non de generali nota S. scripturæ dignoscendæ agit Iohan. sed de mediis nostræ salutis agnoscendis.

Nec obstat, quod obiici potest. Ergo quæuis veritas seu Medica, seu Philosophica erit diuina doctrina. Nos enim de ea duntaxat hîc agimus, quæ ad pietatem .i. Deum & colendum, & agnoscendum spectat, & pertinet. Omnis enim alia veritas, etsi Dei donum est, quia tamē aliud subiectum, quam Deum, tractat, neque cœlestis, neque diuina veritas, aut doctrina dici propriè potest.

Neque item obstat, quod Iohannes Calvinus libro primo Institutionis Christianæ ca. 7. & 8. alias

notas &

notas & regulas proponit diuinæ doctrinæ agnoscendæ. Imo nobiscû planè ille facit & sentit. Sed idè secundarias notas, quæ ex hac nostra (quæ primaria est) dependent, allegat, quæ etiã veræ non essent, nisi hæc nostra prorsus veræ esset. Postquam igitur hoc sumpsit Calvinus doctrinã diuinam esse eam, quæ omnia ad vnius Dei gloriam in solidum refert, ac proinde quæ vera est: ex ea multas alias notas omnino & necessariò dependentes ex illa nostra regula colligit, quæ proprie doctrinæ & veræ, & diuinæ competût: Népe quod eiusmodi doctrina, quã sit à Deo, à Dei quoq; spiritu in nobis ob signatur, & confirmatur. Quã eadem sit vera, ut pote à Deo, semper implementum suum habuit, nullam discrepantiã habet, sibi semper cõformis est, vna est, ab aliis doctrinis dissimillima est: quæ sunt secundariæ Sacræ scripturæ notæ.

Porro hæc nota & regula quanquam iis notior est, qui verè, piè, & assiduè verbum Dei scriptum tractant: tamen neque solis iis cognita est, sed & aliis quoque: neque ex eorum duntaxat decreto, & iudicio pendet. Nam quemadmodum Deus ut redderet omnes homines inexcusabiles iis omnibus reliquit aliquas reliquas iustitiæ agnoscendæ, & discernendæ scintillas: sic etiam dignoscendæ veræ pietatis, sicut docet Paulus Roman. cap. 1. vers. 17. 18. 19. alioquin in sua impietate excusabiles essent. Nam quod dicitur Dei cognitio esse quæpiam arcana doctrina 1. Corinth. cap. 2. versicu. 71. non omnibus nota pertinet ad cognitionem salutis & redemptionis hominum, in qua mirus ille salutis humanæ

per Christum modus declaratur. Est enim hæc doctrina nobis mysterium. Quod item est apud Paulum 1. Corinth. 2. vers. 15. Verum est: sed intelligitur quoque de arcana illa, & salutis per Christum impletæ doctrina: non autem de nota illa & regula generali, qua vera, & diuina de Deo doctrina à falsa distingui, discernique potest, quam etiam animalis homo, qualem illic nominat Paulus capit & intelligit, vel ex solis naturalis lucis reliquiis. Et hæc quidem nos breuiter tradimus, quoniam piis, & intelligentibus hominibus hæc scribimus vt erudiantur melius: non autem Monachis, qui pro hoc nostro in se beneficio non *ἰδίᾳ ἀρετῶν* honestum, quod oportuit, persoluent: sed sputa sua fœtida, & conuitia in me deblaterabunt, & conñicient.

Ex superioribus autem apparet non magis Episcoporum Põrificiorum (qui S. Dei verbum vel omnino ignorant, vel dicis solùm caussa tractant) iudicium, & concilium ad distinguendum, quæ sit verè doctrina diuina, quæ non sit, non magis inquam requiri, quàm quorumuis hominum non profus insanorum, & amentium. Omnes enim sani & attendentes eã discernent. Quinimo quæ adhuc purior esset ecclesia, tamen ex Episcoporum eiusmodi decretis res definiri non potuit. Nam can. 85. Apostolicus, vt dicitur, tres Machabæorum libros habet, eosque facit Canonicos. Laodicenum concilium Can. 58. contrà omnino eos reiiicit, vti & Carthaginense Can. 24. Item epistolâ Baruchi inter Canonica scripta habet Laodicenum, eam reiiicit Carthaginense & expungit. Infitum

nitum esset singula persequi.

Pro coronide verò illud addidero, ex omni doctrina scripta, quæ diuina ex nostra nota agnosci potest, eam solam dictam fuisse Sacram scripturâ, & Canonicam, quæ immediatè Dei iussu scribi præcepta est. Id quod non magis concilia Pontificia definierint, quam quiuis pius ex Væteri historia.

Ad quarti libri R. Bellarmini.

Cap. I.

QUOD hoc capite tractat Bellarminus, meram ingenij ostentationem sui, & conuitiũ impudentissimum in Calvinum (quem hæreticum falso appellat) continet. Itaque à nobis hîc spernendus omnino est Bellarminus, non curandus, aut imitandus.

Ad Cap. I I.

Miserum est hominem istum in ipso statim limine impingere. Vim enim vocis huius, *Traditio*, & notionem vocabuli prorsus ignorat, dum ad doctrinam non scriptam restringendam omnino docet: & tamẽ de traditionibus istis quas, quid sint, nescit, scripturum se pollicetur. Discere debuit ex præcepto Antonini priusquam doceret. Porro Patalogismus est manifestus *Petitio principy* dictus, & puerilis tota istius distributio Traditionum, in diuinas, Apostolicas, ecclesiasticas. Assumit enim pro cõcesso & vero, quod est in questione positum, & negatur à nobis videlicet esse

quasdam Diuinas & Apostolicas Traditiones extra S. scripturam, & eas ipsas à nobis reici: falsum hoc. De solis enim ecclesiasticis Traditionibus seu humanis, quas vocant, quæstio est, quoniam eas solas siue scripte sint, siue non, & quidem quales isti inuehunt, oppugnamus. Illa verò quàm sunt inepta, quicquid ad essentialem S. Cœnæ institutionem pertinet, non esse ab Euangelistis traditum, & Apostolis scriptum, quum ad ea sola, quæ ab iis scripta sunt, nos in hac quæstione reuocet Paulus I. Corinth, II. Item ieiunium quadragesimæ esse Apostolicam traditionem, quum in libris Conciliorum ipsimet fateantur hoc primum à Pontifice Roman. Telesphoro institutum fuisse, epist. I. Telesphom. Quatuor item temporum ieiunium esse Apostolicam traditionem est ineptissimum, ac falsissimum. Nam Calixtus II. ea instituit circa annum Domini 1125. Quid igitur hîc nugatur Bellarminus? Et est expressum in Can. *Ieiunium*, & sex seq. Dist. 76. in Decreto Gratianis quod isti probant, & laudant.

Ad Cap. III.

Quædam generalia, quædam specialia habet hoc caput. Specialia sunt, quæ de XI. exemplis falso Apostolicarum traditionum peculiari-ter attulit M. Kemnitijs, & quidem verissimus. Ille verò à pag. 158. vsque ad caput quartum magno labore confutare, sed frustra, conatur. Nam cauillatur duntaxat Bellarminus, vt cuius ipsius solutiones legenti facile apparebit. Itaque illa pecu-

peculiaria nihil habent difficultatis : & à nobis
 propterea prætermittentur . Ita enim his , veris-
 simis obiectionibus Doctoris Kemnitij percussus
 est Bellar. vt apertè in R. ad 2. Kemnitij argumen-
 tū fateatur , magnam Canonis Missæ partē etiam
 c. c. annis post Apostolorum obitum inuentam
 esse. In R. ad quartum Kemnitij argumentum , &
 quod in S. Cœna Aqua vino miscetur : & Aqua in
 Templis sale conspersa benedicitur , esse tantum
 consuetudinis ecclesiæ : non autem institutionis
 Christi , à quo tamen solo Sacramenta instituenda
 fuisse scribit idem colum. 155. L. A. Secum consen-
 tiat ipse , qui nostris inter se discordiam obiicit.
 In R. ad octauum Kemnitij exemplum fate-
 tur Consecrationem Altarium esse. P. R. Syl-
 nestri inuentum , Vti quarti temporis ieiunium
 inuentum Calixti in responsione ad 6. In R. ad
 nonum exemplum est Paralogismus Ab Amphibolia.
 Extraordinariam enim & miraculosam vn-
 ctionem , de qua Marc. 6. & Jacob. cap. 5. agitur,
 cum ordinaria , & quæ nullum miraculum habet,
 qualis in Papatu obseruatur , confundit Bellar-
 minus , contra mentem Kemnitij. In R. ad de-
 cimum exemplum Paralogismum , A non conse-
 quente admittit , sic , Cyrillus meminit factæ san-
 ctorum in S. Liturgia commemorationis : ergo
 meminit Sanctorum inuocationis. Non sequi-
 tur . Aliud enim est , fuitque semper com-
 memoratio Sanctorum in S. Liturgia : aliud eor-
 um Inuocatio. Hæc à Syricio instituta , illa ve-
 rustissima , de qua non agit Kemnitius . Ad
 reliqua Kemnitij exempla & argumenta non

respondet, sed tergiuersatur aperte Bellarminus. In contradictionibus & mendaciis nostrorum quæ fingit, prorsus nugatur homo iste, dum concedit nostris Deum iussisse Apostolis, ut Nouum Testamentum scriberent col. 157. L. C. tamen in quinque postea lineis negat hic ipse Deum præcepisse Apostolis, ut scriberent, sed ut docerent, & duntaxat prædicarent. Matth. cap. 28. vers. sicu. 20. quasi quum absentes ad ecclesias scriberent, eas non docerent. Imo tunc maximè docerunt, ut apparet Philipp. 3. vers. 1. 2. Petr. 3. vers. Est igitur Paralogismus A figura dictionis, quæ *Prædicare* pro simpliciter viua voce docere significat, ut iste quum generaliter tamen docere, & annuntiare significet Apocalyps. 14. vers. 13. Nam ut docet cap. 1. lib. 8. Herminias Aristotel. scriptura vocis loco fungitur, uti in Zacharia Luc. 1. vers. 63. muto apparet, qui vice vocis scripturam addidit in pugillaribus: generalia huius capituli de eo, quod proxime sequitur, capite, tractabuntur nobis.

Ap Cap. 1111.

Generalia igitur sunt, quæ nempe Traditiones à nobis damnentur. Apparet cum ex nostris scriptis, tum ex hoc ipso capite tertio super. Quum enim, vel hoc teste (tantum potest veritas) velimus ac contendamus totam suæ fide, siue de moribus necessariam doctrinam Sacra scriptura contineri, colum. 156. L. B. apparet nos minime controuersiam mouere, si iis, quæ in Dei verbo scripto expressa sunt, sic

Traditiones, siue doctrina vocentur, vti Actor. cap. 16. vers. 4. 1. Corinth. 11. versic. 23. 2. Thessal. 2. vers. 15. siue ad salutem, siue ad politiam ecclesie spectent, 1. Corinth. 4. vers. 17. 11. vers. 34. 2. Thessal. cap. 2. versic. 2. Omnia enim, quæ in Sacra Scriptura traduntur eo sensu, loco, & modo admittimus, & valere volumus, quo ipsum Dei verbum illa præscribit obseruari.

Ex quo iam apparet de solis iis Traditionibus, quæ in Dei verbo scripto nequaquam continentur, controuersiam esse: sed neque etiam de omnibus. Nam quæ extra Dei verbum scriptum tradidit ecclesia vel vniuersa, quemadmodum concilia Oecumenica: vel Peculiaris, velut quidam Episcopi: ea vel ad decorum & Politiam ecclesie duntaxat constituta sunt: Vel ad Dei cultum, & fidei Articulos creditu necessarios. Si vt essent pars veri cultus Dei, & fidei nostræ Articuli traduntur: has omnes Traditiones, quoniam à Deo ipso manifestè damnantur, planè, & omnino reiicimus. Loci S. scripturæ sunt Deuter. 12. vers. 8. Iob. 22. vers. 22. Is. 29. vers. 13. Math. 15. vers. 9. 1. Corinth. 7. vers. 12. Colos. 2. vers. 23. Et hæ Traditiones vulgò per contemptum *Humane*, id est, ab hominibus inuentæ nominantur. Sin autem quædam constituta sunt ad solum ecclesie decorum, & Politiam externâ, eas Traditiones facile in iis locis probamus, in quibus iam sunt receptæ & cõprobata, modò has tres condiciones habeant, nimirum, ne quid factu vel in speciem puerile & turpe iubeant: Ne quid superstitiosum, id est, in quo meritù vllù operum aliquod statuitur, & Dei gratiæ contrarium do-

ceant: Ne nimia sua multitudine ecclesiam onerent. Nobiscum planè consentit iste col. 187. L. C. in medio. His ita constitutis, in quibus est totus status controuersæ cum eo nostræ, quomodo vel pugnet, vel velit Bellar. aduersum nos, uideamus.

Primum ab hoc capite quarto vsque ad decimum frustra & cartas commaculat Bellarminus & tempus terit. Nec enim vel negamus aliquas traditiones & regulas ab hominibus de Politia & decoro ecclesiæ scribi posse, quæ, si nullum uirtutum habeant, sint seruandæ tanquam ecclesiæ decorum duntaxat, non ut Articuli fidei: Vnde eas esse seruandas, quæ sunt in sacris & Apostolicis scriptis, quandiu & quatenus eas obseruari iubentur, uelut Actor. 15. uel denique aliquas ueliter etiam à Conciliis, uel nonnullis pijs Episcopis præceptas ad solum ecclesiæ tamen decorum: non ad Dei cultum, uel ut essent fidei nostræ Articuli. Aliud probet Bellarminus, & uidebitur.

Primum ipsius argumentum est col. 160. L. A. B. C. diu Deum coluit ecclesia absque Scriptura sed ex sola traditione. Ergo postquam S. scriptura Dei iussu ædita est, ex traditione quoque non est S. scriptura colendus est Deus. Hæc minimè est argumētatio, sed Paralogismus, & is quidem multiplex. Vnus ab ignoratione Elenchi. Nam confundit tempora Bellarminus. Nos enim nequam ex traditionibus Deum colendum esse dicimus, posteaquam Deus suum ipse uerbum in scriptura

teras mitti iussit. Sic cum Mose Deuteronom. 12. vers. 8. sentimus. Alter Paralogismus est Ab Accidente. Verbum enim Dei illud solum esse, & semper fuisse existimat, quod scriptis mandatum est, etsi vere constat à Deo præceptum, & reuelatum fuisse. Fallitur. Perinde enim Patres Deo seruiuerunt, qui Dei mandatum sibi factum seruarunt incorruptè & memoriter, atque si illud scriptum ab iis fuisset: quum idem purum, non autem corruptum custodirèt. Sed nos Deo iam ex solo scripto ipsius verbo seruiendum docemus, & seruiimus, quia nullum aliud verbum habemus ab eo reuelatum, quàm quod scriptum est. Ergo illi Patres Deo seruiuerunt non ex traditione & hominum præceptione, qualem aduersus istos damnamus, sed ex ipsius verbo certo, & manifestato, id quod omnino pugnat cum Dei cultu qui fit ex hominum Traditione, de qua nunc agimus. Vnde suam sententiam non confirmat hoc argumento Bellarminus.

Tertius in hac eadem collectione Paralogismus est, A petitione principij. Falsum enim supponit, & sibi concedi postulat, dum ait, *Ante Moysen nullam Diuinam Scripturam exstitisse & fuisse*, columna centesima sexagesima, L. A. Fuit enim saltem liber Enoch, cuius meminit Iudas in Epistola versiculo quarto. Vidi etiam ipse librum Abrahami Patriarchæ editum, & legi.

Secundum Bellarmini argumentum, columna centesima sexagesima prima, L. A. Videlicet, Non esse Sacras Scripturas sufficientes ad doctrinam salutis, veræ & plenæ Dei notitiæ,

fidei in Christum nostræ, & cultus diuini, quoniã multi libri sacri sunt amissi, multi, non vnus duntaxat, scripti, & æditi. R. Paralogismus est, A non consequente. Nam qui plures sacri libri scripti sunt, vnam & eandem doctrinam continent, quæ vel in vno duntaxat libro superstitite, cæteris amissis, restat: neque propterea doctrinæ salutaris essentia esset imminuta aut manca, sed difficilior duntaxat illius interpretatio, si alij libri præter vnum amitterentur. Ait Paulus se ex tota Euangelica doctrina didicisse hoc breuissimum, Iesum Christum nempe crucifixum 1. Corinth. 2. vers. 2. Reliqua igitur Euangelica scripta sunt huius sententiæ explicatio solum & confirmatio. Ergo plures, & sub lege, & sub Euangelio libri scripti sunt, sed de iisdem rebus qui non habent diuersam doctrinam: & illi omnes & singuli libri sunt testimonia vnus & eiusdem doctrinæ, vt docet Isaias cap. 8. vers. 20. *Ad legem, ait, & testimonia, quæ sunt Prophetica scripta.* Nam Prophetæ fuerunt duntaxat interpretes legis: sicut Apostolica scripta Euangelij: interpretationis autem commentarij pereunte, non perit tamen ipsa doctrina.

In reliquis huius capituli argumentis fallit Bellar. & fallit Paralogismo & A figura Dictionis, & A vocis Equiuocatione seu Restrictione qui putet Christum, dum præcipit suis Apostolis *Prædicare*, non iubere eisdem, vt scribant. Nam quod est prædicatio inter præsentès, hoc est Scriptura inter absentès, quos itidem, vt præsentès, docere sunt à Christo voce Prædicante iussu. Matth. 28. vers. 20

Denique

Denique col. 163. L.A. antiquum errorem suum, quem superiore libro in césura refutauimus, semper obtinet, videlicet minime intelligi & statui posse, & quæ sit S. Scriptura, & qui sint sacri libri, nisi ex Traditione: ergo vult plus traditioni hominum non scriptæ tribuendum esse, quàm ipsi S. scripturæ. Notam enim contrà certam, faciemque illi monstrauimus, ex qua quæ esset S. scriptura, & qui sacri libri facile quibus agnosceret, ac distingueret, itemque veram S. Scripturæ interpretationem, dignoscet, ne ad istas non scriptas, scriptasque ecclesiæ & hominum traditiones. vlllo pacto recurrere sit nobis necesse, quemadmodum Bellarminus putat.

Reliqua, quæ in hoc capite restant sunt meræ Bellarmini coniecturæ, quæ nihil veri, aut solidi habent. Itaque hæc sunt prætermittenda.

Ad Cap. v.

Perpetuus est in hoc capite Paralogismus duplex, Vnus ab Ignoracione Elenchi, quum Bellarminus nimirum transfert ea, quæ ordinis, & decori tantùm gratia Paulus instituit, & tradidit, ad fidei articulos, quasi non omnia, quæ ad fidem necessaria Paulus nouerat, scriptis tradiderit, provt locus postulabat: sed quædam tunc celarit per traditionem postea non scriptam tradenda. Ergo quæ de sæminis orantibus, 1. Cor. 11. & 1. Timot. 2. de Viris itidem, & ceteris eiusmodi rebus afferuntur, planè politica sunt. Sed & ea ipsa quoque scripsit Paulus, de quibus hîc contendit Bellarminus, non autem traditione non scripta ea vulgavit, vt

iste putat. Eodem vitio laborat, col. 166. L. C. D. dum quinque Patrum dicta, quæ ad Politiam pertinent, de fidei articulis interpretatur, ex quo sequitur, & fit, ut nullum pro Traditionibus non scriptis confirmandis & inuehendis firmam eorum Bellar. hinc habeat, & ducat, quæ hic nullæ sunt sed omnes scriptæ manifestè.

Alter Paralogismus in toto hoc capite sparsus est, petitio principij, quum ea sumat pro cõcessis quæ negantur: atque ex his, tanquam iusto fundamento, suas conclusiones elicit. falsò tamen. Sunt enim istæ præsumptiones ineptæ, non probationes, velut colum. 165. L. C. Christum multa de forma Sacramentorum Apostolis tradidisse quæ non sunt scripta: & L. D. Idem Paulum multa de Pastorum ordinatione & vnctione tradidisse sine scriptis col. 167. L. A. Augustinum & Primasium agnouisse plura, quàm duo Sacramenta ab Apostolis & Christo instituta. Denique hinc tertius quasi ex abudanti inest quoque Paralogismus ex æquiuatione verbi *tradidi*, quod 1. Corinth. 11. 2. Thess. 2. & 2. Timoth. cap. 1. & aliis locis Traditiones non scriptas significare putat contra ipsamet textus verba. Ad eam enim doctrinam pertinet, quam & ibi, & alibi scriptis Paulus tradit, & in literas mittit. Est enim generalis, uti de cui, huius verbi significatio pro scripta modo, modo pro non scripta doctrina ex loci circumstantiis. Atque etiam quæ de Antichristo Thessalonicensibus antea viva voce docuerat, & Timotheum de suo & Pastorum munere Paulus, illic scripta tradit, quemadmodum omnes vident, ne locus vltis

esset istis Traditionibus non scriptis. Id quod ibidem agnoscit Bellarminus ipse col. 166. L. C. Itaque col. 167. L. C. D. in suis ad nostrorum argumenta solutionibus planè dubius est, *Existimo*, ait, *Hic sensus magis placet & patet, & cætera huiusmodi.*

Ad Cap. VI.

Inutile prorsus est hoc caput, & duplicem Paralogismum continet, vnum, A non causâ, nêpe sic, censerunt nonnulli Pontifices quosdam ritus, quibus utebantur, esse Apostolicas traditiones: ergo verum est. Alterum, ab ignorantia Elenchi. Nam quæ Pontifices isti & concilia ab hoc citata de Traditionibus, quæ ad solam ecclesiæ Politiam spectant, scribunt, iste ad fidei Articulos traducit: quasi tam bono iure cultus Dei verus, aut fidei Articulus fundari possit in traditione nõ scripta, & ab hominibus reperta, quàm ritus aliquis, & actio quæ ad ecclesiæ duntaxat decorum valet: Nugerrimæ Nugæ sunt istæ argumentationes.

Ad Cap. VII.

Eodem modo inutile, imò captiosum est totum hoc caput. Duobus enim & quidem iisdem Paralogismis, quibus caput sextum proximè superius totum cõmaculatur. Videlicet Paralogismo Ab ignorantia Elèchi. Nam quæ Patres dicunt de Traditionibus sanctis minimèque superstitiosis, in quibus de sola Ecclesiæ Politia, vt docet Gregorius Nazianenus Oratione prima cõtra Iulianũ: Basilii de Spiritu sancto cap. 27. Chryso-

stomus Homil. 69. ad Populum, Tertulli. lib. De Corona militis, & alij: & de disciplina agitur, traducit Bellarminus ad Articulos fidei, quos ex traditione non scripta rectè institui, ac condi posse censet. Pessimè. In ijs enim S. scripturæ pro fundamento quærendæ sunt, non autem hominum traditiones non scriptæ, aut cum verbo scripto minimè consentientes, quas iste pro nostræ fidei fundamento collocat tamen. Alter Paralogismus est à non caussa. Sic senserunt & scripserunt Patres, has traditiones Politicas nimirum esse traditiones Apostolicas. Ergo hoc verum est. Frustra sic concluditur. Prætermitto Paralogismum ab æquiuatione verbi, *Trado*, quod iste apud Patres ad traditiones non scriptas, nullum in S. Scriptura fundamentum habentes refert: Patres autè, vt ex ipsis eorum locis etiam ab ipso Bellarmino citatis apparet, de doctrina, quæ vel in S. scriptura continetur expressè, vel per analogiam fidei ex ea efficitur: (quemadmodum Bellarminus ipse, col. 164. L. D. ex Hilario hæc paria inter se, & quidem rectè, facit, ac constituit) verbum *Trado*, & vocem *Traditionis* perspicuè intelligunt. Sic vox *Dogma* apud Basilium cap. 27. est intelligenda, quæ iste citat locum, col. 171. L. C. Sic ipse Bellarminus ex Ambrosio Serm. 38. Symbolum Apostolorum, quæ est doctrina scripta, traditionem appellat, vbi doctrina Dei verbo consignata perspicuè continetur. Nec aliud quicquam. Quamobrem hi loci Bellarminum ipsum confutant.

Ad Cap. VIII.

QUæ quattuor argumenta pro suæ heresis confirmatione pollicetur hoc capite Bellarminus, ita latent, & obscura sunt, ut ne ipse quidem ea viderit. Verum eum puduit, & merito, istorum argumentorum. Itaque ea, quemadmodum alibi solet, suis numeris non annotavit, quod ea & perspicue falsa, & ex ea conformitate, quam inter Ethnicorum & Christianorum religionem esse vult, item inter Politicam rerum administrationem, & nostram in Deum fidem statuit, ducta temere cognosceret. Tamē in studiosorum & piorum gratiam ista quattuor argumenta annotabo, atque confutabo.

Primum est col. 178. L. C. D. Heretici plerique S. Scripturas solas urgebant, Traditiones reiiciebant non scriptas: ergo quicumque solam S. Scripturam urgent, sunt hæretici. R. Est hæc argumentatio duplex Paralogismus, Vnus à non Consequente. Neque enim propterea erant heretici, quoniam S. Scripturam ab aduersariis exigebant: sed quia, quamvis verè aduersus eos allegaretur, illam tamen obstinate negabant. Neque etiā quicumque cum homine heretico, vel infideli quispiam pius & fidelis cōmuniter facit, & usurpat, illud arguit piū illum esse hæreticum. Nam edimus, bibimus, loquimur eadem lingua, qua hæretici, nos pij & fideles: nec propterea tamen sumus infideles, vel heretici. Quanto verius dixerim, Bellarminus, & omnes Papæ asseclæ miserrimi, Christianam fidem ex solis Traditionibus maiorum oppugnant, quemadmodum fecerunt homines prophani & Ethnici: ergo Bellarminus & omnes

isti affectu Papæ sunt prophani & Ethnici. Alter Paralogismus est A figura Dictionis. Hæretici enim illi præcisè efflagitabant & exigebant ab Orthodoxis tot syllabas in S. Scriptura, & ea ipsa vocabula, quibus pij utebantur in his refutandis. Itaque sono ipsi litterarū vim S. Scripturæ alligabant. At nos contenti sumus, siue id, quod proponitur, expressis & præscriptis verbis extet in S. Scriptura: siue per Analogiā fidei ex regulis bonæ cōsequentia ex S. Scriptura colligatur. Hoc enim totum pro Dei verbo agnoscimus. Secundum argumentum huius capituli continetur col. 179. L. B. C. Politica administratio nititur, & fundatur sæpe solis Traditionibus, & non scripto iure: ergo & fides, & doctrina Christiana non scriptis Traditionibus inniti debet. R. Est hoc argumentum profus *αθεολογον*, & Paralogismus Ab ignorantia Elenchi. Nam res dissimillimas, nempe Politicam administrationem, & fidem in Christum, ac Dei cultum confundit pueriliter, ac manifestè. Moses in ordine iuris dicendi secutus est consilium Iethronis socii sui in lege danda, ex solius Dei ore locutus est, & stetit, Exod. 18. 19. 20. eodem modo respondendum ad exempla Pythagoræ & Socratis, qui nihil scripserunt. Deus enim suum verbum scribi contrā voluit, quare ex traditione non scripta minimè nobis sapiendum est, aut Dei voluntas haurienda. Tertium argumētum extat, eadem col. 179. L. D. Ecclesia sola est columna veritatis, nouitque omnia mysteria Dei: ergo non ex scripto Dei verbo, sed ex traditione non scripta illa nouit, & firma est. R. Paralogismus est, A non cōsequente,

sequēte. Imò idcirco nouit sola Dei Ecclesia mysteria illa, & firma est, ac colūna, quia scrutatur S. Scripturas, vt iubet Christus Iohan. 5. ver. 39. Nam vna illa via, & ratio est, per quam eiusmodi est Ecclesia, teste Paulo, 2. Timoth. 3. ver. 16. Vnde ad S. Scripturæ lectionem Timotheum reuocat Paulus, 1. Timoth. 4. ver. 16. 2. Timoth. 3. ver. 15.

Quartum Bellarmini in hoc capite argumentū est, col. 180. L. A. Dignitas Sacramentorum in Ecclesia, & Mysteriorum non est toti mundo explicanda: ergo Traditiones non scriptæ sunt necessariae & retinendæ. R. Paralogismi plures, vnus, petitio Principij. Nam falsum assumit. Iubet enim omnibus gentibus omnia, quæ dixit, prædicari ab Apostolis Christus, non quædam celari, vt in sacris Eleusinae Cereris fiebat. Matt. 28. vers. 20. Actor. 20. ver. 27. ipsemet se refutat Bellarminus, col. 198. L. A.

Alter A non consequente. Nec enim sequitur, quòd etiam si omnia scripta sint, omnes illa capere propterea possint. Nam Acroamaticos libros scripsit Aristoteles, quos, vel ipso teste, pauci intelligunt.

Tertius Ab Equiuocatione vocis *Mysterium*. Nec enim doctrina Christiana dicitur Mysteriū, 1. Timoth. 3. ver. 16. quòd reuelari, & explicari singularis non debeat: sed quòd sensum, & captum naturalem & humanum planè superet, 1. Corinth. 2. vers. 7. Idcirco enim missi sunt Apostoli, vt eam omnibus gētibus annūtiarent. Actor. 1. 8. Et hæc quidē sunt fursuracea monstra, & larvæ vanæ, quas nobis obiicit Bellar. vt nos terreat: sed nō potest.

Ad Cap. ix.

Leuīs operæ & planè superuacaneæ est confutare quinque regulas, quas hîc tradit Bellarminus, vt ex iis agnoscantur quæ sint veræ. id est veram doctrinam continentes Traditiones & Apostolicæ, licèt non scriptæ: & quæ falsæ, ac supposititiæ. Sed in hominum piorum gratia dicam, Duplex in his regulis statuendis falsum, & Paralogismus committitur, Vnus, A non causa. Sic statuit, sic tenet, sic sentit de fidei doctrina, & Dei cultu Ecclesia, i. hominum quædam multitudo, & quidem sine Dei verbo scripto, vel analogo: ergo illa doctrina est vera, cælestis, & velut fidei Articulus admittenda. Nec enim ex hominum iudicio, sed ex solo Dei verbo scripto pendet fides Christiana. Alter Paralogismus. Peritio principij videlicet, Ecclesia errare non potest, Falsum & hoc quoque est, imò falsissimum, qualem hîc quidem Ecclesiam, nempe Romanâ, vel Visibilem intelligit. Hæ igitur regulæ quinque sunt quinque falsæ præsuppositiones Bel. vt apparet.

Ad Cap. x.

Quod ad nostrorum argumenta nititur respondere, non est responsio, sed mera tergiversatio, quemadmodû ex ipsis illius verbis pulchrè cuius apparere potest. Ad primam igitur nostrorum obiectionem respondet, Traditiones, de quibus agit, esse explicationes S. Scripturæ, & in eadem contineri in generali seu vniuersali, vt iste loqui mauult, col. 183. L. B. C. Replico, & excipio ego. Bellarmini traditiones non scriptas, quum ex Diametro cum S. Scriptura pugnent, neque teste ipsomet Bellarmino, col. 187. L. C. in ea villo pa-

Et contineri, neque illius esse interpretationes
 posse: sed esse manifestas illius euersiones & cor-
 ruptelas. Quòd ad Pauli locù, Galat. 1. vers. 8. & 9.
etsi nos, aut Angelus è cælo vobis euangelizet, præter
id, quod vobis Euangelizamus, anathema esto. eū e-
 ludit duntaxat, non explicat, non soluit. Itaque in
 sua solutione prorsus anceps est, ac dubius. Deniq;
 Paralogismus est in solutione istius, Petitio nèpe
 principij. Nā falsò sumit Paulú illic de alio Euā-
 gelio, quàm cuius doctrinā, & summā complexus
 fuerat in scriptis ab se Epistolis, agere, illisq; com-
 mēdare, quod & voce *Euangelizamus*, & 2. Cor. 11.
 vers. 4. Philip. 3. vers. 1. refutatur (quod verbum ex
 scripto docere quoque complectitur) & 1. Timot.
 1. ver. 3. dum eos Paulus damnat, qui non tantum
 contrariam, sed duntaxat diuersam doctrinam tra-
 debant ab ea, quam in illa Epistola ipse scribebat.
 Denique August. lib. 11. cap 5. contra Faustum de
 vnitate Eccles. cap. 3. lib. 3. contra litteras Petilia-
 ni. ca. 6. Epist. 19. & 111. & li. de Bono Viduitatis. c.
 1. solam S. Scripturam nostræ fidei regulā esse do-
 cet. Beda quoque Venerabilis in Can. *Nec suffi-*
cere 8. quæst. Item Cōstitutione Iustiniani 146. in
 Nouellis. Sed & quum sit certum Christi manda-
 tum Apostolis, & Pastoribus fidis traditum tam
 nefarius est, qui *Præter*, quàm qui *Contra* illud Dei
 mandatum aliquid aggreditur, aut inceptat, aut a-
 git, quemadmodum docent I. V. C. Illud autē mā-
 datum est, ne vel quidem latum vnguem, à verbis
 ipsius (quæ iā scripta sunt per Apostolos) receda-
 mus. Matth. 5. vers. 18. If. 31. vers. 16. Quod certè qui-
 dem ij non faciunt, qui Traditiones non scriptas,
 verbóq; Dei scripto minimè cōsentiētes nobis p

fidei regula obtrudunt, velut hoc loco Rob. Bellarminus. Ad secundum nostrorū argumentum, ibi S. scripturę quod ad doctrinam fidei, & cultum Dei, *av' Caputia* à nostris luce meridiana clarius demonstratur col. 184. L. D. iste nihil omnino respondet, sed solūm nugatur. Quod enim de doctrinā ipsius cælestis (quæ de Christo agit) substantia scribit Iohannes, eam plene etiam in suo Evangelio traditam, iste ad Christi miracula refert. Imperitè. Deinde ex eo colligit, ergo reliqua scripta Evangelica esse vult superflua, & superuacanea. Ineptè. Reliqua enim sunt scripti à Iohanne Euāgelij partim interpretatio, partim confirmatio: quemadmodum Euāgeliū Iohānis est itidem aliorum Euāgeliorū testificatio: Ergo neq; illa sunt inutilia, neq; superflua. Sed etsi vnus duntaxat liber Canonicus extaret, sufficeret ille quod ad substantiā doctrinę salutaris, quāuis ad clarā doctrinę eiusdē explanationē, & intelligentiā multis fortasse non factis esset. Hoc vnū conuellit omnes Bellarmini conclusiones, per quas nos ad absurdū cogere videntur.

Ad tertium nostrorum argumentum quod ipse citat col. 187. L. B. C. D. iste planè cæcutit. Bellarminus concedit de iis traditionibus à Christo, & Isaiā 2. gi, easque damnari, quæ Legi Dei cōtrarię erant. Sic & nos quoque examinemus eas, quas Bellarminus introducit. Nam si & Dei Legi pugnantes, & inanes, & perniciosę deprehendantur, procul dubio ex ipsius sententia, & definitione erunt & damnandę, iuxta præceptū Christi & reiiciendę. Ait enim ipse col. 191. L. C. traditiones cū scriptura pugnātes nō defendimus. Quare ad earū placidum examē accedamus

damus, Tales enim oïo oës reperiētur, ne dubitet.

Ad Cap. XI.

Responſiones Bellarmini ad alia noſtrorū argumēta iam examinemus. Primū est col. 188. L. B. vbi diſertè tradit Irenæus noſtræ fidei fundamentū & columnā in S. ſcripturis contineri. Quid ad hoc Bellarm. ? fatetur, omnia, quæ omnes pios ſcire oportet, in S. ſcripturis inefſe, reliqua verò, quæ non eſt neceſſe pios omnes ſcire, contineri in traditionibus non ſcriptis. Ergo quis vſus, obſectro, iā erit iſtarū traditionū, quū neq; ea habeāt, in quib; noſtra fides verſatur, neq; ea, quæ pios omnes ſcire oportet. ea continēt traditiones, hoc teſte, quæ nō ſunt ad ſalutem piorum neceſſaria. Ita ſeipſum cōſodit ſuo gladio, & iugulat: vulnus noſtrum nō repellit, ſed recipit: & inutiles eſſe ſuas Traditiones non ſcriptas ſic fatetur & concedit.

In ſolutione ſecundi noſtrorū argumenti Paralogiſmū admittit, ab ignorantia Elenchi col. 189. L. B. Confundit enim ſententiā Origenis, quū de Politia Eccleſiæ agit duntaxat, (quā ex Traditionibus ſumi poſſe vult Origenes) cum dogmatibus fidei, quæ ex ſola S. ſcriptura depromenda eſſe teſtatur idem Origenes in cap. 3. ad Romanos.

In ſolutione tertij argumenti col. 189. L. C. Cōſtantinum Imperatorem Chriſtianum ſanctiſſime ſentientem irridet homo iſte Guelphus & Pontificia ſeruus. Atqui quod dixit Conſtantineus, ex Chriſto ipſo, ſummo doctore, didicerat, *Scrutamini ſcripturas* Iohan. 5. verſic. 39.

In ſolutione 4. 5. & 6. noſtrorū argumenti, ipla Patrū verba maniſeſtiſſ. & ſignificantiffima negat, & in peregrinū proſus ſenſū mutat ac detorquet,

qua sunt omnes animi malignitate, qui veritatem oppugnant. Ergo hæc solutiones Bellarmini sunt Paralogismus A non consequente, quia verba ipsa negat, quæ sunt aperta, & expressa apud Patres.

In solutione reliquorum argumentorum, quæ à nostris proferuntur, eodem *κακωνθείας* & malignitatis animi vitio laborat. Negat enim, quæ tamen sunt ex ipsis Patrū dictis apertissima: sic Solem in ipso meridie lucere negauerit Bellarminus. Sed quod col. 192. L. A. & D. cōcedit, tandem In vno dogmate fidei rectè fieri ex sententiâ Tertulliani, dum ad solam S. scripturam recurritur, ipsum iugulat, quoniam idem in omnibus fidei Dogmatibus fieri quoque debet. Vna enim & eadem est omnium fidei nostræ dogmatum probandorum ratio, ius, & fundamentum: ergo sola S. scriptura ex Bellarmini concessione, & tum Tertulliani, tum Augustini, tum etiam aliorum Patrum apertissimo testimonio in iis admittenda est audienda, & retinenda. Atque sic etiam à seipso confossus Bellarminus victus iacet, qui tamen sibi, tanquam solus in arena relictus, triumphum velut nostrorū victor, impudentissimè canit. Hic pro se vindicias homo fugitiuus pronunciat.

Ad Cap. XII.

Primum obseruet pius lector hoc totum caput 12. nihil aliud esse, quàm inanē eorū, quæ sup. c. 10. scripsit, repetitionem, verum alio verborū sonitu. Quicquid sit, ipsius solutiones ad nostrorum argumenta perpendamus. In solutione primæ nostrorum rationis col. 19. L. D. Paralogismus est, quo

quo plures interrogationes in unam confunduntur. Interrogatus, Vtrum eiusmodi Traditiones non scriptę purę putę, quales primùm institutę ab hominibus earum autoribus fuerant, conseruatę vltimi gentium inter homines extēt, Respondet Dei Prouidentia, & pręter De) Prouidentiam, seruari potuisse. Verum magnum, chaos intercedit inter esse posse, & esse re ipsa, & vt vulgo loquuntur in scholis, à Possē ad esse, nulla fit consecutio. Est igitur alter hic Paralogismus A non consequente. Fugit igitur pręter casam: quum nullam aliam rimam haberet, qua elaberetur Bellarminus.

In solutione secundę rationis nostrorū col. 195. L. C. D. dupliciter peccat. Primum quum contra expressissimi Dei verbum negat finem S. scripturę esse, vt sit fidei nostrę regula. Contra Ioh. 20. ver. 31. *Hęc scripta sunt, vt credatis.* ff. 8. *Ad Legē & testimoniom* Malach. 4. ver. 4. *Memineritis legis Moysi serui mei.* Deuter. 12. versic. 8. 2. Timoth. 3. ver. 16. Postea peccat quoque Paralogismo, petitione principij. Nam S. Scripturam particulam quoque solūm doctrinę nobis scitu & creditu necessarię continere, blasphematur. Contrā Paulus 2. Timoth. 3. ver. 17. ait, *eam reddere hominem perfectum:* ergo cui nihil deest. In solutione tertię nostrorū rationis col. 196. L. D. Paralogismus est duplex, vnus A non consequente. Idem euenire potest, ait, i. multa supponi & fingi queūt, siue Scriptura S. siue traditiones non scriptę recipiantur: ergo illud incommodum non eueniet, vel non est metuendum falsum consequens. Alter Paralogismus est, Ab ignoratione Elenchi. Differt enim plurimum S. Scriptura à Traditione nō scripta, etiam in hoc

ipſo incommodo, de quo nunc agitur. Nam ſcriptura habet & certos duntaxat libros, quibus alij addi non poſſunt: item certam & immotaſ notam qua à falſa ſcriptura dignoſcitur. At traditiones iſtæ non ſcriptæ neque modum, neque numerum, neque metam ullam habent. Unde crefcunt in dies in infinitum. Præterea quum ubique neget iſte S. ſcripturam eſſe fidei regulam, ſed tantum tribuat Traditionibus non ſcriptis quantum ipſi diuinæ S. ſcripturæ, quæ iam criſtitarum, obſecro, traditionum diſtinguendarum verarum à falſis regula, & norma? Certè nulla. Ergo, prout cuique libuerit, fingentur in dies nouæ traditiones, nouique fidei Articuli, quemadmodum in ſingulos annos noui Monachorum ordines, & noua ſucorum examina formantur crefcunt, & inducuntur, velut fratrum Ignorantium, Theatinorum & ipſorummet Heſuitarum.

In ſolutione quartæ rationis col. 197. L. B. plene ſeſe induit in laqueos, & ſe, ſuumque hoc totum ſcriptum refutat. Oſtendit enim, teſte Irenæo & Tertulliano, eſſe hæreticorum, negare omnia quæ ſunt pijs ad ſalutem neceſſaria, contineri in S. ſcripturis. Ergo quum idem contendat toto hoc libro Bellarminus, in quorum albo ſe ipſe aſcribat, omnes manifeſtè vident. Prodit enim iſte ſa velut forex ſuo iudicio.

*Cenſura, & examen Libri
Quarti.*

Oſeruet pius lector in hoc libro ex multis hæc tria præcipue vitia, Nimirum ἄγνοια, ἁδελφία

ἄγνοιαν, seu *Ἀγνολογίαν*, & *ψευδῆς ὑποθέσεως*, Ignoran-
 tiam, Nugacitatem, & falsas præsuppositiones Bel-
 larmini. De quibus singulis priusquam breuiter
 dicam, monitum pium lectorem velim, initium
 huius libri ex ipsius fine refutari. Nam quum col.
 156. & deinceps .i. toto capite tertio velit, consti-
 tuendas esse præter S. scripturam Traditiones
 non scriptas, & quidem æquè, atque ipsummet Dei
 verbum scriptum, pro iusto dogmatum ac fidei
 Christianæ fundamentis col. 172. L. B. tamen cap.
 penultimo huius eiusdem libri col. 197. L. B. in-
 genue fatetur, & agnoscit ex Irenæo, & Tertullia-
 no, hanc semper fuisse propriam hominum hære-
 ticorum, & eorum qui S. scripturam euertunt,
 technam, vt contenderent & vellent non omnia,
 quæ piis sunt scitu necessaria, quæque plenam fi-
 dei Christianæ doctrinam continent in Dei ver-
 bo scripto comprehensa esse. Quæ sententiâ à Bel-
 larmino probata prorsus totum hunc librum, &
 Pontificiorum dogma euertit, & hæreticum esse
 docet ipsummet Bellarminum, & S. scripturæ ho-
 stem. Quid? quod idem Bellarminus eodem cap.
 penultimo huius libri, id est, vndecimo col. 188. L.
 C. ea, quæ sunt à piis omnibus credenda, & simpli-
 citer ad salutem necessaria, fatetur, ex Irenæi cap.
 primo lib. 3. in S. scriptura contineri? Præterea i-
 dem cap. 12. colum. 196. L. B. scribit S. scri-
 pturam esse regulam, ad quam examinari de-
 bent etiam ipsa Patrum scripta, dictave, vt quæ
 scripturæ consona sunt recipiantur: quæ disso-
 na, reiiciantur. Equis igitur iam erit istarum
 traditionum non scriptarum vsus, aut doctrinæ

in his fundatæ? Certè ea, vel incerta erit, vel inutilis, nisi ad S. scripturã reuocetur, & cum ea cõferat, teste ipsomet Bellarmino. Verùm de singulis istius libri & hominis vitiis, iuandæ lectorum memoriæ gratia, quemadmodum polliciti sumus, dicamus.

Ac primùm de Ignorantia. Hæc in isto libro tanta apparet, quãta non superioribus libris animaduertebatur. Multa enim falsissima, & ex puerili pene ignorantia profecta, in hoc libro continentur, quæ non omnia recitabo, ne sim longior: sed manifestiora, paginarum ordinem, (quantum potui & in hoc, & in aliis vitiis istius libri notandis) secutus. Ignorantia puerilis, & falsa tamen assertio, col. 154. L. B. est, nomen *traditionis* à Patribus restringi ad doctrinam tãtùm, non scriptam. Hoc falsum esse sexcentis exemplis docuit M. Kemnitius in examine Cõcilij Tridentini: docet Paulus qui est Pater Patrum, vt ait Irenæus 1. Corinth. 11. vers. 23. col. 160. L. B. Fuisse inter Gentes aliquos veram religionem profitentes extra Dei verbum scriptum, i. est cum doctrinam verbo Dei scriptam ignorarent. Falsum hoc quoque & puerile: sed iste quia fortassis illi non audierant legem Dei, credidit non fuisse instructos ab aliis de doctrina in Lege à Deo prius tradita, & de Dei verbo manifestissimè & certissimè iam reuelato & patefactor quasi in ipsa pictura characterum, non in doctrina à Deo reuelata, & quæ incorruptè seruata, atque etiam iam scripta, erat verbum Dei, quod nos nunc scriptum appellamus, sit comprehensum. Nonne audit Bellarminus Paulum Roman 2. vers. 15. qui

quæ sunt à Deo manifestata, & à nobis seruantur incorrupta, dicit esse scripta in cordibus nostris? Quanquam vnde diuinat pios illos, qui inter Gentes vixerunt, caruisse libris, qui à Mose, & à Prophetis scripti fuerant, quum & Plato libros Mosis legisse censeatur in Græcum cōuersos, & alii plerique Ethnici Philosophi: denique quum appareat ex Act. 8. Eunuchum Reginæ Candaces natione Gentilem & Æthiopem habuisse, & legisse libros Isaia: quod idem fecisse reliquos Gentiles pios certum est. Quid quòd Enochi liber passim hominum omnium manibus terebatur, teste Iuda in Epistola, vers. 14. & Tertulliano? Col. 160. Falsum est, quod ait, veri Iudæi potius vsi sunt in Deo colendo non scriptis Traditionibus, quàm diuina scriptura. Refutatur enim ex Deuter. 12. vers. 8. à Christo, Matth. 15. vers. 9. Nam etiam illa, quæ Patres filiis suis narrare iuebantur, non ex istis Traditionibus, sed ex verbo scripto hauriebant, Deuter. 13. vers. 5. 6. & deinceps 18. vers. 14. 15. Ps. 105. vers. 5. 78. vers. 3.

Col. 172. L. A. Necessarium esse ad salutem credere, quòd vir aperto capite orare debeat, & item credere reliquos ritus, quibus vtitur Ecclesia Romana. Quid ista sententia puerilius est, quæ à Paulo refutatur. De eo enim agēs Paulus, 1. Corinth. 11. ostendit se de decoro tantū Ecclesiæ loqui, non autem de dogmatibus fidei. Verūm iste pueriliter ex summa ignorantia hæc tam diuersa confundit, col. 180. L. A. Dignitatem Sacramentorum à Christo institutorum non esse toti populo Christiano explicandam. Falsum & puerile

Nam quæ ad omnes pertinent, ab omnibus debent sciri, ait Augustinus, lib. 6. Contra Faustum cap. 9. Atqui Noui Testamenti Sacramenta omnibus piis à Christo sunt ad usum relicta.

Col. 196. L. A. Sacram Scripturam, etiam si concedatur esse fidei nostræ regula, tamen non est totalem regulam, sed duntaxat partialem. Falsum & sibi repugnans. Nam si est regula, regulat & comprehendit omnia, quæ ad diiudicandam veram fidem sunt necessaria. Et hæc quidem ex magno animi errore & ignorantia sensit, scripsitque in hoc libro quarto Bellarminus.

Nugacitas autem eiusdem ex istis, quæ itidem ex multis pauca, velut flosculos, decerpimus.

Statim petit principium. Nam col. 155. L. II. initio libri fingit esse quasdam diuinas, quasdam Apostolicas traditiones non scriptas. Quis illi reuelauit id præsertim, quod non est?

Col. 156. L. B. D. duo tantum inter nos trouerti ait, tria nihilominus proponit, & persequitur.

Colum. 157. L. C. D. ait omnes suos fateri Christum iussisse, ut Apostoli suam doctrinam scriberent: at hic ubique tamen hoc pernegat. Vult enim Christum iis præcepisse duntaxat, ut ore presentibus prædicarent: non autem ut etiam scriptis absentes docerent. Nugari hoc ipsum est, teste Petro, 2. Petr. 2. vers. 1.

Col. 166. L. D. Negat locos Patrum, qui à nobis citantur, esse ex libris Patrum, sed hereticorum. At quum ex iisdem libris alios locos citat, eos esse libros Patrum contendit, non autem hæretico-

hæreticorum, col. 190. 191. 192. Quæ, obsecro, est ista nugacitas, & vanitas, vt tam citò iidem libri mutent autores, pellem suam, & ingenium: & quæ ab eo citantur, sint Patrum, quum à nostris, sint hæreticorum libri?

Col. 194. L. A. S. Scripturæ, ait hîc, testimonia sunt omnibus Conciliorum testimoniis anteponenda: at tamen Traditiones non scriptas S. Scripturis exæquat, col. 172. L. B. & præfert eas ipsis Scripturis. Verum alibi has Traditiones, & Concilia præfert S. Scripturæ:

Col. 190. L. C. Ex consuetudinibus contrariis nihil certi statui posse: atqui Traditiones non scriptæ contrarias consuetudines inuehunt, velut Romæ ieiunabatur die Sabbathi: Mediolani non item. Et id ipsum docet Augustin. in Epistola prima ad Ianuariû. Ergo ex Traditionibus non scriptis nihil certi definiri potest. At tamen eas verbo scripto pases facit. Nonne hoc ipsum nugari est?

Col. 186. Vtilissimum esse, vt præcipua Euangelij capita scribantur: tamen ea tam certa haberi posse ex traditione non scripta, quàm ex S. Scriptura. Quid hoc, obsecro, aliud est, quàm mera ἀδολογία. Verum vt ait Theophylactus *Συμνηγορέει καὶ ἀνίατα νοσεῖν ὄσσει*, Tueri falsam doctrinam, quod Bellarminus facit, est deploratè insanire, & agrotare. Hæc pauca Bellarmini nugacitatem arguunt.

Præsuppositiones eiusdem falsæ, quæ, quemad-

modum scribit Hesychius, magnam animi illas præsupponentis cæcitatem ostendunt hæc ex multis pauca.

Col. 165. L. C. Multa de sacramentorum ritibus à Christo post resurrectionem ipsius Apostolis fuisse tradita, quæ non sunt litteris consignata ab Apostolis L. D. Paulum multa de consecratione Altaris, Vnctione Pastorum docuisse non tam scripta.

Col. 170. L. D. Hæreticos non posse convinci ex sola S. scriptura, nisi accedat aliqua traditio non scripta.

Col. 180. Totum caput Nonum, & quinque illæ quæ in eo sunt regulæ sunt meræ, sed ineptissimæ præsuppositiones.

Col. 195. L. A. Traditiones eas omnes, quas obseruat Romana Ecclesia, esse scriptas in monumentis Veterum, & in Libris Ecclesiasticis. Falsa est hæc præsuppositio Bellarmini, vt in sequentibus libris apparebit. Et hoc quidem hæcenus.

AD ROBERTI
BELLARMINI
SECUNDAM CON-
TROVERSIAM,

QVAE EST DE CHRISTO,
*Capite Ecclesiae, Brevis & Necessaria Re-
sponsio, Lamberti Danai.*

Ad praefationem.

NULLA verior, aut maior Johannis
Caluini laus extare potest, quam
quae hac Bellarmini (qui infestissi-
mus tamen Caluini: sicut omnium
bonorum virorum, hostis est) Prae-
fatione sonorissimè decātur & praedicatur. Quic-
quid enim de Serueto, Blandrata, Gentili, acerri-
mis Christi hostibus extinctis, & eorum heresi pa-
tescāta, refutata, victa hoc loco scribit Bellarmi-
nus pag. 203. 204. 205: hoc totum propria est ciui-
tatis illius beatissimae Geneuae, & Iohannis Cal-
uini, propria inquam, laus est, propriaque virtus,
& constantia. Quum enim Ecclesia Romana,
Pontifex, & Pontificij homines, & Pontifi-
ciae scholae ista hominum monstra in suo sinu,
mediāque Italia ipsa, Hispania & Gallia alui-

sent ac fouissent, & diutissimè, & tenerrimè: fratrum atque homines hi Geneuam aduenerunt, & deprehensi & victi, & puniti sunt: quanuis iste, ut & G. Genebrardus in libris de Sancta Trinitate aduersus Geneuenses, & Bernenses stomachatur, quòd hi Gentilem, illi Seruetum, id est pestes Ecclesiæ teterrimas sustulerunt iustissimis sententiis: tam sunt homines isti alienæ, id est, Bernensium & Geneuensium laudum inuidi, & miser Zoili.

In reliqua verò præfationis suæ parte procul dubio ineptissimus calumniator apparet Lutheri. Nam quod sanctè ille dixit, iste homo ignarus perperam maculat & traducit. Dixit Lutherus odisse vocem ὁμοούσιος, Rectè & piè. Nam Arrianorum vox est, iste ὁμοούσιον & ὁμοούσιον imperitissimè vocem eandem esse putat. Patres Orthodoxi filium Patri planè ὁμοούσιον, id est eiusdem adnumerum essentia esse dixerunt: Arriani autem hæretici ὁμοούσιον tantùm, id est, similis duntaxat essentia. Bellarminus ista diuersa, & tam dissimilium magno & solo calumniandi Lutheri animo, turpissimè confundit. Nam idè iste, pag. 208. ὁμοούσιον, non ὁμοούσιον, Trinitatem esse agnoscit, de quo & Basilium in Oratione, & Athanasius, & Nicenū Concilium primum consuli debent. Manifestissimus Melanchthonis, Caluini, Bullingeri, Beza, & aliorum, (quos hîc commemorat) piorum virorū calumniator est Bellarminus, ut ex sequenti disputatione apparebit. Eadem enim hæc conuitia in eos regeret iste Monachus, quia semel conuictus bonis fecisse, non est impudenti isti Monacho futu-

fatis, iuxta illud *Aeneæ Syluij*, qui dictus est postea
 Papa Pius 2.

*Non audeat stygius Pluto tentare, quod audent,
 Infamis Monachus, plenaque fraudis annus.*

Nam quæcunque obiicit nostris, sunt pura mendacia conficta, excogitataque ad prægrauandam optimam nostrorum causam, quemadmodum postea omnes percipient.

Ad libri primi,

Cap. I. & II.

Quid, obsecro, necesse fuit veteres istas pestes ex orco reuocari, doceri, ac spargi à Bellarmino, quid Seruetus, quid Arrianus, quid Gentilis, quid Valentinus, quid Marcellus senserint, quæ omnia toties iam à nostris, non ab istis Pontificiis fuerunt confutata, extincta, sopita, quum ex tota hac historia nihil, nisi quod nolis, discere queas? & ferè semper aliquid præsertim in hominum infirmorum ingeniis, inhærere solet, ut natura ad falsum propensi sumus ex istarum blasphemiarum repetitione. Quamobrè ista tam absurda recoquere, & reponere, est non modò cramben odiosam centies repetere (quã vel bis solum apponere mors est) non est tantum otio & suo, & lectorum abuti: non est solum ingenium suum in Dei gloriæ dispendium ostentare, quod facit Bellarminus. Verum etiam est (quod est longè sceleratius) homines rudes ad blasphemandum Deum instruere, ac formare. Id quod est prorsus impium, ἐχθρὰ, inquit Plato, σοφία λυιδ' ὀρθῶσαι θεῶν: & hæc sapere, insanire

est. Satis est, quum hæc, astu Satanae, repullulante præscindere ea ex Dei verbo, quum silent, quæadmodum summo Dei beneficio, iam inter nos obmutescunt, hæc omnia monstra missa sunt à piis facienda, non irritanda, non accersenda. Hæc tamen est hoc loco robusta Bellarmini & perpetua in toto hoc argumento tractando fraus, & inexpiabilis nostros calumniandi malignitas, quod, quum Piloni Arriani, & ijs vicini alij se quoque vocent Ministros, uti iis, qui ipsos refutarunt, & appellarunt, iste (ad conflandam nostris invidiam) Ministros utrosque, & Arrianos, & orthodoxos, id est nostros nomine eodem Ministrorum in heresi ista declaranda malitiose inuoluit, & perfide æquiuocatione vocis abutens damnat. Id quod vident omnes: qui tamen sunt alij ab alijs, longissime, imò toto cælo totaque terra & mari distiti, discrepantes & velut hostes ab hostibus, separandi.

Ad Cap. III.

HOc caput nos neque ferit, Dei gratia, neque attingit. Verum enim Deum essentiam unum, & quidem numerica unitate: personis autem trinum esse fatemur, agnoscimus, tuemur, profiteamur, & toto pectore liberaque oris confessione constante, defendimus ac docemus. Verum, quia Bellarminus in nostrorum scriptis ad amussim examinandis tam diligens est, aliquid ei, beneficij loco, rependamus, & quod ipse sentit, cum

tit, cum suorum scriptis Magistrorum confera-
 mus, & itidem examinemus, vt in posterum per-
 pendat, ex Homeri præcepto, *Ædibus in proprijs*
quæ praua, & recta gerantur. Ergo quod hoc
 capite colum. 213. L. B. scribit, & probat, nempe
Quod Patres saepe vocant Deum singularem, confe-
rat cum summo suæ scholæ Magistro, nempe P.
Lombardo libro primo Sententiarum. Distinct.
23. cap. L. col 9. Ecce, ait Lombardus, ex præditiis o-
stenditur, quia nec singularis, nec diuersus, nec uni-
cus, vel solitarius confitendus est Deus. Quod eadem
col. L. C. idem Bellarminus ait, Patres non semel
negant Deum esse vnum specie, & quidem verissi-
me, & sanctissime patres, iste conferat tamen cum
G. Genebrardi suæ scholæ principes & Coriphæi
sententia, qui in responsione sua ad Iacobum
Skeeckium pag. 1. fol. 146. aperte profitetur Dei
essentiam, & duas hypostases non differre à spe-
cie infima, & indiuiduis sub ea contentis. Scipios isti
euertunt.

Ad Cap. IIII. & v.

NVlla nobis est de hoc argumento, (quod hi-
 sce duobus & sequētibus capitibus tractatur)
 cum Bellarmino controuersia, lis, & disceptatio,
 Nempe de Vera Christi Deitate, quam toto pe-
 ctore confitemur, & agnoscimus. Hoc tantum in
 eo reprehendimus, quòd, plagiariorum more, ce-
 lat ea quæ à nostris accepit, & didicit. Est autem
 inquit Cicero, ingenui hominis, à quibus accepe-
 ris, profiteri, & suam cuique laudem tribuere.
 Hic enim & nos ipsi variæ lectionis, & diligen-

tiæ honestam laudem Bellarmino sine iniuriantia tribuimus, imò eam quoque prædicamus.

Ad Cap. vi.

NEquè hoc caput sextum ad nos quicquam pertinet: qui Christi Deitatem contra Veteres, & Nouos Arrianos (quos iste Polonos, & Transsylvanos vocat) iisdem argumentis, imò pluribus tuemur, & propugnemus, quàm Bellarminus. Hoc modò querimus de Bellarmino, quòd ea, quæ à nostris tum Gallis, tum Geneuensibus, tum etiam Italianis, & Polonis verbi Dei, Christique deitatis aperte concionatoribus, & Ministris didicit, & apertè sumpsit (quemadmodum cuius nostrorum scripta legenti facile apparebit) ingrato animo celat, ut in se ea transferat, ac sibi tribuat: & vindicet. Etsi enim gratissimum est, quòd Christi Domini nostri Unici Patris Dei filij, Deitatem .i. veritatem defendit: Videat tamen ne, velut Horatiana Cornicula, furtiuis coloribus & pennis nudatus, id est alienis deprehensus, ipse, qui tanta animi superbia turget, moueat risum aut potius bonis viris, & pijs, propter suum plagium, stomachum. Hoc animi ingratitude in nostros vicio in toto hoc libro laborat vehementer Bellarminus. Quod illi semel obiecisse satis est tamen nobis, ne conuitiari videamur.

Ad Cap. VII. & VIII. & IX.

NEquè nos feriunt ista Bellarmini tela, quæ in eos hæreticos, torquet, & vibrat, qui Christi Domini nostri Deitatem oppugnant. Imo illa, quæ hic habet præcipua, ex Caluini Institutione Christi, lib. 1. cap. 13. à Sect. 8. ad finem sumpsit: sed à quo habeat celat strenuè. Hoc modo iam obseruetur, nimirum à Bellarmino col. 245. L. D. Deo vel Deitati, velut proprium ipsius attributum, esse simul in cælo, & in terra, & in pluribus locis, vbi aliqui fuerint in ipsius nomine congregati. Ex eo enim efficitur corpus Christi, (quod isti contendunt simul pluribus in locis esse, vbi S. Cœna fit, & homines in Christi nomine conueniunt) esse verum, ex hac sententia, Deum, non iam corpus, aut creaturam: sed Deum tamen non naturâ, verum factitium. Illud autem cõtradictionem manifestam implicat, Deum verum esse, & in tempore (quod in pane isto est) tamen eum esse cœpisse Galat. 4. versic. 8. 1. Timoth. 1. versic. 17. Sed & illud quoque in hac eadem colum. 245. L. C. vel falso, vel obscure omnino à Bellarmino scriptum est, Deum ipsum esse locum Spiritualem Sanctorum. Alij, & quidem in eadem schola Magistri melius, (Nam hoc Bellarmini falsum est) Docent locum Spiritualem Sanctorum, esse velum, iuxta illud Pauli, *sedere nos fecit in cœlestibus* Ephes. 1. versic. 3. 2. versic. 6. obiectum autem nostræ beatitudinis, esse Deum ipsum, quemadmodum scribit Iohannes in prima epistola cap. 3. ver. 2.

Ad Cap. X. XI. & XII.

NOs in hoc & sequentibus capitibus, quod, ad Christi veram Deitatem, planè cum Bellarmino cōsentimus. Verùm in historiæ descriptione, (quum *ἀνισοείας* ipse aliis obiiciat,) confundit ipse tempora. Ambrosium enim toto seculo ab Hyeronimi & Augustini ætate separat, qui tamen tres fuerunt æquales, & contemporanei, licet senior esset Ambrosius, priórque decesserit. Gregorium Magnum ad septimum seculum seu ætatem transfert, quem omnes historici, & ipsius Epistolæ probât vixisse sexto seculo. Sed hæc *μνησθέντων* peccata Bellarmino homini in rebus iam grauioribus hîc occupato condonentur à nobis. Quæ verò pro veræ de vera Christi Deitate doctrinæ confirmatione miracula cōmemorat, cap. 12. Bellarminus, ea neque nego, neque refuto. Hoc solum lectorem piûm, imò ipsummet Bellarminum monuerim, esse infirmû omnino eiusmodi Christianæ doctrinæ firmamentum, ac fundamentum, quod ex istis miraculis, (nam & Diabolus, quem admodum docet Paulus, 2. Theffalonic. 2. vers. 9. signa & prodigia facit) visionibus, mortuorum responsis, & huiusmodi aliis rebus ducitur, iuxta illud Isaïæ Prophetæ, cap. 8. vers. 19. *Num inquiretis homo de Deo ex mortuis? Ad Legem & Testimoniis* subiungit Propheta. Apud Lucam, cap. 16. vers. 29. & 31. referente Christo, respondit Abraham ipse ei, qui ad suos superstites mortuum, qui eos doceret, mitti flagitabat. *Habent Mosen, & Prophetas.* Athanasius, Quæst. II. *Noluit Deus quosdam ex mortuis*

mortuis ad nos redire: quia sic multi errores nati, & probabiliter sparsi fuissent, quasi à mortuis reuelati. Sed ut suum ingenium Bellarminus ostentaret, & se Suffenum quendam, id est, in quouis rerum genere bene versatum ostenderet, ista qualiacunque miracula protulit, nimirum quasi vel verbo Dei tam manifesto. (quale & à nostris, & ex nostris ab isto allegatur) pij viri contenti minimè futuri sint: vel certissimæ (qualis est de vera Christi Deitate) doctrinæ confirmatio ex istis infirmis Miraculorum & Visionum miraculis, & subsidiis planè incertis petenda sit. Id quod Dialectici Petere Principium vocant, dum incertior & obscurior est probatio, quàm ipsa quæstio. Quod vitium in hoc capite duodecimo Bellarminus committit.

Ad Cap. XIII.

NVlla nobis est de vera Spiritus Sancti, quæ est tertia Sanctæ Trinitatis persona, Deitate cum Bellarmino controuersia. Eam enim, etiam cum Bellarmino controuersia. Eam enim, etiam isto nondum nato, & aliis scholasticis magnum somnum stertentibus, aduersus nostri temporis Arrianos, & Macedonianos nostri præceptores defenderunt: A quibus iste sua sumpsit, quanuis magno astu dissimulet.

Illud modò notandum est in hoc capite decimo tertio, col. 172. L. B. eum perperam, Quid sit peccatum in Spiritum Sanctum, explicare, & suam ignorantiam sic prodere. Quid autem illud

3. Sect. 22. 23. 24. eiusdem commentariis in Harmoniam Euangelicam, & in Epistolam ad Hebræos capite sexto, & Theod. Bezae tum paruum tum magnis in Nouum Testamentum annotationibus intelliget Bellarminus. Est enim hæc utilitas, quemadmodum docet præclaro libello Plutarchus, etiam ex nostris inimicis, id est, iis quos odit Bellarminus, à Bellarmino capienda, si sapit, ut ab his discat, quæ nescit.

Ap Cap. XIII. XV. & XVI.

QUæ in his capitibus tractat, & respondet Arrianis Bellarminus, concedimus, quam ea & breuius, & clarius tradi potuerunt, ac debuerunt: neque tanta, tam longa, tam multiplici responsionum ad eundem Sacræ scripturæ locum varietate, & solutionum diuersitate, vera, solida, & breuis responsio obrui debuit, quemadmodum eam obscurauit Bellarminus. Sed antiquum obtinet. Ingenium nempe suum ostentare etiam in his voluit ex varia sua memoria, & lectione Patrum: sed intempestiuè, & importunè. Auditorum enim ac Lectorum ædificatio non ingenij aut eruditionis ostentatio hæc, si quo alio in argumento, quærenda, & quidem sola fuit ex Pauli præcepto, Philipp. capite secundo versiculo tertio. *Nihil gerite per contentionem, aut per inanem gloriam.* Hic enim locus est & obscurus, & planè diuinus: ergo illustrandus non obseruan-

obscurandus: & cum summa animi reuerentia, fide, conscientia, & candore fuit non ambitiosè tractandus. Sed aliter Bellarmino visum est. Quod autem capite decimosexto columna ducentesima septuagesima septima, L. D. ad locum Pauli 1. Corinth. capite decimo quinto versiculo vigesimo octauo. *Tunc & ipse filius subicietur Patri,* responderet, neque locum, neque mentem Pauli vel longa manu attingit. Nec enim Gentilium fabulam de Saturno à Ioue expulso spectauit Paulus, vt iste putat columna ducentesima septuagesima octaua, L. B. nec ipsam humanam Christi naturam significat Paulus, quæ semper & in terris, & in cœlis Patri subiecta fuit, ex loco Iohan. capite sexto versiculo trigesimo octauo (quem locum hoc ipso capite citat Bellarminus.) Verùm huius loci explicatio tam obscuri ex nostrorum, quos gratis odio habet & immeritò, commentariis petenda fuit. Hæc enim Pauli verba pertinent ad formam, & modum regiminis, quo Christus Rex omnium à Patre constitutus, omnia gubernat, per quem Vicarius Patris est, & agit. Tunc autem modus regiminis istius abolebitur. Omnis enim alia potestas, præter quàm illa, quæ Deus est, cessabit. *Erit enim,* addit Paulus, *Deus omnia in omnibus.* Ergo ad externum regimen respicit Paulus, quo Christus, vt caput Mundum gubernat, & Ecclesiam suam, constitutis sub se aliis ministris. Omnis igitur ista ratio regendi tunc tolletur. Quare locus iste ne multis quidem parasangis Arrianos

Transsylvanos, aut eorum blasphemiam attingit, iuvat, spectat, aut roborat: sed toto genere differt ab hoc argumento & ab eorum interpretatione & disputatione. Porro veram esse loci illius mentem, quam diximus, apparet ex versu. 24. 1. Corinth. 15. vbi de potestatibus aliis, quibus virtus nunc Christus regnans & Dominus, abroganda loquitur Paulus. Vide August. lib. 1. cap. 8. Trinitate. Serm. 16. de Verbis Apostoli.

Ad Cap. xvii. xviii. & xix.

Quanquam tuetur verã de vera Christi Deitate doctrinam Bellarminus: tamen solutio- nes suas obscurat tam multiplici responsionum numero, & eundem S. scripturæ locum varietate, itaque & breuius, & clarius hæc Arrianorum argumenta extinguere debuit. Quod ad cap. 19. col. 282. L. C. & D. laborat in loco Mathæi cap. 20. versu 23. soluendo & explicando. Itaque & ad merita recurrit, quæ profus coram Deo nulla sunt: & ad distinctionem inter Meritum cœli, & Meritum primarum in hoc mundo sedium confugit: (quod est duntaxat *κρησθησεν* & effugium) quasi qui cœlum ipsum merentur primas in hoc Mundo sedes mereri nõ possint. Plane enim de primis in his terris sedibus obtinendis postulatio facta fuerat Christo à matre duorum istorum adulescētum, quæ regni Christi non nisi terrenum & in his terrenis, tunc cogitabat. Ergo solutio est, quam in meis in Mathæum quæstionibus quæst. 83. attuli, quod Christus conditionem eam, in qua tunc erat, distinguere à futura postea sua gloria, & ab arcano illi Deo

Dei decreto (à quo planè illud donum dependet) distinguere voluit. Id quod ipsius Christi verba manifestè declarant. Itaque locus iste non magis Arrianorum errorem iuuat, quàm quod Christus se inter duos fratres de herciscunda familia contententes disceptatorem interponere noluit, Luc. 12. vers. 14. aut Adulteram mulierem capitalis supplicij damnare recusauit Iohan. 8. Sunt igitur hæc ab Arrianis allata argumenta prorsus ἀπροσδιόγου, & inepta.

Ad Cap. x x.

NVlla in re cum Bellarmino in huius capituli vicefimi doctrina pugnamus: imò & diligentia, & memoria, & assiduæ Patrum lectionis nomine gratias illi agendas esse existimamus. Nec huic libro censuram aliam addimus præter supra annotata.

Ad libri secundi.

Cap. i. ii. & iii.

Reliqua stant, quæ hisce tribus capitibus traduntur: illud notat, quod in capite secundo col. 286. L. A. ait Bellarminus, Noua vocabula in disputationibus Theologicis admittenda, tum vt Catholici ab hæreticis distinguantur, tum etiam quia differunt, ait, vocum nouitates (quæ sunt fugiendæ) à nouis vocabulis quæ sunt recipienda. Prima ratio puerilis est, & à posteriori, posterior falsa. Vera igitur causa, propter quam noua vocabula in his disputationibus à piis viris finguntur, & probantur, est, quoniam sunt hæc

ipsa in Dei verbo scripto, non quidem *κατὰ φωνήν*
 & secundum sonum syllabarum: sed *κατὰ διάνοιαν*
 & secundum analogiam fidei comprehensa, quum ea
 quæ his vocabulis continetur, doctrina sit in Dei
 verbo scripto expressè descripta, ex quo nobis sci-
 piendum est Christianis. Perinde verò est aliqui
 expressè & syllabatim esse in Deo verbo, vel ex
 dei analogia illius mente seu æquivalentia, quæ
 admodum docet Paulus Roman. 12. vers. 6. Athana-
 nasius, Augustinus, Cyrillus in disputationibus
 contra Arrianos, Epiphanius hæresi 73. Nec enim
 S. Theologia & vera est *λογος ἀιδαλία*, quædam
 syllabarum sono, aut in literis, sed in sensu positæ.
 Scite leges, aiunt I. C. est non earum verba, sed
 mentem tenere.

Ad Cap. IIII. & V.

QUecunque his duobus capitibus continetur
 & doctè & orthodoxè scripta, à Bellarmino
 agnoscimus. Itaque probamus. Candorem agnos-
 scimus, quum Genebrardum damnat, Calvinum in-
 dat, c. 5. in fine col. 293. L. D. & equidem verissime.

Ad Cap. VI.

MERITO gratias Bellarmino in hoc cap. agimus.
 quòd tam sedulò & methodicè triū diuina-
 personarū distinctionem, tamque eruditè contra
 Arrianos & Veteres, & nostri temporis contra-
 mauiit, sed ex nostrorum scriptis quod tamè cele-

Ad Cap. VII.

VERISSIMA Bellarmini solutio est ad Valerium
 Gentilis impium argumentum. Iohannis V. de
 gandi solutio falsa. Nec enim essentia in diuina
 gene-

generat essentiam, ne fiat essentia diuinæ multiplicatio, sicut in speciei alicuius indiuiduis multis multiplicatur essentia quantitatiuè, & numericè huius ipsius speciei, cuius multa sunt indiuidua. Multi enim homines indiuidui sunt multæ essentia humanæ numero, & quantitate inter se differentes. Id quod in Patre, Filio, & Spiritu sancto minime locū habet. Sunt enim hæ tres quidē personæ, sed vnica numero essentia. Deniq; in Diuinis, vt est in scholis tritū, nō essentia essentiā, sed persona personā gignit. Quæ distinctio, solutioq; nō à Scholasticis primis inuenta, seu Sententiariis, inter quos se accenset Bellar. reperta: sed à sanctis. Patre D. Aurelio Augustino, pœne ante Lombardū & Sententiariorum natos septingentis annis, allata, quæ admodū ex illius lib. v. de Trinitate c. 5. 6. 7. & seq. apparet, ne hanc laudem Augustino præripiat Bellarminus: in suos autē perfidè transferat.

Ad Cap. VIII.

Quicquid hoc loco Transsylvaniæ respondet Bellar. admittimus. Illud tantum miramur, cur col. 299. L. D. B. Aretium Zuinglianum vocet pro Christiano. Quid istud in virum pium, bonū, & iam in Domino mortuū conuitium ad rhombum Bellarmini pertinebat? Certè non erat huic cupressus locus. Sed iste sese hoc conuitio, & hac maledicentia oblectare voluit. Verùm ineptè. Nam & ipse postea col. 300. L. A. eam virgulam, quam posuit Aretius post verba *Vnum Deum*, probat, & sæpe à punctis & numeris Grammaticis præsidium petit col. 294. L. A. ipsemet Bellarminus & col. 309. L. C. in voce A D.

Ad Cap. 1 x.

Quæ reliqua in hoc capite traduntur, & nos concedimus quoque, & vere aduersus Arianos dici fatemur. Quod autē col. 301. L. A. scribit *Genitum*, & *Ingenitum*, neque substantiam, neque accidens esse, aut significare, etiam in diuinis, & obscurum, & falsum est. Nam quicquid est, vel dicitur vere de alio, illud vel substantia est, vel accidens: neque potest quicquam hanc *diuinitatem* euitare. Nā & ipse Bellarminus hoc loco fatetur *Genitum* relationem significare, quæ procul dubio accidens est in ea re, in qua inest, quatenus est relatio, Basilius lib. 1. Contra Eunomium. Augustinus lib. V. Trinitate cap. 5. 6. 7. Cyrillus vbi que, sed imprimis lib. De Trinitate, Lombardus lib. 1. Sentent. Dist. 28. cap. B. & C. seu 2. & 3. fatentur omnia, quæ sunt, esse substantiam: vel Accidens. Ergo & *Ingenitum* & *Genitum* ad alterutrum, contra sententiam tamen Bellarmini, referantur. Nimirum ad Accidens, & quidem *χωριστὸν* seu separabile, ratione essentiae diuinæ: alioqui quæuis, si quicquid est essentia diuinæ, esset genita (Id quod est falsissimum.) Ratione autem personarum, *Genitum* est Accidens *ἀχωριστὸν* personæ Filij: *Ingenitum*, ratione Patris. *Ingenitum* autem non solum relationis nomen est: sed negationis, per quam prorsus ab vlllo alio esse & emanare negatur. Ergo quæuis: vt suadet Basilius lib. 1. Contra Eunomium. prophana Philosophia in his disputationibus diuinis sobriè sit admittenda: tamen rectè & vere conceditur etiam in hoc argumento *Genitum* & *Ingenitum*, sicut diximus, esse accidens, quum sit essentia

fit essentia: quia quicquid est, essentia est, vel Accidens, ne hoc Transylvanorum sophismate terreatur Bellarminus.

Ad Cap. x. & xi.

Libenter amplector in hoc tam sublimi & augusto de S. Trinitate argumēto & exosculatorū modestiam, qui ad ecclesiæ ædificationē totam hanc tractationē referūt, superflua rescātes, abolita iam præmittentes, sopita nō repetētes. Id quod minimè facit hoc loco Bellarminus. Nā & inutilia reuocat, & iam millies cōfutata, velut reposita, reponit, & oblita cōmemorat. Cui, obsecro, bono? Nimirū vt suum ingeniū ostendet etiā in tā pio, & quod omnium hominū captum superat, argumēto. Non igitur hīc ludit luto Bellarminus vt ait ille: sed in re graui & seria. Accedit, quod capite decimo argumēti quarti solutio, quam affert, prorsus est aut falsa, aut obscura, dū ait, *Filium etiā in diuinis generare posse: nisi actu nō generat propterea quod non est Opus.* col. 301. L. D. Ergo in filio Deo potentiā constituit, quæ ad actū reduci non potest: atque sic Deitas in Christo non erit merus actus. Atq; annotaui ipse in meis in P. Lōbardi li. 1. Sentent. Distinct. 20. cap. 2. & in Censura cōmentariis, quān variè sese torqueant in hac quæstione Sententiarij. Responso igitur vera, simplex, & pia ex Basilij lib. 2. Contra Eunomium est, *Generare & Generari* in diuinis (quod ad opera ad intra) non esse essentiæ, sed personæ incommunicabiles proprietates, quatenus persona, hæc persona est, id est, Pater, Pater: Filius, Filius.

Quod cap. II, col. 302. L. C. quærit vtrum rectius

dicatur filius in diuinis Genitus seu natus, quàm
 digni seu nasci, omnino in eo nutat iste L. D. Dicitur
 in lib. primū Lombardi Dist. 9. c. 10. legat iste lo-
 cum. Opera Deitatis ad intra sunt in perpetuo
 actu, quale est, Generare, etsi nostri ratione tutius
 & intelligibilius dicitur, *Filius ex Patre natus*
quàm nasci.

Ad Cap. XII.

Facilis solutio fuit, *Perfectio, Infinitas, &c.* esse
 essentialia Deitatis attributa: ergo tribus per-
 sonis (quia sunt vna numerica vnitatem essentiali
 uina) æqualiter cōpetere, & inesse. At *Generare*
 & *Generari* sunt personalia attributa, quæ vni de-
 i personæ tribui possunt: sed hæc persona di-
 uina ista attributa, *Perfectiōem, Infinitatem, &c.*
 alio modo habet, quàm alia persona, quemadmo-
 dum diuerso modo habet essentialiam, quàm alia
 Pater à se nimirum: filius à Patre.

Ad Cap. XIII. XIII. & XV.

& XVI. & XVII.

Non contentus Bellarminus, quæ nouarū ha-
 ereseon intemperies & furor inuexerat, & pe-
 stulabat, confutasse, (Id quod ædificationis cau-
 iam ad suorum. i. Scholasticorum hominū otiose
 rum curiosas matæologias & quæstiones proble-
 perplexas & inutiles accedit. Id quod nemo me-
 ra ostentationis gratia ab eo fieri negabit. Quæ-
 stionum autem earum, quæ his quinque capitulis
 13. 14. 15. 16. 17. proponuntur, & ex Thomæ primi
 parte à Quæst. 30. ad 43. repetuntur, fundamen-
 tum inane est, & ex puerili deceptione: Nempe
 quod voces hæ, quibus Emanatio personarum
 qua

unarum significatur in S. scriptura, nō vident isti
 neque animaduertunt ad nostrum captū prorsus à
 Dei spiritu vsurpatas, & accōmodatas. Itaque me-
 taphoricā seu translata esse eārū vocum signifi-
 cationem, non autem propriam, & natiuam, qua-
 lis est, quum iisdem vocibus in rebus naturalibus
 e. plicandis vtimur. Ergo filij ex Patre *Emanatio*,
Generatio & *Natiuitas* appellatur. Filius quoque
λόγος, & *Verbum* vocatur, & per modū eum, quo
 intelligendo aliquem conceptum producimus, ex
 Patre procedere dicitur. Verūm hæ locutiones,
 & voces omnes, quibus tanta Myſteria explicātur,
 planè sunt tropicæ, figuratæ, translata. Eodē mo-
 do quum de Spiritu sancti ex Patre, & Filio ema-
 natione agimus, quā & processionem vocant, &
 per modum Spirationis aut Amoris fieri volunt.
 Hæc omnis rerū tam augustarū explicatio verbis
 tropicè, figuratè, & trāslatitiè sumptis fit, quoniā
 verba propria nobis ad res tātatas Aug. explanan-
 das defunt. Isti tamē & Sentētarij omnes quē ad-
 modū & omnes hæretici Arriani, voces istas su-
 mūt, & audiāt, quasi absq; tropo in S. scriptura po-
 sitas, & pronūtiatas à Dei spiritu. Quæ fallacia est
 turpissima, nimirū ab *Æquiucatione* vocis, quū
 tropica locutio absque tropo sumitur. Atque etiā
 propterea ex rerū Naturaliū lege & cōditione in
 his rebus diuinis, cœlestibus, & supra naturalibus
 argumentantur. Quæ est altera turpissima fallacia,
Nēpe Ignoratio Elenchi vbi diuersa rerū genera
 miserè cōfundūtur. Inde has tot, & tam multipli-
 ces, multipliciterq; inanes in hoc tā angusto de S.
 Trinitate questiones isti inuehunt proponūt, & se

suosque discipulos inaniter isti Magistri fatigant
& turbant, & tandem incertos reddunt. Quæ enim
obsecro, quæstionum istarum omnium vtilitas &
scopus est? Legant pij, & videant. Certè nulla u-
tilitas. Imò quis eas intelligit, & earum solutio-
nes? Certè nemo. Itaque rectè Prouerbiū verū
monuit, *κατὼν διδασκάλων πάντα μαθήματα*: & hæc
omnia erant prætermittenda.

Ad Cap. xviii.

ET hæc quoque est, quemadmodum superiores
planè curiosa quæstio: sed ne non omnia nobis
videretur Bellar. solus, & vt hoc ipsius scriptū est
set cornu copiæ, & Amalthea, omniâque cõtine-
ret, hanc addidit. In cuius solutione tamen obse-
rus & perplexus est. Non videt tres istas obiectiones
habere fallaciã Accidentis, quum illud, quod
de essentia diuina conceditur, transfertur ad per-
sonas diuinas, quæ ab essentia differunt. Quod au-
tem col. 310. L. D. ait essentiam fungi munere ver-
cis vniuersalis, prope est, vt seipsum refutet, &
quod scripsit suprâ col. 213. L. C. essentiam diuinam
neque genus esse, neque speciem, quod verum est.

Ad Cap. xix. lib. xx. Contro-
uersiæ. II.

IN hoc capite Bellarmini leuitas, & maledicen-
tia apparet: Leuitas, quòd Caluini sententiam
veram esse, & à Catholicis nequaquam discre-
pantem fatetur col. 311. L. C. 312. L. A. D. tamen
eam pauculis lineis interpositis tanquam hæresim
cam, & cum Arrianis consentientem oppugnauit
col. 313. L. A. *Quo tenam vultus mutantem Pro-*
tea nodum

te a nodo: Maledicentia est manifesta, quòd vt & se,
 & Dominũ suum Apostolicũ, & suos cœnobitas
 Romę oblectaret, cõtra propriam conscientiam,
 viro pię memorię Iohanni illi Caluino, à quo
 tam multa didicit, maledicit. Sed timuit iste, ne si
 ita cãdidè Caluinum, vt res postulabat, laudasset,
 in suo Hefuitico cœnobio flagellaretur à *Mise-*
rere vsque ad Vitulos. Cæterũ & sentẽtia Caluini
 vera est, vel hoc teste: & modus loquendi pius, &
 orthodoxus, quemadmodum in responsione mea
 contra Gilbertũ Genebrardũ luculenter ostendi,
 ad quam, breuitatis gratia, lectores remitto. Basi-
 lius cõtra Eunomium vbique vocat Christũ (quã
 Filius est Dei æternus, & Deus vnãq; cũ Patre es-
 sentia) vocat, inquam *αὐτοζών, αὐτοαγαθὸν αὐτο-*
ούσατον. Quid hæ voces & modus loquendi à vo-
 ce *αὐτοθεός*, qua piè Caluinus vsus est, differt? Cer-
 tẽ nihil. Quid Epiphani. quem hĩc quoque citat
 Bellarminus vocat Filiũ *αὐτόθεον*, hæresi 69. Er-
 go cur hanc vocem, quasi ab ore Patrum alienam,
 damnat Bellarminus, & reiecit velut exoticam &
 incõmodam? Nam quæ quatuor argumenta pro-
 fert hĩc Bellarminus colum. 312. & col. 313. contra
 non sententiam Caluini, quam piam agnoscit: sed
 duntaxat contra modum loquendi, refutantur ex
 eo, quod iste transfert ad rationem relationem-
 que personæ ea quæ Caluinus scribit de Filio, di-
 fertẽ ratione diuinæ essentia. Quod autẽ ad hanc
 phrasim *Deus de Deo*, verè sensit, & scripsit Cal-
 uinus, improprium, esse, ac barbariem redolere,
 quemadmodum si dixerò, *Mea humanitas salutat*
tuam humanitatem, pro eo, *saluto te.* Essentia enim

pro persona ponitur, quod loquēdi genus & Græcis & Latinis hominibus inusitatum est. Quid igitur col. 313. sophisticatur Bellarminus & Calvinii mortui ossa arrodit? Respondeat ipse meis in hoc argumento, & calumnia pari ad G. Genebrardum rationibus, & me viuum non mortuū, virum non Monachum experietur. Et ipsemet Augustinum qui sic loquitur *essentia de essentia*, reprehēdit, hoc cap. col. 314. L. A. Sibi igitur constet, & secum primum cōsentiat Bellarminus.

Ap Cap. xx & xxxi.

QVæ hisce duobus capitibus traduntur mere vel *αἰσθησιμα* sunt, vel historica. Quæ re nihil nos ferunt.

Ad Cap. xxii.

Reliqua stant, quæ hoc capite continentur: illud verò nutat, & infirmum est, quòd tam præfracte Bellarminus tamen vrget col. 318. L. D. *quum dicitur Spiritus sanctus mitti, non tantum dona Sancti Spiritus creata dari: sed etiam cum illis donis ipsam Spiritus Sancti personam: & contrarium asserere esse manifestum errorem.* Nimum dictatoricè, & prorsus arroganter ista pronuntiat. Imò sæpe verius de ipsis Spiritus Sancti donis, quàm de Spiritu ipso Sancto .i. illius persona hæ phrases, & eiusmodi missio intelligitur, velut Iohan. 14. ver. 17. 16. ver. 13. atquæ adeo ipsemet ille ver. 26. in c. 15. Ioh. de donis Spiritus Sancti intelligitur, quæ hoc in loco affert, & vrget Bellarminus. Præsentia quidem Spiritus Sancti per eiusmodi dona & Symbola, per quæ tunc extraordinariè agit seq; profert Spiritus, illustrior apparet, & clarior;

rior, quæadmodū quū in rubo apparuit Mofi Deus Exod. 3. persona autem ipsa Spiritus Sancti præcisè de cœlo non superuenit aut descendit, vti neque Filij persona quum in rubo sese in flamma manifestaret. Quod dicimus de Spiritu Sancto confirmatur ex Paulo 1. Corint. 12. ver. 7. *Datur Spiritus,* i. *declaratio Spiritus & donū Ephes. 4. ver. 7. Nec longa aut alia recitatione res eget.*

Ad Cap. XXI. XXIII.

& XXV.

QUæ in his tribus capitibus variè & eruditè disputantur à Bellarmino, admittimus, illique etiam eo nomine gratias agimus. Magna enim diligentia siue ab aliis quibusdam (id enim nobis perinde est, quoniam hæc omnia sub ipsius nomine extant) adiutus, quemadmodum plerique dicunt, hæc collegit.

Ad Cap. XXIV.

SI quæ in his totis quinque de Christo capite Ecclesie siue libris caput est periculosū, perplexū, inutile, & curiosæ disputationis plenū, hoc vnū certe quidem est. Sed miserum est, ne dicam impium in re tam difficili (qualis est Spiritus Sancti ex Patre & Filio processio, & diuinarum personarum inter se distinctio) & tam obscura, maiores etiam tenebras animis hominum obiiicere: miserum in tam augusto argumento ludere, & ingenij sui vanitatem, in ipsius Deitatis dispendium ostentare, longe tutius illud, & Bellarmino attendēdū quod est Prou. 25. v. 27. *Scrutator Maiestatis Dei ab ea opprimef.* Itaque in tātis arcanis nobis, quæadmodū

iubet Paulus, sapiendum est ad sobrietatem ver. 1. & Roman. 12. ver. 3. Habitat enim Deus lucem inaccessam, 1. Timoth. 6. ver. 16. In summa, monesio Bellarmine, ne fortiora te, ut est Eccl. 3. ver. 22. quæsieris. Est enim istud emanationis personarum diuinarum arcanum ἀρρητον, & prorsus humanæ menti incōprehensibile, ne se quisquam in eo cōprehendēdo frustra fatiget. Nemo enim id potest. Illustratio quidē tam cœlestis rei quæ sita ex rebus, quæ sunt nobis notæ, & verbis translaticitiis ad eam explicandam vtimur, quæ nō sunt nimium vexanda & vrgēda. Ac ne fortassis existimet Bellarminus, nos, quasi mentem ipsius capere, & assequi minimē possimus, simūlque tam rudes, & tam ignari, ut harum rationum momenta & vim consequi non possimus, dānare & reprehendere totū hoc caput, & eā, quæ hīc est, rationē, en paucis id, quod ille multis verbis vult. Non potest Spiritus sanctus à Filio distingui, nisi per relationē originis oppositā. Ergo Spiritus sanctus sit à Filio necesse est: alioquin ab eo nō distingueretur. Primū videt ipse, qua est animi solertia, totā hanc argumentationē esse merā translationē rerū diuinarū merēque cœlestiū ad res terrenas, quales hīc cernimus, & ad earū legē & cōditionem. Id quod est Paralogismus Ignoratio Elēchi dictus, in quo res diuersi planē generis confundūtur, nēpe leges rerum cœlestiū & terrenarū. Deinde vident omnes hoc ipsum probationis fundamentum, ab aduersariis Græcis, qui hanc Spiritus sancti ex Filio processionē negat, dici posse Fallaciam, quæ vocatur Petitio principij. Neque miretur id à nobis dici,

quum

quum Iohannes Scotus, Bellarmino ipsomet teste
 col. 331. L. D. hoc firmamentū impugnet: saltem de
 eo dubitet. Præterea ex hac ipsa tā lōga, & perple-
 xa huius rationis confirmatione quā affert Bellar.
 in varia ipse absurda incidit: sed imprimis hæc
 duo. Primū nempe col. 332. L. D. quod facit *Spirituū*
sanctum. spirationem merè passivam. Passio autē pe-
 riculose omnino Deo, ac proinde Spiritui sancto,
 tribuitur. Secundū absurdum est col. 333. L. C. *non*
repugnare uni persone, ut Verbu sit & Amor, id est,
Filius & Spiritus sanctus. En quò tandē istæ dispu-
 tationes curiosæ homines istos abripiūt? Denique
 tota ista disputatio & Ratio est Paralogismus siue
 apud Thomā, siue apud Bellarminū, Ab Æquiuo-
 catione, quia quod & Patres & S. scriptura tropi-
 cè, & metaphoricè (illustrandæ duntaxat huius rei
 causa) dicūt, & cōparant ex Ioh. 20. vers. 22. *Spiri-*
tus sancti emanationē spirationi, sumūt isti, quasi
sine tropo enūtiatur, & ex eo istas labyrinthos, col-
ligunt, & quæstiones infinitas cōgerunt & fingūt.
 At rectè docet Hieronymus ex similitudine, cō-
 paratione, parabolis in S. Scripturis nihil præter
 præcipuum, & spectatum à scriptura scopum esse
 colligendū. Quid si dixero ipse? & hanc, aduersus
 eiusmodi rationem *εἰς αὐτὴν* proposuero Thomæ?
 Tam sunt relationes originis oppositæ *Mas & fræ-*
mina, quàm *Spirator & spiratus.* Ergo & hoc modo
 Spiritus à Filio distinguatur necesse est. Quis igitur
 istarum curiositatum, obsecro, finis tandē ef-
 fet? Ergo & originis relatione has duas personas
 diuinas differre certo certius est: & Filij ex Patre
 emanationem nomine Generationis, Natiuita-

tis, Intelligentiæ, Sapientiæ, Verbi à S. scriptura
 sese ad nostri ingenij tenuitatem attēperante ap-
 pellari, declarari, ostēdi, quia nostris verbis de tā-
 to mysterio loquendum illi fuit. Spiritus sancti ex
 Patre & Filio velut vnico Principio emanationē
 vocabulo Processionis, Amoris, Charitatis, Spira-
 tionis significari constat translaticia significatio-
 ne, non propria & naturali. Quare ex his vocibus,
 tanquam naturali significato sumptis, argumēta-
 ri est cœlum terræ miscere, præter casam fugere,
 & quod aiunt, nodum in scirpo quærere præter
 mentem scripturæ.

Ad Cap. xxvii.

Quæ hoc capite scribuntur, admittimus om-
 nia. Sunt enim vera.

Ad Cap. xxviii. & xxix. & xxx.

Idem quod his capitibus tradit Bellarm. pro-
 babamus, præterquã quod col. 337. L. A. B. de Ro-
 mani Pōtificis autoritate addit, de quo in sequen-
 ti controuersia suo loco agemus, Deo dante. Sed
 cur in mustaceo corollam, nisi fortasse lemniscā-
 tam, quærit Bellarminus dum in vnus huius vo-
 culæ, *Filióque*, additæ explicanda cāussa toties re-
 petita tandiu commoratur, suúmque ingenium
 tantopere ostentat. Nam crambe toties appōsita
 mors est, & semel dixisse satis moderatis ingeniis
 erat. Nauseam enim mouet ista repetitio vel pa-
 tientissimis hominibus. Quod autem capite 30.
 huius libri miseræ, seruituti, & calamitatibus
 Græcorum Christianorum Bellarminus insultat,
 inhumanum, imo crudele est. Quanquam enim à
 Deo nō nisi propter sua peccata punita est, puni-
 tūque

turque etiam num hodie misera captiuitate Grę-
 corum ecclesia, non propter suam tamē à Roma-
 na, quę vocatur, ecclesia (quę iā merē idololatria
 est) discessionē à Deo sic tractatur: neque propter
 vnum de Spiritus sancti ex Filio processione non
 admissa errorem: sed propter varias in Deū blas-
 phemias, quas omnes tamen nunc tuetur, & reti-
 net Romana ecclesia, qualis est idololatria & cul-
 tus mortuorū hominum, opinio de meritis suorū
 operū apud Deū, de variis præter vnū Christū in-
 tercessoribus apud Deū. De Transsubstātiatione
 seu *Metuola* reali Panis Sacramētalis in verū cor-
 pus Christi, vi verborū in S. Cœna. De cultu Dei
 veri ex hominum arbitrio statuendo, de liberj,
 quod vocant, Arbitrij viribus seu nostris ad recte
 agendum, & Deū anteuertendū. Quidē esset lōgū
 omnes eorum errores recēserē: omnes tamen eos
 retinet Romana ecclesia, vt idē iudiciū Dei, quod
 Græcis euenit, merito sit ecclesię Romanę me-
 tuendū, & quidē breui. Imminet enim illi Turca.

Ad libri terti. Caput primum.

Quas hæreses enumerat hoc capite Bellar. nos
 quoque dānamus, primique, istis altū som-
 nū dormiētibus, cōfutamus, D. Calvinus, viuē-
 te adhuc M. Luthero, vbiq; in Matt. 26. vers. 26. &
 deinceps 1. Cor. 11. vbi de S. Cœna agitur, cōuellit
 Vbiquitatem: Henricus Bullingerus doctissimē:
 Theodorus Beza singulari lib. & cōfutatione Brē-
 tij: quę omnia in lucē à nostris ædita sunt, ante-
 quā & Ingolstadij quicquā excudisset & peperisset
 Iesuita iste, cuius theses extāt, & à nostris probatæ
 (qui primus ex Sententiariis aduersus Vbiquitatē

hiscere ausus est) nostrorum argumentis .i. Caluini, Bullingeri, & Bezae firmatus: & constantia inflammatus. Multis post annis extiterunt ex millibus Sententiariorum hi duntaxat duo G. Gebrardus, & Clau. Sanctius, qui ex nostris libris aduersus Vbiquitatem aliquid descripserunt. Antehunc Bellarminum ego & M. Kemnit in librum de duabus in Christo naturis, id est, palliatam à Kenitio Vbiquitatem detexi, & refutaui: & contra N. Selneccerum, quod omnes sciunt, pro veritate decertaui. Zacharias Ursinus ille Germaniae columen successit. Ursino Antonius Sadeel vir eruditissimus: sed uterque iam in domino obiit. Sadeeli Franc. Iunius, vir, quem omnis posteritas merito mirabitur, & laudabit. Ergo istius Vbiquitatis & monstri iugulatio & victoria nostra est, non Sententiariorum aut Bellarmini, ut de eo pro nobis Deo, & nobis ipsis, uti Ministris Dei, gratias agat, nisi hominum ingratus homo esse velit Bellarminus.

Ad Cap. II. & III. & IIII.

Planè probamus, & agnoscimus ea omnia esse vera, quae in hisce tribus capitibus continentur. Nam & haec quoque ipsa ex nostrorum libris descripta sunt, & cum Dei verbo consentiunt.

Ad Cap. v.

Reliqua concedimus. Hoc unum negamus, quod Col. 354. L. C. de Caluino scribit. Nam Caluinus voce *Fili* naturam duntaxat, non autem personam, & Christi suppositum intelligit. In quo nullo

nullo sermonis vitio aut æquiocatione laborat Caluini oratio, nisi iste, (qua est animi in omnes maledicentia) etiam Dei ipsius Spiritum vitij & fallaciæ arguat. Sic enim loquitur Iohannes Euāgelista & Christi Apostolus penè vbique: sed imprimis cap. 5. vers. 27. 14. vers. 28. Sic quoque rectè, & piè, & Latine dici sentit, scribitque Augustin. & ipsemet Bellarminus, cap. 7. col. 361. L. D. Fateatur sæpè hominem, i. concretum pro humana natura, id est, pro abstracto etiam sumi, ab Augustino Enchi. ca. 36. lib. Prædestinat. Sanctor. ca. 15. & col. 388. L. A. Concreta ait, formaliter naturas significant. Sed iste Caluini mortui ossa arrodere voluit.

Ad Cap. VI. & VII.

WVæ in hoc capite sexto scribuntur, ea lubenter amplectimur, quoniam sunt Dei verbo consentanea, & nostri iam pridem eadem tradiderunt, (ex quibus magnam partem sua hausit Bellarminus) cum tota pia & erudita vetustate consentientes. Quæ itidem cap. 7. scribit Bellarminus, vera sunt. Vnum modò illud pius lector obseruet, Nestorij hæretici argumentum 5. 6. 7. & 8. habere hunc fallaciæ fontem, qui dicitur à Disiunctis ad Coniuncta. Quæ enim de Christi distinctis naturis sigillatim consideratis dicuntur, Nestorius ea transferebat vel imperitè, vel malitiosè ad totam Christi personam. Item quæ de vna Christi natura per se & propriè enuntiantur, illa ad alteram eiusdem Christi naturam quoque propriè, non solùm per *κοινωνίαν ἰδιωμάτων ὑσμικρῶν*

χλω) referri per ignorantiam Elenchi volebat, & impiè contendebat. Hæc pauca ipsos solutionum Bellarminicarum fontes docent, & monstrant.

Ad Cap. viii.

Verissima est totius capitis octavi doctrina. Itaque facilè à nobis conceditur, prorsù supra admittitur. Etsi verò alias Unionis etiam hypostaticæ, atque adeo plures species enumerat Damascenus in Dialectica: tamen commodè hoc loco explicat Bellarminus, in quo posita sit Unio hypostatica verbi Dei cum humana natura ab eo assumpta, nimirum in eo, quod verbum trahit ad subsistentiæ suæ participationem carnem assumptam, ut hæc non subsistat per se, sed in persona Verbi: non autem ut Deitas Verbi communicet carni à se assumptæ, omnes & singulas suas proprietates essentielles siue accidentaliter, siue naturaliter. Id quod vel sentire, nedum scribere, impium est. Itaque Brentius & Smidelinus merito, inquam Monotholitæ, & Monophysitæ Eutyphiani damnantur.

Ad Cap. ix.

Bis peccatum est in hoc capite à Bellarmino. Primum col. 368. L. A. vbi Bezam reprehendit, quòd prædicationem eam (qua illud quod est proprium & essenziale vnius Christi naturæ, alteri tribuitur) planè verbalem, & Dialecticam, non Physicam appellat, ut errorem Brentij de reali effusione & communicatione proprietatum Dei

tatis Christi in humanam eiusdem naturam confutaret in Responsione ad Brentij argumenta, Rectè dixit Beza, malè itaque eum reprehendit Bellarminus. Nam intelligit Beza eam prædicationem esse merè verbalem ratione naturæ, de qua sic alterius proprium attributum enuntiat: non autem ratione totius personæ & suppositi Christi, cui re ipsa competit, quoniam vni illius parti re ipsa congruit: sed alteri naturæ Christi tantum verbaliter, & propter Unionis istius cum illa altera arctissimum vinculum, & coniunctionem. Hæc Beza ubique contra Brentium de carnis Christi omnipræsentia, contra Selneccerum, in Quæstionibus Theologicis. Imò Bellarminum miramur in hoc argumento ausum tam immane scelus, ut Bezam præceptorem hinc suum, à quo quicquid in Brentium & Brentianos scribit, sumptis, & didicit, reprehenderet, & quidem temerè.

Denuò in hoc capite peccat Bellarminus, quum ait in hac locutione, *Deus est natus ex Virgine*, eadem columna trecentesima sexagesima octava. L. B. vocem *Deus* pro quouis supposito diuino accipi, quasi & de Patre, & de Spiritu Sancto hæc eadem sententia intelligi possit, Apagè blasphemiam. Deus enim tunc absque controversia personaliter pro sola Filij persona: non essentialiter sumitur, pro quouis supposito diuino. Verùm hæc addidit, ut suæ scholæ erroribus inferuaret, & eos aleret, in qua istæ quæstiones & curiosæ, & planè blasphemæ agitantur acerrimè, & pro

magna sapientia habentur, vtrum Pater carne
 assumere potuerit: item & Spiritus Săctus, Id quod
 potuisse putant quum causam istius incarnati
 nis non cogitent. Vtrum Christus formam & na-
 turam Asini assumere, & sibi Vnire potuerit
 Quod isti potuisse putant. Hæ sunt istorum
 litig.

Ad Cap. x.

QUæ hoc capite decimo habet Bellarmino
 concedimus. Sunt enim vera. Itaque ab A-
 gutino Ser. 3. de Trinitate in Sermonib. de Te-
 pore ante mille & centum annos confutata
 illa proprietatis Deitatis Christi in humanam
 ipsius naturam effusio. Ipse quoque in meo
 mine Kemnitij, ad ipsius librum pag. 79. ante Bel-
 larminum hoc exposui, & tractaui copiose.

Ad Cap. xi.

OMnia stant & vera sunt, præter quam quod
 col. 372. L. B. iste scribit Christi corpus præ-
 se esse in S. Cœna pluribus simul in locis, in
 toto mundo. Respondeo enim verum corpus
 ex hoc ipso Bellarmino hoc capite col. 373. L.
 bis, eodem in loco simul esse non potest: ita-
 que simul in pluribus locis esse posse. Sed de
 in aliis controuersis amplius & fusius agemus.

Ad Cap. xii.

QUod de De sensu Animæ Christi ad
 ros (quo quidem sensu col. 373. L. D. col.

Bellarminus) postea explicabitur, nunc autem nequaquam concedimus. Reliqua fatemur esse vera, quæ hoc capite continentur. Verùm à quibus hæc acceperit celat strenuè, sed malitiosè, & malignè Bellarminus. Sumpsit enim ex Th. Bezae disputationibus aduersus Brentium, Seleccerum & alios Vbiquitarios, quemadmodum ex ipsius eius libris apparebit.

Ad Cap. XIII.

QUæ hoc capite decimotertio scribuntur, omnia concedimus, eo modo excepto, quòd Calvinum tradit vel veteratoriè, si verè Calvini sententiam nouit: vel imperite, si eam ignorat, velle, nos in S. Domini cæna nihil, nisi energiam & efficaciam maiorem corporis & mortis Christi percipere. Quod tam est falsum quàm quod falsissimum. Hoc tamen iste scribit col. 377. L. D. & repetit seq. col. ne semel sit satis mentitum esse. Nos sacramentarios probrose vocat, quia veram de Sacramentis doctrinam ex Dei verbo tuemur, vti Arriani appellant nos Trinitarios, quia veram de sancta Trinitate fidem contra eos defendimus. Sic audent & norunt isti omnes hæretici impudentes propria rerum vocabula mutare, & crimina sua falsò nobis obiicere, quemadmodum Pharisæi Christum, & Dæmoniacum, & Samaritanum impiè vocabant Iohan. 8. vers.

Ad Cap. XIII.

HOc caput admittimus, & nos ipsi iam in Kemnitio in examine libri ipsius de Duabus in Christo naturis responderamus. Sed hæc cetera Bellarminus.

Ad Cap. xv.

Iam verò Bellarmino illud, quod est apud Horatium grauem imprimis scriptorem, acclamat manifestè,

Dum vitant stulti vitia in contraria currunt.

Quod illi ex merito euenit, quia ne nostram explicationem de *Sessione Christi ad dexteram Dei* (quæ & ex Dei verbo deprompta est, & omnium priorum Patrum scriptis confirmata) sequi videtur, maluit in eisdem illos scopulos incidere & eodem fallo iactari, quo Vbiquitarij, quos & quidem iure, damnat & reprehendit. Ergo se iugulat gladio Bellarminus. Duplex igitur titulus, & hæresim duplicem hoc capite firmat, que habet Bellarminus. Primam col. 380. L. C. dum disertè sic scribit, *Christus se det ad dexteram Dei Patris, id est, pari potentia & honore regnatur dicat, & gubernat omnia cum Patre, ut dextra sitatur pro latere, id est loco equali.* Hæc Bellarminus. Ex quibus apparet Bellarminum constituere, & velle humanam Christi naturam, secundum quam ipso teste toto superiori capite, nimirum 14. Christus ascendit in cælos, sedetque à dextris Dei Patris, esse parem & æqualem potentia Deo Patri. Id quod & merito ipse in Vbiquitariis damnat & omnino execrandum est. Itaque hoc ipsum

dem Bellarminus col. sequenti, videlicet 381. L. C. perspicue refutat. Nam ait, *Humanitas Christi nec est, nec esse potest equalis Deo.* Hoc primum est hoc in capite Bellarmini vitium. Secundus error est, Quod columna trecentesima octuagesima prima, L. B. sic inquit, *Non enim factum est, ut humanitas Christi in seipsa sedeat ad dexteram Dei, sed ut sit humanitas illius personæ, quæ sedet ad dexteram Dei.* Quare hanc sessionem supposito Christi, non humanæ ipsius naturæ iste tribuit. Falsissimum quoque istud est. Nam vel toto illi Supposito conuenit, quatenus est tale suppositum: vel vni duntaxat illius parti, atque propterea toti Supposito per Synecdochen. Non primum, id est, Non toti Supposito, quatenus tale. Sedisset enim Christus ad dexteram Dei à momento suæ conceptionis, & quum in cruce penderet: quotamen tempore dicitur & infirmus fuisse Christus, & minor Angelis, Hebr. 2. ver. 7. denique sic vtrique parti & naturæ huius Suppositi propriè conueniret ad dexteram Dei: quemadmodum vtrique Hominis, qua Suppositum est compositum, id est, Animæ & Corpori propriè competit, ut sit Humana Anima, & Humanum corpus. Si secundum, id est, si congruit propriè vni duntaxat Suppositi Christi naturæ & parti, ut sedeat à dextris Dei, vel conuenit Diuinæ ipsius naturæ. Non Diuinæ, Nam dicitur Christus Dei virtute in eam euectus dignitatem, Actor. 2. vers. 33. dicitur factus talis. Hebræ. 7. versu 26. dicitur data illi hæc potestas, Matthæi vigesimo octauo, versu decimo octauo. Philipp. 2. versu nono, collata

Ephes. 1. ver. 20. Quæ Christo, vt Deo, minimè conueniunt. Ergo propriæ humanæ ipsius naturæ competit, & ita habemus intentum, & id obtinemus, quod Bellarmini sententiam euertit omnino. Verùm facilis erat totius huius vbiq̄uatorum gryphi & argumenti solutio, si veræ nostrorum sententiæ Bellarminus acquieuisset. Nempe Christum, quâ homo, sedere à dextris Dei, quia (quanuis creata, & ex tempore) tamen summa & omnis potestas illi à Deo Patre in cœlum & terram, & supra omne nomen data est, Ephes. 1. ver. 20. Marth. 28. ver. 18. Philip. 2. ver. 9. Apocal. 5. ver. 12. Sic iste magna sua pertinacia hoc veræ intelligentiæ de Sessione Christi, dono priuauit.

Ad Cap. xvi.

Parus error in principio, magnus est in fine, inquit ille. Nam quum putet iste se parum aberrasse, quum Sessionem Christi ad dexteram Dei tribuit Humanæ naturæ Christi per gratiam tantum Vnionis, non autem per gratiam habitualem, in eas se postea coniecit angustias, vt reliquis Vbiq̄uatorum argumentis non possit respondere. In eodem enim heret scopulo, ex magna animi perplexitate solutionumque varietate vacillat, modò locos S. Scripturæ sibi obiectos interpretans de Diuina Filij ex Deo Patre generatione: modò de supposito Christi, modò de Diuina eius natura: modò de humana per gratiâ Vnionis: sic quid in horum argumentorum solutione, col. 382. L. C. & col. 383. L. C. D. col. 384. L. C. sequendum sit, neque videt Bellarminus, neque docet.

cet. Solutio igitur hæc vera est, ad locum Philip. 2. vers. 9. 10. & Matth. II. vers. 27. Datam esse à Deo Potestatem Homini Christo creatam, non infinitam: secundum Deum, non æqualem Deo: Vicariam, non Primariam. 1. Corint. 15. vers. 27. Quare ex eo loco nihil concluditur ad omni præsentiam Hominis & Corporis Christi stabiliendam. Et sic peccat Bellarminus hoc capite à col. 382. vsque ad col. 383. L. A. Argumentum 4. & 5. Ubiquitariorum, col. 383. L. C. D. eodem errore geminato, imò triplicato insolutum relinquit, & ἀδύνατον. Verùm quid me macero, ut Bellarminum doceam, quem ingratissimum fore, & obstinaciorem scio. Habet Ubiquitarios aduersarios homines alioquin eruditos, & bene in Scripturis versatos, qui istius solutiones, & verè & luculenter exagitant, & disflabunt. vj. argumenti solutionem admittimus. vij. Ubiquitariorum obiectionis responsio incerta est, aut inepta potius apud Bellarminum. Sic nutat iste vbique.

Ad Cap. xvii.

Huius capitis decimi septimi doctrinã, id est, solutionem à Bellarmino prolata omnino probamus & admittimus. Est enim vera, & verbo Dei consentiens.

Ad Cap. xviii.

Quæ hoc capite continentur reliqua omnia, facilè concedimus, quia vera. Vnum modò illud falsum est, quod iste, ut postea suam Transsubstantiationem tueatur, scribit hoc loco, col.

386. L. D. non sequi, vt si corpus Christi simul pluribus in locis sit, esse quoque possit vbique. Hoc enim ex illo sequitur necessariò, quia sic & tam veri corporis natura ex situ illius pluribus simul in locis euertitur, quàm si sit vbique. Sic sibi contradicit Bellarminus.

Ad Cap. xix.

ET hoc quoque caput, excepto eo, quòd de Compendio Theologiæ lib. i. cap. 17. col. 388. L. B. affertur, Christi nempe corpus pluribus in locis simul esse posse (quia Christus Deus est) hoc, inquam, reliquum caput concedimus. Nam scholastici omnes procul dubio Vbiquitatem Brentianam oppugnant: suam tamen, quæ vel in toto Mundo, & singulis eius domibus Christi corpus in Eucharistia simul & eodem tempore esse re ipsa potest, statuunt, & mordicus deffendunt. Nam corporeitatem de corpore Christi tollunt, id quod est, quemadmodum Bellarminus capite sequenti, colūna trecentesima nonagesima, L. B. affirmat, prorsus Eutychnianismum, ex orco reuocare, vel Christum, verum hominem negare. Sic, Dum vitant stulti vitia, in cōtraria currunt.

Ad Cap. xx.

HÆc omnia sunt vera, quæ hoc capite scripta sunt. Illud modò meminerit, quòd hic tam asseueranter affirmat Bellarminus, qui de Christi corpore & humanitate corporeum, terrenum, & carneum tollit, eum planè prorsusque

fusque hæreticum, & Eutychnianum esse.

Censura, & examen Trium Superiorum secunda & Controuersia Librorum.

IN tribus hisce superioribus Bellarmini libris, tria maxima vitia occurrunt penè vbique, Repetitio, Ostentatio, Animi ingratitude. Ac quidem Repetitio ad nauseam vsque: præsertim errorum, præter quàm quòd actum iam agit, & vt habet Prouerbiũ vetus, Penelopes infelicem telam retexit. Quas enim hic hærefes proponit, & exagitat, iam millies iisdem illis, quibus Bellarminus vtitur, argumentis sunt & à Veteribus Patribus, & à nostris, antequam iste de hoc scripto cogitaret, confutata. Itaque miserè & inutiliter otio & suo, & alieno abusus est, dum in his errorum centonibus recoquendis & confarciendis tandiu, & tam crasso volumine immoratur. Verùm stomacho suo satisfacere ille voluit. Quare verè in hunc quadrat ista vanitas, quæ à Solomone reprehenditur, Ecclesiastes primo, versu decimo octauo, *qui addit scientiam, addit laborem*. Nam huiusmodi multiplicatio librorum, est multiplicatio laborum, & quidem inutilium. Repetit tamen ipse in his ipsis suis scriptis infinita, non tantùm multa odiose. Nam libro primo hæc capita, nempe sextum, septimum, octauum, decimum tertium, decimum septimum, inanis rerum earundem repetitio est, & eorundem tractatio argumentorum. Apparet ex columna ducentesima trigesima sexta, L. C. ducentesima trigesima septima, L. C. D. cum columna 244.

L. D. collata: item ex collatione col. 243. L. B. cum col. 242. L. B. item ex comparatione col. 217. L. D. cum col. 245. L. D. Libro secundo idem loquacitatis vitium manifestè sparsum est. Nam cap. 28. 29. 30. de vocula, *Filioque*, addita odiosissima, repetitio inest, quæ vnico capite, coque breuissimo tradi potuit. Libro tertio cap. 6. 8. 9. & 10. toties est recocta & reposita eiusdem heresis crambe, toties autoritates, toties rei eiusdem argumenta repetita, vt fastidium gignant etiam patientissimo lectori. Quòd si tot paginae, & tot horæ in rebus istis impenduntur, ecquod obsecro, tempus nobis supererit, quod in res scitu necessarias reseceamus, & dedicemus.

Censura Lib. I. II. & III. Secunda controuersia.

Q Stentatio ingenij ex illa inani & pompa, & repetitione manifeste apparet. Quorsum enim, nisi in hunc vnum finem, illa congeffit, & compilauit Bellarminus, Nimirum vt se inter suos tanquam magnum quendam Palæphatum, & omniscium, & pulchrum iactaret? Quam ostentationis laudem vt facilius consequatur, pijs pene nostri temporis omnibus viris maledicit. Caluinium, etiam in eo, quod ipsemet sequitur Bellarminus, tamen flagellat, velut col. 312. L. D. Bezam, virum in omni literaturæ genere præstantissimum, nihili facit vbique. Aretium, quæ potest, arrodit mortuum, columna ducentesima nonagesima

gesima nona, L.D. Sed quid ni in nostros sæuere, qui suis non parcit? Nam G. Genebrardum castigat acerbissimè. Imo ne illa quidem ipsa bona verba, bonamque doctrinam, quam habet Bellarminus, sequitur studio veritatis amplectendæ & tuendæ: sed duntaxat, vt aliis, Nimirum Vbiquitarijs contradicat, & suo Romano Pontifici placeat omnis veritatis hosti.

Ingratitudo denique animi Bellarmini in his tribus libris summa cerni potest, & obseruari, Quod neminem eorum, à quibus accepit quicquid in his libris tribus tractat, honestè appellat. Nam à Iohanne Caluino, & Polonis fratribus maximam partem habet: quæcunque contra Gentilem, & Seruetum scribit à Theodoro Beza, & à nobis ipsis quicquid contra vbiquitarios & Marcum Kemnitium profert: A Philippo Melanchtone, & Vldrico Zuinglio quod aduersus Martinum Lutherum contorquet. Et quid non? Etiam bonas Noui Testamenti interpretationes ex Theodori Bezæ commentariis sumpsit quas ex sua Veteri versione, quam deificat in prima controuersia, haurire non potuit. Velut horum verborum explicationem, *Deus gloria: pro glorioso col. 281. L.C. Ante me factus pro prælatum. Primogenitus omnis creatura, Verbum caro factum est. i. Verbum carnem assumpsit col. 355. L.A. fecit Pontificem*, id est constituit. Quæ tam multa quum à nostris, quemadmodum ex eorum scriptis

apparet, didicerit: ex magna tamen animi ingratitude ne verbulo quidem vno illis gratias agit. Quod est summum in homine Christiano, qualem se vocat Bellarminus, vitiū, Nolle agnoscere, & fateri à quibus didiceris.

Ad Librum Quartum.

Ad Cap. i.

DVo quædam sunt de quibus hoc libro à Bellarmino grauissimè accusamur, imò damnatur, sed & falsissimè, & ineptissimè, quemadmodum sequens disputatio tota manifestissimè comprobabit. Vnum est, de Perfectione Animi Christi: Alterum de eiusdem descensu ad inferos. Cuiusque temerariæ accusationi vt facilius respondeamus, hunc librum in duas partes diuidemus: in quarum prima, primam. In secunda, secundum Bellarmini in nos calumniam confutabimus. Ac primùm nostra sententia, et quæ sit, explicandum est, vt constet id, de quo disputatur. Sic autem, & quidem ex Dei verbo sentimus, Animam Domini nostri Iesu Christi & verè humanam fuisse, & nostræ omnino excepto peccato, similem: Itaque nostris quoque infirmitatibus, ac proinde Ignorantiæ (in qua non insit vlllo pacto peccatum) obnoxiam, vt est apertè scriptum Hebr. 4. versiculo 15. Habemus Pontificem, qui possit sensu infirmitatum nostrarum affici, & tentatum in omnibus similiter absque peccato. Nam omnes peccatis nostris debitas pœnas tum in corpore, tum

retum in animo Christus suscepit. Quamobrem Anima Christi quædam reipsa, non solum hominum aliorum opinione: non quadam Christi dissimulatione tantum & fictione, quasi nesciret, quæ tamen sciebat: sed verè, quædam inquam, ignoravit, & nesciuit,

Cuius rei & sententiæ nostræ pene sunt infinitæ rationes: sed has paucas, brevitatis studio, perstringemus. Primum ex Dei verbo. Nam est locus Lucæ in Euangelio cap. 2. vers. 40. *Puer Christus crescebat spiritu, & implebatur sapientia ver. 52. Puer proficiebat sapientia apud Deum, & apud Homines.* Quo modo etiam de Iohanne Baptista eiusdem, Lucæ cap. 1. ver. 8. scriptum est, crescebat puer, & corroborabatur Spiritu: item, Samuel 2. vers. 26. de Samuele adhuc puero *crescebat puer.* Iisdem enim verbis res eadem, & profectus similis procul dubio in S. scriptura significatur: ex quibus in illis singulis sapientia creuisse: ac proinde ignorantia quædam præcessisse intelligitur. Sed quid veris opus est? Christus ipse, Marc. 13. ver. 32. ingenuè fatetur se ignorasse diem iudicij, quem Pater posuit in sui vnus potestate Actor. 1. ver. 7. Matthæi vicesimo quarto. versiculo trigesimo sexto. Christus ignorat Iohannis vndecimo versiculo trigesimo quarto ubi positum fuerat cadaver Lazari amici sui vita functi. Qui Sacræ Scripturæ loci perspicuè docent Christum hominem, id est quæ homo est quædam ignorasse.

Deinde ex patribus idem probamus. Origenes lib. 4. De Principiis, λόγος, ait, *suscepit animam similem nostrarum animarum, per naturam.* Athanasius, & Epiphanius contra Bimœritas Hæresi 77. & contra Ariomanitas hæresi 69. Ambrosius cap. 7. lib. de Incarnat. Dominicæ Sacramento. *Ideo et tatem Lucas commemoravit, ut secundum hominem ait Ambrosius, crederes dictum. Ætas enim non divinitatis, sed corporis est. Ergo si proficiebat etate hominis, proficiebat sapientia hominis.* Cyrillus lib. 10. Theauri cap. 7. Leo primus. *Anima Christi, ait, excellit non diversitate generis, sed sublimitate virtutis.* Beda, seu Gregorius, ut est apud Magistrum Sententiarum lib. 3. Dist. 13. cap. 2. idem habet.

Denique ex ipsis Scholasticis nostram sententiam confirmamus. Lombardus ipse lib. 3. Sententiarum. Dist. 14. Negat Animam Christi æquari in scientia Deo suo creatori. Durandus lib. 3. Sentent. Dist. 13. Quæst. 1. N. 10. docet gratiam & sapientiam, quam accepit Christus esse finitam: nec ad ea pertingere, quæ in sui vnius potestate Patet. Et qui ex sententariis aliter sentiunt, illi aut idiomata essentialia Deitatis in Creaturam. i. Animam Christi transfundunt, nimirum omni scientiam, atque sic Animam Christi Deum novum fabricant: Aut in ubiquitariorum errorem (quem tamē ipsi damnant) incidunt, videlicet ut humana Christi natura habeat participatiuè ea, quæ diuina habet essentialiter. Denique ad locos S. scripturæ nihil respondent: sed incertos lectores relinquunt. Ergo Christi Anima quædam ignoravit, Christi verò

verò persona nihil ignoravit, quoniam idem qui Homo est, & Deus quoque est: sed has naturas cōfundere est fallere à cōiunctis ad disjuncta. Quare hoc verissimum est, Diuinam Christi naturam humane illi quam assumpsit per gradus, & tempora dispensasse, quæ erant ad salutem hominum & cognitu, & factu necessaria: sicque sese pro ætatis progressu & muneris sui ratione paulatim infinita illa Deitatis vis in carne exeruit: non autem simul, & semel ab ipso conceptionis momento omnia propter vnionis hypostaticæ vinculum actu in eam infudisse. Huius Scholasticorum erroris, quem hic tuetur Bellarminus (Nani contra nos pugnat) causam & ansam præbuit Augustinus, qui vno duntaxat in loco, nempe lib. 2. cap. 29. de Peccatorum meritis, in seruore contra Pelagianos disputationis, negat Christum pueriles infirmitates & ignorantiam suscepisse. Id quod falsum esse, pace tanti viri dictum sit, supra demonstrauimus. De hac igitur quæstione vtrum Anima Christi aliquid ignorauerit, primum est nobis cum Bellarmino in hoc libro certamen. Nos eam ignorasse quædam affirmamus: ille negat. Negatis suamque sententiam confirmare conantis hominis rationes iam audiamus.

Ad Cap. 11.

PRima ratio sumpta est ex Isaia cap. 11. vers. 1. 2. Sic, Deus vnxit Christū hominē spiritu, ergo Anima Christi nihil ignoravit à momento conceptionis Christi. R. Fallacia est, A non cōsequente: eaque multiplex, quemadmodum agnovit ipse-

met Bellarminus: & propterea in laqueis, in quod se induit, dissoluēdis vehemēter quidē, sed frustra laborat. Propositū cōcedimus: at cōnexū cōsequēs negamus, Vnxit Deus Christū hominē ergo à momēto suā cōceptionis: ergo ad summū statim gradū: vt crescere postea nō potuerit: ergo vt omnia statim sciverit, & norit Anima Christi actu, quæ Deus visua notitia cognoscit. Nec quicquā eiusmodi ex superiore propositione cōcessa sequitur. Ac primū nō efficitur, teste Bel. col. 393. L. B. quoniā apud Isaiam declaratur duntaxat persona vngenda, non autem tempus vñctionis. Sic apud eūdem Isaiam idem Christus dicitur nasciturus ex Virgine, cap. 7. ver. 14. & vers. sequenti statim additur, *comedet mel & butyrum*, nec tamen ex eo sequitur Christum ipso cōceptionis, aut natiuitatis suæ momento comedurum mel & butyrum, sed progressu ætatis. Nec enim versiculorum cōnexio coniungit momenta temporum, vt nullum temporis spatium interea intercedat. Exemplum Luc. 1. ver. 15. & 16. de Iohāne Baptista, qui dicitur & nasciturus, & conuersurus multos ad Deum Israel, non ab ipso natiuitatis suæ momēto, sed post multum ætatis progressum, Luc. 1. ver. 8. & cap. 3. v. 3. Sed quid tergiuersatur Bellarminus, quū & Historia Euangelica doceat quo ætatis anno Christus à Deo fuerit vñctus Spiritu, nempe demum tricesimo, Luc. 3. versic. 22. 23. & ipsemet Christus id sibi euenisse doceat, quum munere sibi à Deo Patre delegato fungi cœpit, Luc. 4. ver. 18. Tunc enim in se illam vñctionē suam à Prophetis prædictam fuisse impletam ostendit, qualis est H. 11. v. 12. & 61. ver. 1. Id quod ipsum scribit quoque Hie-

ronymus in cap. 61. If. Non secundum sequitur ex propositione Bellarmini concessa, nempe Christū ad summum statim gradum sapientiæ peruenisse: obstat enim locus, Luc. 2. vers. 40. & 52. *Crescebat puer Christus, non solum ætate, sed etiã sapientiã.* Non tertiū deniq; ex proposito Bellarmini colligitur, videlicet Vt omnia ea sciuerit Anima Christi, quæ scit. Nã testatur Christus se ignorare diem iudicij, Marc. 13. ver. 32. etiam post resurrectionem, Act. 1. ver. 7. quem diem tamen Deus visiva notitia cognoscit. Sic fallacia A non consequente cognoscitur, & à quouis animaduertitur. Imò verò discat à nobis Bellarminus id; quod ex suo Sententiarum Magistro nunquam didicerit, li. 3. Dist. 13. cap. 1. (vt pote qui hallucinetur, & locum Augustini ex Epistola ad Dardanum 57. sub finem assequi non potuerit) Christum hominem, exceptis duobus, eodem modo, quo cæteri homines pij & Sancti, à Deo vnctum fuisse Spiritu, quemadmodum docet B. Iohannes in prima Epistola, ca. 2. ver. 27. Nam & singuli verè pij vocantur *Vncti & christi* Dei, Psal. 105. v. 15: & quos locos sibi ex Prophetis verè applicat Christus, vti If. 61. v. 1. & alibi, iidem Prophetis competunt piis, & omnes eodem, quo ille spiritu vncti dicimur, ideóque vnusquisque pius Christus à Paulo nominatur, 1. Corinth. 12. v. 12. 13. Sed in duobus hisce magna est differentia, Primum, quòd Christus absque mensura, nostri ratione Spiritum à Patre accepit, Iohan. 3. v. 34. & thesauros ipsos & omnes, Coloss. 2. v. 3. Ps. 45. v. 8. Vnxit te Deus, Deus tuus, præ consortibus tuis. Nos autē eorū tantū partē, & quidē etiã pro dono mensuræ, cuius à Deo capaces facti sumus,

Ephes. 4. ver. 7. I. Corinth. 12. ver. 11. Ergo primum gradu, & sublimitate, & qualitate donorum Vnctio Christi à Sanctorum vnctione differt. Secundū, quòd Christus, quā homo, vnctus est ab ea Deitate & re, quæ intra se ipsū erat & ipsius personæ Christi vncti pars. Ergo ab intrinseco principio in Animā Christi ista vnctio fluebat, Augu. in Enchir. c. 40: At nos à Deo seu ea re vngimur, quæ extra est, neq; nostri pars est. Nec enim Deitas, quæ sanctos vngit, est pars personæ Sanctorum. In reliquis conuenit consentitque nostra vnctio cum Christi vnctione, vt neque simul, neque vno momento nos, & ille Dona Dei accipiamus: neque simul omnia: neque ab ipso nostræ conceptionis Natiuitatis momento. Ille quidem fons est, & ex eius plenitudine accipimus omnes, Iohan. 1. ver. 16. Apocal. ver. 6. Verūm ex eius deitate velut ex ipso fonte: ex humanitate, tanquam carnali, & præcipuo Deitatis ad ea dona sua nobis largienda organo, & in fundibulo, si sic tamen loquas est.

Reliquæ solutiones Bellar. quæ sunt col. 393. L. C. D. & col. 394. L. A, qualis 2. 3. 4. & quod respondet ad secundam difficultatem, sunt non modo coniecturæ duntaxat leues & inanes, vt ex ipsius illius verbis apparet: sed etiam fallacia, quæ dicitur Petitio Principij. Sumit enim pro concessio, quod in controuersia positum est, Nimirum Christum ab ipso conceptionis suæ momento plene à Spiritu Sancto fuisse vnctum: quod progressu tantum temporis, & pro ratione muneris Christi factum est. Ergo nihil valet quicquid hic scribitur

scribit pluribus verbis Bellarminus.

Ad Cap. III.

Inepta primum est hominum quorumuis autoritas, quum Dei verbo scripto manifestè conuelitur eorum sententia. Est enim præclara illa Iohannis Gersonis in Concilio Basiliensi sententiam, Plus potiusque vel Vnico homini suam sententiam in Dei verbo scripto fundâti credendum est, quàm toti concilio Oecumenico citra S. scripturam aliquid definiendi. Maximè enim Deo ipsi de se loquenti credendum est, ac proinde ipsius S. scripturæ. Sic sibi suisque scriptis demum credi vult Augustinus si cum Dei verbo scripto consentiât in epist. 48. ad Vincentium & 111, & 19. ad Hieronymum lib. 2. cap. 21. de bono persenerantia. Ergo nullæ sunt istę autoritates, nulliusque ponderis, nisi Dei verbo confirmentur. Verum neque Bellarmino fauent, Nam Athanasij dictũ, ad Christum Deum, non hominem pertinere ipsemet scribit col. 394. L. D. Eusebij scriptum lib. 10. Demonstrationum Euangelicarũ est duntaxat Rethoricatio. Ambrosius libro de incarnatione Domini cap. 7. Bellarminum prorsus oppugnat, totãque hanc sententiam Sententiariorũ, vti & Beda ab hoc citatus col. 395. L. B. vel teste ipso met P. Lombardo Lib. 3. Senten. Dif. 13. cap. 2 & 3. Cyrillus etiam loco ab hoc citato hunc refellit, Restant Hieronymus, cuius dictum huic contrarium ex eius commentariis in Isaiam ca. 61. iam allegauimus. Nazianzenus & Bernardus, qui vel de persona tota Christi, non de Anima loqui censendi sunt, contra quàm tamen iste putat: vel Spi-

ritu in Dei verbo mentitū, proh! blasphemias fingūt, qui tā apertē Christū profecisse sapiētia pronuntiauit: vel Christum ipsum dissimulatorem, & quum id ipsum non ageret, quod agere videbatur, nos fefellisse volunt, quæ fuit hæresis Marcionitarum, quasi in cruce vociferās, nihil tamen pareretur. Quæ sunt omnes grauissimæ blasphemix.

Ad Cap. I IIII.

HOc caput nihil valet, (vt verbis Bellarmini vtar) per totū. Primū nititur verisimilitudine falsa, quia verbo Dei cōfutatur. Crescebat Christus sapientia, Luc. 2. ver. 52. qui tamen puer dicitur impleri spiritu: Nesciuit Christus vbi posuerant Lazarum, Iohan. 11. ver. 34. nesciuit diem iudicij, Marc. 13. ver. 32. Præterea confundit attributum personæ, & suppositi, vt quum dicitur, Anima Christi, Anima Dei, cum attributo naturæ vniuersi proprio, velut quum eadem Anima dicitur Sapientie Anima: quum tamen hīc agatur de Anima Christi quatenus Homo est: non de Anima Christi, quæ Deus est.

Secunda ratio facit Vnionem naturarum Hypostaticam in Christo effusionem proprietatum Deitatis essentialium, qualis est omniscientia, in humanam Christi naturam, quam ipsemet confutat Bellarminus sup. cap. 9. lib. 3. & cap. 10. Itaque in vitiū à se prius notatū & reprehensum, incidit.

Tertia ratio, confundit naturas in Christo. Sic enim arguit, Cœpit Christus in incarnatione esse fili⁹ Dei, ergo & omnisci⁹. Christus fuit ab initio Vnionis filius Dei, quā Deus, nō quā Homo: ergo quā De⁹, non quā homo, fuit omnisci⁹. Hoc Bellarminus formaliter

formaliter iam sumit ab ubiquitariis, quorum hoc bellissimum est, fortiss. & Achilleum argumentum. At qui hoc ipsum lib. 3. cap. 15. supra idem refellit.

Quarta ratio est fallacia manifesta A non consequente, Nempe A destinatione ad rei existentiam, Nam Christus ante iacta Mundi fundamenta præordinatus est & prædestinatus Agnus Mundi, caput ecclesiæ, &c. 1. Petr. ver. 20. ergo re ipsa iam erat homo, & actu talis existerat. In mente quidem Dei iam talis propter prædestinationem, ut dicitur ab initio Mundi fuisse mactatus Apocal. 13. vers. 8. Re ipsa tamen, & in rerum natura seu formaliter & actu, nondum ad Galat. quarto, versu quarto. Ephes. primo, versu decimo, Paulo teste.

Quinta ratio est fallacia ab ignorantia Eléchi, & puerilis, Bellarmini ignorantia. Comparat enim statum hominis quem assumpsit Christus cum statu primihominis adhuc puri, & nondum peccatoris. Est ineptus iste theologaster, qui primum Christianitatis Alphabetum prorsus ignorat, Illud ex Paulo discat, Philip. 2. ver. 7. ex epistola ad Hebræ. 4. vers. 15. Christus quum homo pro nobis est factus, formam serui & infirmum statum nostrum, qualis est post peccatum, assumpsit: non qualem Adam ante peccatum habuit, ergo & ignorantiam, quæ est sine peccato.

Ad Cap. v.

Quæ duo suarum adversum nos solutionum fundamenta ponit Bellarminus & falsa sunt, & petitio principij, ac proinde fallacia.

Primum est, Christum eam humanam naturam adsumpsisse, quæ eodem modo perfecta esset, & erat, quo in primo homine Adamo. Sic enim dictum Athanasij, quod profert, intelligit, Christus est homo perfectus. Fallitur equiuocatione vocis. Nam perfectio creaturæ est duplex, vel in essentia, vel in adiunctis essentiæ, quæ sunt Accidentia, Christus assumpsit naturam humanam ratione essentiæ perfectè: ratione autem Adiunctorum talem, qualem post peccatum Adami habemus, ac proinde carni peccato obnoxia similem Roman. 8. versicu, 3. *ἐν μορφῇ αὐτοῦ θεοῦ* & serui formam, ait Paulus Philip. 2. ver. 7. excepto duntaxat peccato Hebræ. 4. ver. 15, Ergo ut est apud Matth. 8. ver. 17. & Isaiæ 53. ver. 4. ipse infirmitates nostras in se transtulit & portauit. Quare ratione harum dotium, & istorum adiunctorum, quæ in Adamo primo fuerunt & adhuc puro, imperfectè nostram naturam assumpsit Christus. Nam & ex dolore atque animi tristitia & mœrore lacrymatus est Christus, & infremuit spiritu Iohan. 11. ver. 33. 34. Hebræ. 5. vers. 7. & ex compassione ingemiscit Marc. 7. ver. 34. Quod igitur de perfectione essentiæ intelligendum est transfert iste ad perfectionem adiunctorum & carentiam omnis infirmitatis, etiam in Anima. Secundum Bellarmini fundamentum est, Ignorantiam istam esse peccatum, quod Christus, quæ homo, diè iudicij ignorauit, R. Hoc falsum est. Nā eadem Angelis beatis, qui sunt in cælo, sine peccato tribuitur, Marc. 13. vers. 32. Math. 24. vers. 36. id quod etiam primus Adamus ignorauit: ve-

lut quod idē Christus vbi posuissent Lazarū Iohā. 15, ver. 34. nesciuit. Id quod annotat in Iohan. locū N. Lyranus. Fuerūt enim veri termini *opos* ista omnia, quibus humana natura, quā assūpsit Christus, verē humana, & nostrā similis fuisse ostēditur, & intelligitur: ac proinde ad finē incarnationis Christi necessaria ista fuerūt: nō autē fuerūt vitiosi defectus aut peccata, quemadmodū iste putat. Iā quid nostris respōdeat Bel. perpēdam⁹ col. 396. L. D. Negat voces has, *absq; peccato* primū rectē à nobis intelligi, deinde esse, haberiq; in ipso textu. Sibi cōtradicit qui sic loquitur, & hoc ait, nō esse, & nō rectē intelligi. Hoc .n. postremū ponit ea verba esse in textu: primū negat esse: Sed vtrūque Bel. respōsū ad locū Hebr. c. 4. v. 15. falsū esse omnes perspiciēt, qui ipsum illū locū legēt. Et sic primum nostrorum argumentum, tantum eludit: sed non refutat.

Ad secundum, quod est ex Lucæ cap. 2. ver. 40. Christus puer implebatur, nempe per momenta temporum, & per progressum ætatis, spiritu & sapientia: Ergo non ab ipso conceptionis articulo Anima Christi fuit omnisca, & plena sapientiæ, sicut iste errans existimat. Quid igitur respondet Bellarminus? Nutat primum in solutione. Nam variat ipse, & in vno responso nequaquam acquiescit, quamvis suo, Deinde columna 396. L. B. Christum vult à suo ipsius spiritu, vt pote qui verus Deus sit, repletum fuisse, non vi aliena & ascititia. (Id quod est nobiscū sentire, quemadmodum facit Athanasius) verū agnoscit nihilominus, & fatetur Bellarminus hanc in Christo

homine sapientiã per eadẽ temporũ momẽta cre-
uisse, per quã corpus ipsius, velut Tẽplum, cresce-
bat, quod est istam cõscientiã in Christi animam
infusionem ab ipso conceptionis momento fa-
ctam apertè negare & refellere.

Ad tertium nostrum argumentũ ex Luc. 2. vers.
52. *Christus proficiebat sapientia*, nihil respondet
nisi Spiritum Dei mentitum esse, quã summa est
blasphemia, quia quum Christus sapientia apud
Deum, id est ratione rerũ diuinarũ (sic enim ver-
ba hæc, *apud Deum* intelliguntur, id quod igno-
rauit Bellarminus col. 397. L. D. etsi doctor in Is-
rael) nequaquam proficeret, dicit tamen disertè
Spiritus sanctus eum profecisse. Verba hæc, *apud
Deum*, in fine sententiã ex professo à Luca ad-
duntur, vt ad totum contextum, & eius singulas
partes referantur. Nam ex Iurisconsultorũ regula,
quã in principio, aut in fine adduntur, vbique re-
peti censentur. Quod tamen iste, vt elabatur, ne-
gat.

Ad quartum nostrorum argumentum col. 398.
L. B. C. D. nihil habet, quod vlllo pacto respõdeat
tantum in variis aliorum responsionibus (quas ta-
men ipse reiicit) recitandis immoratur: ipse vi ver-
ritatis victus nihil affert. Nam sine circuitione ait
Marc. 13. vers. 14. *Nec filius hominis scit diem iudi-
cij*, & alibi, *solus Pater scit*, Actor. 1. vers. 7. Probat
tandem eam solutionẽ, per quã Christũ sibi con-
trarium facit, Nempe qui dixerit, se reuelasse om-
nia Apostolis, quã à Patre audiuit Ioh. 15. vers. 15.
istud tamen de die iudicij reuelare nolit, & nõ re-
uelarit, quod tamen ex patre didicerat, & audiue-
rat. At

rat. At ille, qui omnia dicit, nihil excipit, Denique contra & ipsius Marci textus verba, & omniū Patrum, quos se sequi simulat, fidē & doctrinam, hęc sententiam falsam esse ait, & eam ad Christū, quā Deus est, non quā homo, refert imperitissimē. Sic iste nihil pensi habet, medo tela, quibus premitur & vulneratur, effugiat.

Ad vltimam scripturam quod iste col. 399. L. C. D. balbutit cōtra nos, vbi Calvinus scripsit ad illas preces Christi Mat. 26. ver. 39. *Pater, si fieri potest, transfer à me calicem hūc*, Orationem Christi plenam esse illam quidē mœroris & tristitiæ, & iactationis, tamen absque peccato fuisse, quid habet iste quod reprehendat, quum Calvinus Dei spiritū in eo sequatur, quēadmodū manifestē apparet ex epistola ad Hebr. cap. 5. ver. 7. Ergo dixit Calvinus spectās hominū de Christo ista precate iudicium, Christū sese castigasse & reuocasse. Fuit autē ista oratio testimoniū Christi hominis pro nobis summē in animā (nedum enim vllā in vlla corporis sui parte plagam acceperat) verēque afflictī, & pro peccatis nostris expiandis, quorum totam pœnam pertulit: atque in ea Christus verfans ostendit nullas esse tātas vnius creaturæ tam potentes vires, quę non sub Dei iudicio fatiscant. Ergo istæ Christi preces sunt, fueruntue hominis, ac proinde creaturæ, cum Dei summo iudicio luctantis, illūdque velut rem acerbissimam, & plagam horribilissimam sentiētis: non autem hominis Deo reluctantis, aut aliud, quàm Dei voluntatem, fieri expressē cupientis, aut à Deo postulantis.

Censura & examen prima huius libri partis.

VT brevissimè Bellarmini, & Sententiariorum omnium sententiam de Animæ Christi perfectione (qualem quidem ipsi fingunt) & ab ipso quidem conceptionis Christi momēto, confutem, duo tantum demonstrabo, eaque perceptu facillima. Primum huius ipsius sententiæ inter ipsosmet Sententiarios (qui eam probant) anxietatem, etiamsi à nullo confutetur: & varietatem, ac crucem, quam suorum autorum aut defensorum ingeniis affert. P. Lombardus lib. 3. Sentent. Dist. 13. (ex quo loco Bellarminus eam deprōpsit, & ubi omnes eam tractant) cap. 1. scribit Christum secundum Hominem plenitudinem gratiæ ab ipsa cōceptione recepisse. Hoc quàm falsum sit, ostendit animi perplexitas, in quam se propterea coniecit Lombardus. Primum enim quærit, Vtrum Anima Christi habuerit igitur scientiam ab ipso conceptus articulo parem Deo, quia omniscientiam iam tunc habuit. Ipse Dist. 14. cap. 2. respondet animam Christi iam tunc sciuisse omnia, quæ scit Deus, quia sine mensura dona Spiritus S. habuit. Atque hæc illius sentētia est. Ex quo fit, vt anima Christi habuerit scientiam parem & æqualē Deo, quoniam omnia scit, quæ Deus scit. Verùm hoc ipsum eadem Dist. 14. cap. 1. idem Lombardus negat. Ait enim, *In nullo creatura æquatur creatori.* Id quod verissimum est. Hæc prima est perplexitas animi, & laqueus, in quem se induit Lombardus, & ipsius discipuli. Altera, quòd quærun, Vtrum etiam anima Christi habeat omnipotentiã, quemadmodum

admodum habet omniscientiam. Hic & Lombardus & sequaces, velut in luto, hærent. Vident esse necesse, vt si vnum aliquod essenziale Deitatis idioma Animæ Christi tribuatur ab ipso conceptionis momento, reliqua quæque idiomata illi eidem concedantur. Nam eorum vna est, & eadem ratio, & conditio. Verum præfactè negant omnipotentiam cõpetere Christo, vt homo est, Dist. 14. cap. 3. & 4. & ibi Thomas, Artic. 5. Rationem nescio quam ineptam illi, hanc nempe comminiscuntur, quoniam anima Christi, aiunt, non sic omnipotentia, quemadmodum omniscientia, capax est. At cõtrà Christus, docet se quædam ignorare, Marc. 13. versi. 32. sibi autè omnè in omnia potestatem datam esse ait, Matth. 28. versi. 18. Quare omnipotentia potius, quàm omniscientia capax est Anima Christi, contra quam isti statuunt. N. Lyranus in Matth. 17. ver. 2. Iohan. 1. ver. 14. 3. v. 13. Thomas in tertia secundæ. Quæst. 7. Art. 9. 11. 12. & alij volunt animam Christi sciuisse omnia, quæ Deus scit, notitia *Visionis*, sed nõ omnia, quæ Deus scit, notitia *Intelligentiæ*. Hoc sanè σοφὸν est φάσμα, sed inutile, quoniam hæc distinctio mera verba, non rem, habet. Est enim eadem Dei notitia, non diuersa. Nam notitia Visionis Dei, ipsis testibus, velut Thomas, Dist. 14. Artic. 2. est ea, per quam omnia quæ sunt, fuerunt, & erunt, habet Deus præsentia. Quid, quæso, plus, notitiã intelligentiæ scire potest Deus? Nisi isti fingant in Deo quandam notitiam & potentiam, quæ in actum reduci non possit, & mera potentia sit, quod est in Deo blasphemũ. Atque hæc sunt animi cruces, quas suis

autoribus peperit hic error. Sapiētior Durādus in eundē tertiū librū sentēt. Dist. 13. Quēst. 1. & aliis locis docet Animā Christi habuisse sciētiā finitā quū sit ipsa finita, & eiusdē rationis cū Animabus nostris, & finitę capacitatis: nec eadē scire, quę scit Deus, nec Dei essentiā cōprehēdere, quā Deus tamen comprehendit. Denique quod dicitur *Christus Spiritum accepisse non ad mensuram*, sic explicat, vt ratione aliorum sanctorum, dictum velis, quod verum est. Hi enim & diuisim dona Dei, & ex parte accipiunt: at Christus omnia vniuersim, neque tamen ab ipso conceptionis momento, neque omnia illa semel & simul: vt alij Sententiarij putant.

Cæterum, vt promissum præstem, secundo loco hanc Sententiariorum hæresim confuto breuiter & solidē his rationibus.

Prima, Anima Christi, excepto peccato, fuit similis nostræ, Hebr. 4. ver. 15. Vnde Durādus, Dist. 14. quæst. 5. N. 7. *Non video, ait, quod in Anima Christi fuerit alia potentia naturalis, quam in cæteris hominibus perfectis.* Nostræ animæ quædā absque peccato ignorant, ex terminis & metis suæ naturæ. Ergo & Anima Christi.

Secunda, essentiale Deitatis attributum, qualis est omniscientia Apocal. 7. ver. 12. nulli creaturæ competere potest. Ergo nec animæ Christi, Nam illa est creaturæ.

Tertia ratio, Si Anima Christi propter vniōnem hypostaticam cum Verbo seu λόγος facta est capax omniscientiæ Dei, ergo & omnipotentia,

tētia, omnipræsentia, & ceterarū essentialiū Dei proprietatum. Atqui ipsimet hæretici Scholastici negant omnipotentiam, & omnipræsentiam competere posse Animæ Christi, ergo nec omniscientia. Omnium enim essentialium Dei proprietatum vna est & eadem, quod ad hoc, & par natura, ratio, & conditio.

Quarta, Anima Christi est finita, & finite capacitatis, non, infinita: At quæ Deus scit etiam notitia visionis sunt infinita. Scit enim omnia quæ sunt, fuerunt, aut futura sunt. Ergo nõ eadem omnia illa scit Anima Christi, quæ Deus infinitus.

Quinta, Hæc Sententia de omniscientia Animæ Christi coincedit in hæresim Apollinaristarū, qui in Christo λόγον omnisciū pro Anima Christi esse volebant, ac substituebāt: item in hæresim Monothelitarō, qui eandē λόγον & hominis Christi voluntatem, scientiam, & virtutem esse contendebant. Ergo ista sententia perspicuè est nefanda hæresis duplex.

Sexta, qui id sentiunt & scribunt, aut essentialiter illam omniscientiam Animæ Christi, quæ homo est, competere volunt, & sic Animam Christi Deum, sed nouū & recentē constituūt: ac proinde sūt idololatræ Pl. 81. v. 10. Ro. 1. v. 20. Gal. 4. ver. 8. Aut accidentaliter, nempe participatiuè, communicatiuè & per effusionē, sicut Bellarminus loquitur, & sic euadunt Vbiquitarij.

Septima denique, Quod ad locos contrarios nõ respondent, etsi conantur. Nam ad Luc. 2. ver. 52. *Crescebat puer & proficiebat sapientia.* Lombardus Dist. 13. tres solutiones affert, quas & Durandus, & Thomas refutant. In summa Spiritum S. mendacē

impiissimè fingunt, qui quod re ipsa non est, affirmant prudens. Et hæc hæctenus.

Ad Cap. vi.

Iam ad secundam huius libri IIII. partem accedimus, ubi de *Descensu animæ Christi ad inferos* quæritur. Ac primùm quidem illud omne, quod hoc capite vi. scribit Bellarminus, concedimus.

Ad Cap. vii.

Quod de Caluino calumniandi animo, & ex verbis eius manifestè contortis, detortisque blaterat Bellarminus, id tam putidum est, ut refutatione non egeat. Quis enim vnquam & Christi Animæ, & in vniuersum Animæ cuiusuis humanæ immortalitatem vberius, melius, aut acrius contra Atheos, & Monachos istos porcos defendit, quàm D. ille vir Dei, & Christi seruus eximius Iohannes Calvinus? legat pius lector ipsius libros de *Psychopannychia*, lib. I. Institutionis Christianæ, cap. 15. commentarios in I. Timoth. 6. vers. 16. Actor. 7. vers. 32. 23. vers. 8. & in alios locos.

At verò quis manifestius Animarum immortalitatem negat, quàm iste qui hoc libro, col. 425. L.D. & col. 426 L.A. negat Animas nostras esse posse in loco extra sua corpora: itémque vult Animas nostras extra sua corpora nullam nisi extraordinariam actionem habere, aut cedere, & nihil extra suum corpus operari. Hoc verò est animæ immortalitatem detrahere.

Ad Cap. viii.

Si quo in capite virus suum euomuit Monachus iste, ut suo Pontifici, seu potius carnifici Romano

Romano gratificaretur, ac blandiretur, hoc ipsum est, vbi primum indigniter, ne dicam impudenter, mentitur, quum col. 403. L. B. ex Hieronymo Bolseco & ipso quoque Monacho (qui se medicum professus est) Geneva propter suas impietates eiecto & transfuga à nobis scribit Calvinum in morte scripta sua reuocasse, & damnasse: quæ tamen etiam disertè Testamento suo confirmavit, quemadmodum ex eodem ædito apparet. Deinde Bellarminus miserrimè fallitur col. 402. in fi. qui putat ex Caluina Christum à momento passionis ad diem vsque suæ resurrectionis, in Inferno & ijs doloribus animi pro nobis versatum esse: quum vbiq; doceat Calvinus in ipsa Christi expiratione dolores eos omnes cessasse, & Christum in inferno tunc oratione esse desisse. Sed refutatione, quæ iste frustra molitur, verissimæ Caluini sententiæ audiamus.

Prima est col. 403. L. C. eiusmodi, Nempe Scriptura totam salutem nostram sanguini, & morti corporali Christi tribuit: ergo in Anima nihil passus est. R. Falsum est antecedens. Nam nomine mortis crucis, quam pro nobis Christus passus est, non tantum laceratio corporis: sed etiam cruciatus Animi, & maledictio Dei, quæ in Animo sentitur, intelliguntur, interprete Paulo Gal. 3. vers. 13. teste Mose Deuter. 21. versu 23. Sic locus Pauli Philipp. secundo, versu octauo, audiendus, & omnes qui de cruce Christi loquuntur in S. Scriptura. Est ergo hæc fallacia A falso fundamento, ac proinde A non causa pro causa.

Secunda Bellarmini ratio, Isaias cap. 53. enu-

merat omnes dolores, quos p̄ nostris peccatis Christus passus est. At nusquam eum in Anima passum esse, ac proinde (quod idem est) in Infernum descendisse meminit Isaias. Ergo in Infernum nō descendit. R. Hoc quoque manifestè falsum est, quēmodū ex ipso Isaiæ textu Hebræo, & versione etiā vulgari Latina ab isto deificata apparet. Nā Isaias potius meminit dolorum Animæ Christi quàm corporis pro nobis toleratorum in eo ipso capite. 33. Nam ver. 10. est, *Quum posuerit Christus Animum suum in reatium, videbit semen suum.* ver. 11. *pro eo quod laborauit Anima eius, videbit, & saturabitur* ver. 12. *Fortium diuidet spolia pro eo, quod tradidit in mortem Animam suam.* Vides Bellarmino quoties doloris, quem passus est in Anima Dominus ille noster & Seruator Christus, meminit Isaias hoc capite: & tamen meminisse negas. Quis te monachus impudētior alter? Ergo fallacia hæc quoq; est A non caussa ab isto pro caussa sumpta. Sed & hoc ipsum euincit ratio Isaiæ eodem cap. 53. ver. 6. *Deus Pater in filium suum Christum traduxit omnes nostras iniquitates, & earum penam ergo & summos dolores Animæ, quoniam illa est nostri pars, quæ summè & maximè, & propriè peccat.* Denique quid tergiuerfatur Bellarminus: Audiat Christum ipsum verè (nec enim, vt opinor, sic Christū mentientē faciet in hac sui libri parte, quemadmodum finxit, & facit Spiritum sanctum mentitū in superiore), verè inquam, de se sic pronuntiantem & in horto, *Tristes est Anima mea usque ad mortem,* Matth. 26. vers. 38. & antequam in hortum

hortum iret, aliquot diebus, *Turbata est*, inquit, *nunc Anima mea* Iohan. 12. ver. 27. Quis igitur Christum pro nobis in Anima esse passum dubitare potest? Theodoritus Dialogo tertio. Impatibilis, vt duplex nostra natura peccauit, Corpus & Anima: sic duplicem obtulit Christus Deo patri oblationem, corpus pro corpore nostro, Animam suam pro Anima nostra. Ergo quam inepte Bellarminus nos confutare conetur, vident omnes pij.

Tertia ratio col. 404. L. A. Si Christus passus esset in Anima pro nobis, hoc debuit pingi in figuris Christi crucifixi, vt eius Crux, & flagella pinguntur. R. Ineptus homo est Bellarminus, qui nos ad picturas & pictores reuocet, quorum nulla est autoritas iuxta illud, Pictorib. atq; Poetis, quid libet audendi semper fuit æqua potestas. Deinde hæc pictura quam requirit extat apud Lucam in Euangelio. (Nam & eum quoque pictorem fingunt,) cap. 22. ver. 43. & 44. in Angelo Christum corroborate, & in sudore Christi, & grumis sanguinis ex eo defluentibus. Hæc enim est vera Christi pictura: quomodo Paulus se pinxisse Christum coram Galat. oculis scribit, nõ in istis Papistarum naniis & pictorũ Galat. 3. v. 1. Nã pictores istos quis nescit, vt inquit ille, ab Ifide & falsis picturis pasci?

Excipit Bellar. At nullæ præcesserunt sub lege huius Inferni seu dolorũ Christi figure: neque nũc vlla eorũ extat sacramenta R. Vtrumq; falsũ est. Nã victima, omnes q̄ in holocaustũ Deo offerebatur totę cremadę, horũ dolorũ Christi, quos in animo quoq; passur⁹ erat pro nobis figure, & typi: & S. Dñi

cœna est totius Christi mortis, ac proinde dolor omnium, tum in Anima, tū in corpore à Christo toleratorum sacramentum, & commemoratio, autē solūm vnius mortis & pœnæ à Christo peccatæ partis signum, 1. Corinth. 11. v. 24. interpretatur ipsemet Christo, Marc. 10. v. 45 *Venit filius hominis, ut daret animam suam redemptionis pretium pro multis: uti de suo sanguine dixerat idem Christus, Mat. 26. v. 28. Vtrāque igitur rē, quæ est vni nostri redēptio repræsētat S. Domini Cœna. Ego pessimè beneficiū Christi intelligit Bellarminus, fallitque Paralogismo A non consequēte, quæ ait, *Meminit Christus dolorum corporis, ergo non meminit dolorum Animæ.* Est enim Synecdochica particula, vbi ex parte totum intelligendum est. Non per Spiritū, & Spiritū suū pro nobis obtulit Christus, Hebr. 9. 4. nō solū carnē & sanguinē*

Quarta ratio Bellarmini nullius est momenti. col. 404. L. B. Eos enim Patres allegat, qui vellet hūc Articulū intellexerūt: vel de effectis istius dolorū, quos in anima sensit Christus: non de quibus dolorib. i. de Inferno, in quē descēdit, locuti sunt.

Quinta ratio est nihili. Cōfundit enim Infernum Christi. i. quos sustinuit in hac vīta, sed præsertim in sua morte, (non autem post suā mortē Christus, Hebr. 5. v. 7.) cū statu damnatorū æterno, qui est in loco illo subterraneo, qui Inferi & Inferni dicitur. Differunt tamē longè. Hūc infernū quomodo concedimus: sed Christus eum locum non sustulit, sed cruciatus & pœnas solūm peccatis nostris Anima debitas pertulit in hac vita. Id quod verum nimè est Inferos damnatorum negare, aut verum

ad Atheismum patefacere, vt iste calumniatur & clamitat. Hæc eadem solutio valet, & refellit sextam Bellarmini contra nos rationem. Est enim fallacia ab Æquiuocatione vtraque illius ratio & quinta & sexta.

Iam quomodo idē Bellarminus respondeat ad nostra argumēta, col. 405. per totū, videamus. Primum respōdet ad locū If. 53. v. 10. Christū percussū à Deo Patre fuisse pœna tantūm tēporali: & nos hoc quoque concedimus: sed iste studio calūniandi abreptus, nescit quid dicat. Nam dicere & scribere voluit, vt apparet ex col. 413. L. C. & col. 405. L. B. in fin. sola corporali affectus est pœna. Quod est falsissimum. Nam pœna quoque spiritali à Deo percussus est pro nobis Christus, teste eodē Isaiā, eodē capite, v. 10. & duobus seq. Animam enim suam pro nobis tradidit & exposuit. Itē teste ipso Christo, Iohan. 15. v. 13. Marc. 10. ver. 45.

Ad locum Isaiæ, cap. eodem 53. vers. 5. *Correctio pacis nostræ super eum.* Bellarminus respondet, solam mortē, quam in corpore passus est Christus, satisfecisse Deo pro peccatis nostris. Falsum & hoc quoque est, vti superiora illius responsa. Nam stipendiū peccati est mors, inquit Paulus, Roman. 6. v. 23. ex Genesi cap. 2. v. 17. 3. v. 19. Sed ea duplex est, prima, quæ est Animæ à Corpore separatio: & secunda, quæ est Dei ab Anima nostra, vt pote nobis nati seiunctio. Nam quemadmodum Anima corporis vita est: sic Deus est Animæ nostræ vita, Augustino etiam teste. Vtriusque huius mortis, & pœnæ peccatis nostris debitæ, meminit S. Scriptura, Apocalypf. 2. vers. 11. 20. vers. 6. & 14. 21. v. 8.

Augustinus Ciuitate Dei, lib. 13. cap. 2. in Enchiridionio, cap. 92. Bernardus Serm. primo de Natali Domini, & in Sermone Ad Milites Templi. Hanc tranque, ac proinde Corporis & Animi, mortem passus est, & quidē totam, pro nobis Christus: non autem solius Corporis. At excipit Bellarminus. Nō est passus æternam mortem Christus: ergo totā pœnā nostrā sustinuit, i. nobis debitā. R. Deferūt mors per se, & mors æterna, siue de Corpore siue de Animo agas. Nā mors siue prima, siue secunda, (quæ est summa afflictio corporis vel Animi) per se, & quā mors, debetur vt pœna peccato. Gen. 2. ver. 17. Mors autem ea æterna fit, & euadit, quæ mediatorē & satisfactorem non habet, qui in pœnam & mortem incidit. Quoniā igitur qui peccat apud Deum debitum peccato cōtrahit, Deo creditori suo satisfacere non potest, perpetuū debitor manet apud Deum, in ea quoque pœna perpetuū manet, quia non satisfacit, velut qui propriū suum debitum ex pacto in carceres coniectus, donec satisfecerit ex carceribus nō egreditur. Sic in iis sæpe moritur. Qui verò satisfacit, non ita. Sic pijs, qui Christum Mediatorem, & pro se satisfactorem apud Deum habēt in iis pœnis non manent, sed ab iis Christi beneficio liberantur. Augustinus lib. 13. Ciuitate, cap. 23. Ergo mors pœna est peccati, fit ex consequente æterna, quæ solui hęc pœna à debitore, i. peccatore non potest. Christus autem tantam & in Animo, & in Corpore pœnam passus est, quanta ad satisfaciendū pro peccatis nostris erat necessaria. Quare eam non habuit necesse pati æternam, vt iste putat. Merito nihil.

nihilominus vnà cum Augustino in Enchiridio, 112. eos damnamus, qui Damnatorum hominum pœnas existimant non fore perpetuas. Hæc enim est hæresis Origenis. Nam appellatur eorum supplicium æternum. Matth. 25. vers. 46. de fide ad Petrum, cap. 3. quia non possunt totam pœnam & debitam Deo persolvere pro suis peccatis.

Ad 3. nostrū arg. ait Bellarminus, idcirco Christū timuisse, quia voluit. Mira respōsio, quasi Christus reliqua egerit inuitus. Sed aut frustra timuit: aut aliquid horribile, & metuendū patiebatur Christus. Si frustra, quanuis voluerit, temerè timuit, quod nō est animi constantis & patientis, qualem habuit Christus. Idcirco ouis dictus est, Isai. 53. v. 7. Sin aliquid horrendum patiebatur, queritur ecquid illud fuerit. Nescit Bellarminus. Discat ex Epist. ad Hebr. 5. v. 7. fuisse metū ingentē, quod se creaturam toti Dei in homines iræ & iudicio, quod est creaturæ intolerabile, sentiebat subiectum, & ea pressum, & oppressum, nisi à diuina ipsius natura in illam humanam & creatam (cui erat hypostaticè vnita) vires effunderētur, & sumministrarētur ad totā hęc Dei irā perferendā. Est enim horrendū incidere in manus Dei viui & irati, Hebr. 10. ver. 31. Hic est metus, quē in Anima sensit Christus, quo, vt creatura, percussus est, quē sentiēs sudauit sanguinē, & propter quem ab Angelo corroboratus est, teste Spiritu S. Luc. 22. v. 43. 44. Sed stupidi homines Monachi ad tanta Dei arcana nō penetrāt: neq; tantū Dei opus, aut Christi beneficiū salutē nostrā esse putāt, qui scribūt nos à Christo, vel vna sanguinis gutta redimi

potuisse propter personæ ipsius dignitatem: & qui etiam nos nostris operibus salutem æternam mereri contendunt.

Ad quartum argum. ex ps. 22. v. 1. col. 407. L. C. nihil respondet. Derelinqui à Deo in pœnis negesse signum iræ Dei. Quod est falsissimum, vel in ps. Dauidæ teste alibi, nempe ps. 88. ver. 8. 9. 10.

Ad Quintum argumentum balbutit, & nugatur. Ait enim Dolores mortis, & inferni quorum meminit Petrus Act. 2. versic. 24. esse eos dolores, quos non Christus, sed infernus ipse sensit Christum retinere cupiens. Nugæ nugerrimæ. Et tamen homo iste miserrime has nugas repetit & laudat cap. 56. col. 428. L. A. B. Deinde textum ipsum Scripturæ ex sua vulgari editione corrigit, quoniam eo opprimitur. Denique ad varietatem solutionum, more suo decurrit, nulla tamen ex his solutione probata aut prælata. Quam facit varius in ea re Augustinus & incertus animi apparet cum ex eius epistola 99. tum ex Serm. 137. de Tempore sui sæculi iam errore abreptus.

Ad Sextum argumentum nostrum ex epistola ad Hebræos cap. 5. versic. 7. *Ex auditu est Christus suo metu*, quid respondet Bellarminus? Nihil profus, etsi multa verba fundit. Sed profus se lingue Græcæ imperitum ostendit, qui neget *ex auditu* pro metu, & timiditate, non inani, sed vera: non temeraria, sed circumspecta apud probatos scriptores Græcos sumi. Id quod quinque eruditorum scriptorum exemplis docet in eo loco Beza. Verum iste Græcæ non didicit, sed Latine, quia Latine nã versione vulgarẽ ineptè *ἄκουσεν*. Lege Thesaurũ lingue

lingue Græce ab Henrico Stephano Calvinista, i. pio homine scriptum Tomo secūdo col. 584. L. H. Ergo hæc solutio est merus Paralogismus & fallacia à bella & mera Bellarmini ignorantia.

Ad Cap. IX.

Quid D. Bucerus de huius Articuli, Descendit ad Inferos fesu dixerit, nobis perinde est, qui nostrâ sententiâ exposuimus, & verâ esse tum *κατακλιμασιν* ex Dei verbo, tum *αυκατωσιν κλωσ* ex Bellarmini solutionû confutatione copiose iâ docuimus. Annotet & obseruet tantû pius lector falsum esse, quod impostor iste col. 409. L. D. tribuit Caluino & Beze, eos velle & scribere Instorû Animas ante mortē Christi neq; in cælo Deû vidisse, neque visuras ante diem iudicij esse. Hoc commentum est Bellarmini.

Ad Cap. X.

Iam ad Grammaticam & Latinam, & vt ipse putat, Græcam decurrit. Inferos videlicet esse subterraneum locum, quoniam locum inferiorem, vt ait Isidorus, Inferi significant ab aduerbio Infra. Quis negat Inferos esse locum inferiorem? Sed de eo quæstio est, Vtrû sit is locus, in quo ante Christi Resurrectionem fuerint Piorum & Iustorum defunctorum Animæ. Hoc probet ex Dei verbo Bellarminus & coronabitur. Ineptus autem est homo iste qui vocem Hebræam *Scheol* neget pro sepulchro sumi saepe, imo sæpius: velit autem semper pro loco dånatis vel Angelis vel Hominibus destinato accipi. Imo Scheol dicitur quod cadauerum vorax sit terra. Vide Gen. 42. ver. 38. Deuter. 32. v. 22. ps. 6. v. 6. i. Reg. 2. v. 6. Græca vox *Aδης* pro sepulchro cadaueris poni apparet, ex Actorû ca. 2. v

31. Pf. 16. ver. 10. Videat Belarminus lexicō Græcū

Ad Cap. x i.

NVgas iam nugerimas, vt ait ille, Bellarminus agit, Hoc enim caput, isteque rationes omnes nihil valent. Itaque ad quæstionem peregrinā, & aliam confugit, id est, præter casam fugit. Status quæstionis est, vtrum piorum animæ fuerint ante Christi mortem in cœlo, Negat ille. Vt suam sententiam probet, varias hominum disputationes refert inter se pugnantes, de Samuele qui Pythonissæ, apparuit, i. Samuel. 28, Vtrum ille fuerit verus Samuel, an fictus, & à Satana repræsentatus. Quod postremum solum verum, prius falsum, contra quam tamen ille hic scribit. Vide P. Martyris commentarios in hunc locum. Hoc siue verum sit, siue falsum, *ὡδ' ἐν τῶνδ' ἔπος*, & nihil ad rhombum tuum Bellarmino. Reliqua huius capituli nihil colligunt, vt in censura huius partis secundæ à nobis ostendetur.

Ad Cap. x i i.

IAm ad rationes, quibus suū intentū, vt isti barbare loquūtur, i. errorē Bellar. confirmare vult, accedamus, easque perpendamus, col. 414. per totum. Prima ex ps. 107. ver. 16. nullius est momenti ipsomet teste. Nā addit, Hic locus non conuincit.

Secunda ex Ecclesiastici ca. 24. v. 45. id est, ex libro Apocrypho, & nullius, quod ad fidei dogmata firmāda, autoritatis sumitur. Deinde locus agit de generali Dei Prouidentia, qua res omnes ille & singulas administrat: nō autem de Christi morte, aut doloribus in morte perpeſſis vllō pacto ergo fallacia est, A non consequente. Est enim extra pro-

tra propositū, & intentū quod à Bel. allegatur.

Tertia ratio ex Mat. 12. v. 40. malè ab hoc explicato sumitur. Cor enim terre interpretatur iste locū subterraneū, in quo Animæ iustorū post mortē ante Christi aduētū detinebātur. Falsū. Nam & locus ipse sepulchrum Christi esse docet, & Paulus, Ephel. 4. v. 9. & Patres quos ipse citat.

Quarta ratio ex Ps. 16. v. 10. est, qui procul dubio explicatur ab ipso Dei Spiritu Actor. 2. v. 31. & 13. ve. 38. de corporis, & carnis: i. cadaueris Christi ex mortuis & sepulcro excitatione, quæadmodū ipsa met Petri verba habēt *εἰ δὲ ἡ ἀρχὴ αὐτῆς εἶδ' εἰς διαφθοράς* v. 31. Actor. 2. vt qui aliter verba Psalmi accipiēda putat, non contra. D. Theodorum Bezan Theologum summum, sed contra ipsummet spiritum S. litiget ac rixetur, sicut hīc Bellarminus facit, quantumuis propterea sibi argutus, vel potius magnus Palæphatus videatur.

Quinta ratio quo iure, quæve iniuria trahitur ex Roman. 10. ver. 4. allegoricè, & extra S. scripturæ mentem ab hoc homine explicato. Ostendit Paulus in vno Christo legis conditionis impletum nobis quærendum, neque in cælis, aut inferis aliud nomen, vnde saluemur, laboriosè petendum, iuxta illud, non est datum aliud nomen sub cælo, per quod oporteat nos seruari Actor. 4. ver. 12: iste locum intelligit de descensu Christi ad Inferos. Frustrà. Hic homo solem in tenebras mutare queat, quo tam aliena suggerat pro veris. Ergo tertia, quarta, & quinta huius ratio mera est fallacia ab Æquiuocatione, seu falsa S. scripturæ interpretatione, quæ etiam A non causā dici potest.

Sexta ratio est omnium ineptissima, col. 4 16. I. C. ex Ephes. cap. 4. v. 9. Eodémque vitio, quo tres proximè superiores, laborat, falsa verbi Dei interpretatione. Docet Paulus in Christo, & à Christo impletum, quod Deus promiserat, Psa. 68. v. 19. de donis suis erga Ecclesiam, quum ille, per quem ea dona daturus erat, in cælum ascēdisset. Ergo ille antea descenderit necesse est, ait Paulus in hâc terrâ, & imas terræ partes ac sepulchrû. Argumentatur ex Lege Relatorum, ὃς ἦν κατὰ τὴν. Nec enim quicquã ascendere propriè eò, & redire dici potest, qui non prius descēderit de eodē loco, & ex eo venerit. Et sic eundē esse colligit Paulus qui ascēdit, & descēdit, & dona illa nobis largitur, nēpe Dominû nostrû Iesum Christû. De descensu Christi ad Inferos, i. de doloribus in Anima à Christo toleratis ne ἔρϋ quidē, ac nec per insomniû illic agit Paulus, aut locus.

Ad Cap. XIII.

DVpliciter, inquit Augustinus, quidpiam falsò explicari potest, nimirû, si vel præter mentē autoris verba sumâtur, etsi id quod dicitur ab interprete verû est: vel si falsum quidpiã erroneû bonæ scriptoris sententiæ affingat interpretes. Vtroq; modo falsum admittit in interpretatione loci Petri priore epistola c. 3. v. 19. 20. Bellarm. Ac quidem primûm, præter D. Petri, ac proinde Spiritus Sancti mentem verba accipit. Nam Spiritum, de quo illic Petrus, & carnis infirmitati (per quam passus est Christus 2. Cor. 13. ver. 4.) opponitur, pro Anima Christi dûtaxat accipi ibi putat Bellar. Absurde, quasi & in ipsa Christi Anima (quæ tot pro nobis

bis cruciatus passa est Matth. 26. ver. 38.) non fuerit etiam infirmitas, quemadmodum etiam in ipsius corpore Hebræ. secundo. vers. 9. 5. vers. 7. per quam mortificatus fuit: & quasi status exinanitionis Christi (in quo serui formam pro nobis accepit, & se humiliavit Christus, Philip. 2. ver. 7.) tantum in ipsius corpore, non etiam, in eiusdem Anima spectandus sit. Quod utrumque negare, quemadmodum ex Bellarmini sententia col. 417. L. B. necesse est, est omnino ἀθεόλογον. Deinde participium προρευθεὶς ille col. 418. L. A. interpretatur profectus: ad quod significatum Verbum προρεύομαι restringi vult Bellarminus, ut à nobis & ab his terris, tanquam à loco, & termino A quo, ad alios, & in alium locum, velut ad terminum, ad quem, progressum duntaxat declaret vox προρεύομαι. Hoc & ἀγραμματικόν est, quemadmodum ex Lexicis Græcis, & præsertim Thesaurο H. Stephani discet Bellarminus: & ἀθεόλογον quoque, sicut ex Luc. 14. ver. 10. Marc. 3. ver. 13. & alijs S. scripturæ locis ibidem luce meridiana clarius ostendit vir eruditissimus Theodorus Beza. Nam contrà venire, & ab alio tanquam à loco, & termino A quo, ad nos & in has terras, velut in locum Ad Quem accedere propriè quoque significat. Denique voces τῶς ἐν φυλακῇ πνεύμασι spiritibus in carcere Bellarminus perperam interpretatur. Beza facile, rectè, & quemadmodum communis loquendi ratio fert, & suadet, explicat, spiritibus in carcere existentibus. Bellarminus alieno, & peregrino genere dicendi

& contra quàm verba ipsa sinant, interpretatur colum. 419. L. C. *Spiritus qui fuerant vel erant in carcere.* Ergo in horum saltem trium expositione vehementer errat Bellarminus hoc loco, id est, in vera verborum ex mente Petri interpretatione 1. Petr. 3. vers. 19. 20.

Deinde & secundo loco idem Bellarm. falsum committit, nam bonæ Petri doctrinæ falsum & erroneum dogma adscribit, & affingit, non tantum attexit, & assuit. Fingit enim Petrum somnare nescio quos limbos, Animam Christi collocare post mortem, eamque deducere ad inferos damnatorum (vnde nulla est redemptio) prædicare pœnitentiam mortuis, seruare planè damnatos (quia & Gregorius Magnus per primam missam, veram cantauit, vt istorum fabulæ narrant, saluauit ex inferis animã Traiani Imperatoris Rom.) contra Dei Patris, suumque ipsius decretum, denique fuisse in inferis damnatorum, quæ & blasphemia sunt, & ab Augustino, Hieronymo, & aliis Patribus euerfa. Itaque Bellarminus, repudiata vera Augustini, & Bezæ interpretatione, incidit, iusto Dei iudicio, in reprobum sensum, & eam expositionem, quæ omnium pessima est, eligit, præfert, & canonizat, vt diues Monachorum ærarium, quod ex immani isto Limborum, Purgatorij, & similium monstrorum errore, & fictione, coaceruatum est, amplificet pro virili & ipse Monachus, & ex ea culinæ fuligine otiosè viuens & pastus. Quod autem col. 420. L. B. *ὁ δὲ τὸ ἐπιεικὲς* & maledicendi animo ac cacoethæ colligit Th. Bezæ non esse virum bonum, multo magis in ipsum eum

tum Bellarminū competit. Quia si consequentia Bellarmini vera est, quum illi Caluini sententia non placeat, non est ipse vir bonus. Conuerte igitur argumentum Bellarmine, & recte dixeris, aiebat ille Sophistam deridens Diogenes.

Ad Cap. XIII.

Nihil suis, iisque inanibus rationibus, quas cap. II. persecutus est, efficere potuit Bellarminus: nihil ex verbo Dei scripto (quod variè cōtorfit, sūsq̄ de que tulit cap. 12. & 13. idem hic) euincere potuit. Ergo manet adhuc immota veritas, quam defendimus, Nempe Christum, dum hūc viueret, immensos pro peccatis nostris cruciatus in anima tolerasse, dum patitur mortem pro nobis, atque sic ad inferos descendisse, non autem post mortem. Quare utroque hoc præsidio deiectus & expulsus Bellarminus, confugit ad tertium infirmum prorsus, imo ipsi inutile, Nimirum in præcipuo fidei articulo ad hominum auctoritatem contra Pauli præceptum Galat. 1. ver. 10. *Utrum Deum an homines suadeo?* Sed nonne didicit hic Theologus, eatenus Patrum quorumuis scriptis credendum, quatenus illa cum verbo Dei scripto consentiant? Sic Athanasius, sic Augustinus iubent, sic Hieronymus, sic Chrysostomus, sic Tertullianus. Quod enim in disputationibus Theologicis absque Dei verbo affirmatur, tam iure, eadēque facilitate, ne dicam futilitate negatur, quā asseritur, inquit Hieronymus.

Verū quā vel omnino non profint, vel parum Bellarmino militēt hæ auctoritates, iam per-

pendamus.

Ac primum col. 422. L. B. C. quod ex Symbolo Apostolico, & duobus conciliis affert, pro nobis facit, concilia enim illa duo sequuntur mentem Symboli Apostolici, quæ hæc est, vt cruciatus, quos in anima pro nobis pertulit moriens in his terris Christus, comprehendantur nominatim Inferorum. Idem declarat concilium Lateranense sub Innocētio 3. Ait enim disertè Descēdit in Aëra. Idem sibi volunt verba Thaddæi, solū Christum descendisse ad Inferos, iuxta illud *Terciarum calcavi solus c. 63. ver. 3.* & secum abduxit Christum ascendens in cælum mortuorum multitudinem, qui in eius passione excitati apparuerant in sancta ciuitate Math. 27. v. 52. Eodem etiam pertinet dictum Ignatij.

Quod ad reliquos, quos hic citat Bellarminus, ex superiore regula confutantur, quod ex Dei verbo nimirum non sapiunt, neque suam sententiam ex eo confirmant, sed ex suis duntaxat coniecturis, & ex eo potissimum erroris quod piorum & iustorum hominum Animæ ante Christi incarnationem, non in cælum euolare post eorum mortem censerent, sed in Inferum detrudi, Id quod falsum esse in Gesura demonstrauius, Ergo eorum fundamentum subruto, reliqua ruant necesse est. Verum de toto vno absurdo multa apud eos consequuntur iuxta illud Psalmi, quadragesimi secundi, ver. 8. Abyssus Abyssū attrahit. Vnde fit, vt Durandus 3. sent. dist. 22. quæst. 3. hūc Christi descensū negat. Præterea

Præterea omnes istæ sententiæ manifestè contra ipsa Christi verba pugnant, *Hodie mecum eris in Paradiso*. Luc. 23. vers. 43. cui vni potius credendum est, quam centum millibus Patrum; teste etiam Iohanne Gersone. Denique ipsemet Bellarminus col. 426. L. C. §. *Deinde*, concedit Christū potuisse beatificare, & liberare Animas piorum ab Inferno absque eo, vt ipse ad Inferos descenderet. Itaque istum descensum Animæ Christi ad Inferos fuisse de decencia, non de necessitate: & ita otiosa Christi actio hæc fuerit, necesse est.

Ad Cap. xv.

Nihil ad nos caput istud pertinet: ad suæ scholæ Sententiarios & homines otiosos remitti debet, si qui inter eos erunt Durandi, viri alioquis quam sint cæteri, in multis doctrinæ Christianæ articulis purioris amantes, & honoris ipsius studiosi, vtcunque sit inter eos certamen & rixa hæc de descensu Christi ad inferos, vtrum fuerit quod ad locū, vel quod ad effectū solum, Nihil ad nos.

Quod si animo collibitum esset meo, verissimis rationibus ostenderem Durandi sententiam propius ad verum accedere, quam istum Bellarmini hæretici errorem de actuali Animæ Christi post ipsius mortem descensu ad loca quædam subterranea. Id quod est falsissimum. Thomas ipse Aquin. istius scholæ facile princeps Durando suffragatur in secūda secūdæ quæst. 52. Artic. secūdo contra Bellar. Dicis tamen causa, & vt homini isti Bellarmino Momo, & in omnes conuitori gratificemur, prosimus eūque moneamus, quò in posterum scribat prudentius, ac melius ipse sibi

constet, hæc pauca ex hoc capite collegimus, quod dum Durandi sententiam refellere vult, eam confirmant: tam est sibi contrarium mendacium.

Fatetur igitur Bellarminus col. 425. L. D. Animas non esse in loco extra suum corpus, quod est falsum est, Confirmat tamen Durandi interpretationem de descensu Animæ Christi extra corpus descensu, quod ad defectum, non quod ad locum. Idem Bellarminus col. 426. L. B. & C. concedit. Non fuisse necesse Christum ad inferos ipsos & in ea loca descendere, vt piorum Animas ex eo loco liberaret. Nam absque suo descensu beatificare eas potuit. Præterea col. eadem L. D. fatetur Animam Christi post mortem fuisse duntaxat quæ ad effectum, non autem quod ad locum cum Anima latronis: Cur igitur eadem Anima Christi cum aliorum piorum Animis eodem modo fuisse negatur à Bellarmino. Hoc scribere, quod scilicet, Bellarmine, est Durandum contra te victorem clare pronuntiare. Sed ipse quoque fateris L. C. debuisse beatificari iustorum Animas in eodem instanti, quo plene pro iis Christus satisfecit, & persolutum fuit Deo redemptionis eorum pretium. Alioqui Deus esset, aut fuisset procul dubio in eas iudex iniquus, & iniustus, qui post penas persolutas & redemptionis pretium datum eis vel temporis momentum, quatumuis minimum in inferis & captiuitate retinuisset. Persolutum autem earum redemptionis pretium inter ipsum teste. Dixit enim *Consummatum est*, Iohann. 19. ver. 30. Quid igitur vel necesse fuit, vel equum eas iu-

eas iustorum Animas vel temporis tantillum in inferis & pœnis detineri? Excipit Bellar. fuisse illud spatium & breuissimum, & imperceptibile. Quis hoc illi præter Dei verbum, imo contra Dei verbum revelauit? Cur id verum esse credit, quod nusquam scriptum extat? Nam illud tantillum temporis fuit grauissima istarum, quæ Christum in inferis expectabant, Animarum pœna. Deus autem suos in ipso diei, imo horæ & momenti quo promisit, momento, articulo, & corpore liberat: non differt vlllo pacto Exod. ca. 12. ver. 41. Nec enim Dominus tardat Hebr. 10. vers. 37, in succurrendo suis 2. Petr. 3. ver. 6. Denique nihil afferi hîc Bellarminus, contra Durandum, quod Durandi sententiam planè non confirmet. Sed ipsi inter se certent.

Ad Cap. xvi.

Nihil homine isto Bellarmino miserius, aut inconstantius, qui quod suprâ tot paginis & verbis à cap. 6. ad hoc cap. 16. probare voluit, nunc planè refellat. Ea enim absurda ex sua illa de descensu Christi ad loca inferorum sententia sequi docet, quæ prorsus eam euertunt. Et certè quidem ex vero nihil, nisi verum: ex falso autem & absurdo nihil nisi falsum & absurdum effici & colligi potest, quemadmodum lib. 2. scribit Strabo perantiquus autor. Sunt autem hæc absurda infinita: sed hîc contentus fuit ipsemet Bellarminus quatuor tantaxat recensere: quæ vt tollat, & suis, Nempe Thomæ vtrique, scilicet Aquinati, & Caietano, Bonauenturæ, suæ scholæ coryphæis, & aliis con-

tradidere cogitur: Imò & Augustino ipsi: Quis plus? etiam sacratissimo Dei benedicti verbo scripto. Et, quod hominis est prorsus inconstantis: ubi quoque ipsi, qui modò idem in hoc capite modò negat.

Sunt igitur hæc 4. absurda & planè blasphemiae quæ ex Bellarmini sententia consequuntur, quæ ipse obstinatè hîc defendit, & tuetur tamè.

Primum, Christum non ad limbum solum inferorum, & ad Sinum Abrahæ (quem iste in inferis & in abyssu vnà cum Diabolis collocat column. 426. L. D.) descendisse, sed ad omnia inferi loca, etiam ad ea, in quibus sunt & Diaboli & homines damnati column. 427. L. A. B. At ex eo loco nulla est redemptio, & exitus nullus Psalm. 114. versic. 17. Luc. 16. versic. 25. Præterea quæ negantur, obsecro, istæ sunt, & fatuitates, & ineptiæ.

Secunda blasphemia, atque immanis absurditas, column. quadragesima vigesima octava L. A. & B. Christum in istis locis infernis pœnitentiam, id est, pœnam in anima sua pertulisse, non ratione & propter locum ipsum: saltem propter suam separationem à suo corpore, cui coniungi volebat. Itaque ait Bellarminus §. Responsum deo, L. B. fuisse beneficium in animam Christi collatum, quòd celeriter cum suo corpore reuinculatum fuit: sicut malum ei fuit ab eo separari. Hæc Bellarminus totidem verbis. At omnes Christi pœnitentiæ in ipsius morte, & expiratione finitæ sunt. Dixit enim ipse, *Consummatum est*, Iohan. 19. versic. 30. quum expirare vellet.

Tertium absurdum est, animam Christi post mortem suam ad

sum ad inferos descensum nihil animabus iustorum contulisse. Nam ipse columna quadringentesima vigesima nona, ait Deitatem Christi, quæ eas beatificat, & ibi & vbiq; fuisse: ergo descensu animæ ipsius nihil fuit opus. At nulla Christi actio fuit vana, & inutilis nobis: & præsertim eæ actiones, quæ in Symbolo Apostolico continentur (qualis hæc, *Descendit ad inferos*) nullo pacto frustra, otiosè, & inutiliter à Christo susceptæ sunt.

Quarta blasphemia est, per descensum Christi ad loca illa inferna, non omnes, etiam qui in eum sperabant, fuisse à pœnis suorum peccatorum liberatos. Nullas enim ait iste, Infantium, qui decesserunt sine circumcisione seu in peccato originali, animas eripuit ex pœnis Christus, & ex inferis eduxit, columna quadringentesima trigesima L. A. Sed neque multas piorum, qui erant in Purgatorio, necdum purgationis suæ tempus absoluerant, Animas ex pœnis, & illis inferis liberavit Christus, columna quadringentesima tricesima L. B. & C. Atqui Christus totius mundi servator est, & non modo præsentia, sed & præterita omnia peccata fide credentibus omnibus condonavit, & condonat Roman. 3. vers. 25. 1. Iohan. 2. vers. 2. Atque hi sunt flores fœtidissimi, & corollæ turpissimæ, quas afferunt errores isti Bellarmini, Animas iustorum ante Christi mortem non fuisse in cœlum receptas: & Christi Animam post mortem ad loca quedã inferiora descendisse, ut inde eas extraheret. Denique hæc sunt infelicissimæ contra veritatem, (quam nos cõtra istum

hæreticum defendimus) pugnae tristissima effectus.
Iam ad censuram istius partis libri quarti accedo.

*Censura, & examen Secundi erroris, qui in
secunda huius libri parte
continetur.*

Multa sunt, quæ in hac secunda libri quarti parte merito reprehendas: sed imprimis quatuor, Videlicet, huius hominis Bellarmini *Αίρεσιν, Φλυαρίαν, Αντιλογίαν, & παταλαλίαν* Hæresim Nugacitatem, Contradicientiam, Maledicientiam, ut breuissimè & leuissimè hunc frat. taxem.

Ac quidem Hæresis Bellarmini in explicacione Descensus Christi ad Inferos est multiplex. Prima, quod vult & scribit colum. 426. L. A. Animam humanam separatam à suo corpore nihil operari posse naturaliter, id est, ex vi & proprietate suæ naturæ: sed tantùm supra naturaliter, atque etiam Deo sigillatim iubente, ut quum Angelus mouet corpora aliqua ex peculiari Dei iussu. Hæc & Animas humanas constituit mortales, si nullus sit earum, postquam ex suis corporibus euolarunt naturalis, propria, & ordinaria actio: & ab ipsissimis Ethnicis Philosophis Platone in Phædro, & Aristotele libris De Anima confutatum.

Secunda, Animas piorum etiam post iustum ipsarum redemptionis pretium Deo persolutum à Christo, non fuisse tamen statim à pœnis suorum peccatorum, & captiuitate inferni liberatas, colum. 426. L. B. C. Facit enim Deum manifestè iniustum, qui plus exigat, quàm ipsi debeatur: qui contra est miser-

misereticordissimus Exod. 34. vers. 7.

Tertia, Christi Animam ad ipsa damnatorum hominum loca venisse, ibique ad tempus aliquod fuisse, & post suam etiam mortem aliquam pœnam tulisse col. 428. Facit enim mendacem Christum, qui moriens omnes pœnas suas finiuit & dixit *Hodie mecum eris in Paradiso*.

Quarta, Paradisum, & Sinum Abrahami collocat in inferno, & loco subterraneo col. 426. L. D. col. 429. L. A. §. *Fortasse*, etiam in eo ipso, in quo sunt Diaboli, loco, sed ab Abyssso magna distãtia distincto. At Paulus 2. Corint. 12. vers. 2. & 1. Thessal. 4. vers. 17. ait ascensu, non descensu opus esse, vt in Paradisum perueniamus.

Quintam hæresin omitto: Nempe iustorum Animas mortuorum ante Christi mortem non fuisse in cœlum receptas. Plures annotari, possunt: sed nos breuitati studemus.

Nugacitas Bellarmini apparet, quòd, quum error iste de descensu Christi ad loca subterranea huic fundamēto innitatur, nimirum Animas piorum ante Christi mortē non fuisse in cœlo, quemadmodum ipsemet agnoscit col. 429. L. B. §. *ratione* (non fuit opus, ait, descensu Christi ad inferos, si Animæ iustorum non erant in inferis) tamen hoc sententiæ fundamēto prætermisso, vel leuissimè confirmato, quoniam illud probare non potuit, ad curiosas illas de inferis, & Animæ Christi ad eos discessu quæstiones auidè decucurrit. Hoc autem fundamētum falsum esse postea demonstrabimus. Iam verò ab isto Animas piorum in inferis ante Christi mortem post excessum piorum

fuisse nequaquam probari potuit. Capite vndecimo huius libri suum errorem consummare conatus est, sed iis rationibus, quæ planè sunt nihili. Prima sumpta est ex Genes. 43. vers. 38. perperam intellecto. Nam quòd Iacobus ait de corpore & corporali morte, iste de animæ post mortem descensu ad loca subterranea contra & verba, & mentem S. scripturæ accipit: legatur locus ipse à piis.

Secunda ratio ducitur ex duobus locis allegoricè à Bellarmino nulla necessitate, sed magno animi errore explicatis, Nempe Luc. capite decimo sexto, versic. vigesimo sexto, vbi dicitur magnus fuisse hiatus inter animas damnatorum, & locum, vbi erant animæ iustorum. Ergo ait iste animæ horum erant in inferis. Imo verò idcirco non erant in inferis piorum animæ, quoniam in inferis erant animæ damnatorum: Inter autem istarum animarum receptacula magnum erat loci interstitium, spatium, & ingens hiatus. Quis autem maior hiatus esse vel fingi potest, quàm qui est inter extimū cælum, & terræ centrum, quem admodum docent Philosophi? Ex quo fit, vt iustorum animæ ante Christi mortem in cælis: Damnatorum autem in terræ centro & in inferis sint ex illius loci mente collocandæ. Alter locus ab hoc allegoricè interpretatus est ex Zachar. capite nono versu vndecimo, vbi quod de captivitate Babylonica (quæ lacus metaphoricè aquis & consolatione carens appellatur) à Propheta dicitur, iste transfert ad loca subterranea, in quæ detrudit animas piorum. Fallaciæ sunt omnes istæ rationes

raciones, à mala Sacrae scripturae interpretatione, ac proinde ab æquiocatione, conficta.

Tertia ratio est ex Patrum nonnullorum leuiter & dubitanter hanc sententiam proferentium autoritate. Sed quod illi dubitanter, iste assenerant: quod illi modestè, & deliberaturi dixerant, iste quadam dictatoria potestate ratum & firmum esse vult, & edictum Principis censerit. Nec verò vel Deus, vel Rex est iste Monachus ut sua decreta probare quemquam cogere possit. Ergo discat modestè sua proferre, & Patrum scripta prudenter legere. Et hæc quidem Bellarmini fra. nugacitatem ostendunt.

Contradictionem autem hæc, quæ sequuntur. Libro superiore Vbiquitarios persecutus est, hoc sententiam eorum vel qui maxime probat, dum omniscientiam animæ Christi tribuit ab ipso momento conceptionis. Vbique tuetur necessarium fuisse animæ Christi descensum ad inferos, ut piorum Animæ ex iis locis liberarentur: tamen vi rationum, quas Durandus affert, victus columna quadringentesima vigesima sexta L. C. §. Deinde fatetur nihil Christi descensum ad eam rem efficiendam fuisse necessarium. Item animam Christi simul in pluribus post mortem locis esse posse ait columna quadringentesima vigesima septima L. A. in eodem hoc libro tamen animas extra sua corpora nusquam in loco esse vult. Præterea hoc ipsum pugnat cum alia huius sententia, qua censet animam Christi & cum latrone in Paradiso, & in inferno simul, ut in loco, esse nō potuisse: sed fuisse in inferno quòd ad locum: fuisse in Paradiso,

quod ad effectum col. 426. L. D. quoniam Anima simul pluribus in locis esse non potest. Item Sinu Abrahami, & Paradisum iste loca subterranea esse scribit ex loco Luc. 16. vers. 26. At illic dicitur Anima Lazari in Sinum Abrahami, sicut in locum non inferiorem, sed superiorem ab Angelis beatis qui non sunt ab inferis, asportata, vers. 22. & quum diues dicitur vidisse Lazarum, scribitur sustulisse in altum & cœlum oculos, non autē eos in imum deiecisse vers. 23. quæ omnia cum doctrina Bellarmini ex eo loco collecta manifestē pugnant. Item Christum beatificasse Animas omnium iustorum, quum dixit latroni, *Hodie mecum eris in Paradiso* tamen necesse fuisse, non prius eas beasse, quàm descendisset præsentia corporali ad inferos, cōtra August. supra Iohannem *Per participationem Dei fit Anima beata, ait, non autē participatione Animæ sanctæ.* Quid ergo isto Animæ Christi ad Animas piorum descensu vt beatæ fierent, fuit opus? Item Animas iustorum plenum suæ redemptionis pretium in Christi morte & expiratione persoluisse non tamē liberatas ab inferis fuisse statim à Deo, sed demum post aliquod tempus col. 426. L. D.

Maledicentia istius hominis vel ex eo cernitur, quod & Thomam, & Durandum, & Banauenturam suos præceptores conuictis incessit cap. 15. & Augustinum penè vbique, sed præsertim cap. 16. Calvinum autem & Bezam, qui proxime vel ad Durandum, cap. 16, vel ad Augustinum cap. 15, accesserunt, ferre non potest iste catulus, à quibus tamen & ratiocinari, & venari, & equitare didicit. Sic se virum bonum scilicet, & gratum ostendit
sic Prae-

sic *Prætextatos referunt*, inquit ille *Artaxata*, & Hæsitatarum regulæ mores & probos. Iam istum doceo. Animas vere fidelium & piorum hominum ante Christi mortem defunctorum statim in cœlum fuisse receptas.

Quamquam quæ absurda ex contraria huic nostræ sententia sequuntur (quorum quædam solum annotavit sub cap. 16. ipsemet Bellarminus) ostendit perspicuè errare eos grauitè, qui aliud, quàm nos docent: quàmquam quod hūc descensum Christi ad inferos negavit Durandus propterea atque sine circuitione lib. 3. Sentent. Dist. 22. Quæst. 3. probat inter ipsosmet Sententiarios de hac doctrina nequaquam certò constare, & quod ipsemet Bellarminus ait Christi descensum ad inferna loca non fuisse necessarium col. 426. L. C. hunc ipsum confutat: & nos verum dicere & sentire confirmat: tamen vt promissum nostrum præstemus, & fidem liberemus, hoc docere ex Dei verbo scripto instituimus.

Prima ratio nostra est ex Luc. 23. vers. 43. *Hodie mecum eris in Paradiso*. Declarat enim se eo die (at erat penè iam vesperum diei, quum hoc dixit Christus) fuisse futurum in cœlo, vbi est Paradisus, non in inferno, & Abyssò (vbi sunt Diaboli Luc. 8. vers. 31.) vbi nequaquam est Paradisus: & simul cum eo Animam latronis in eodem loco. At verò latro tunc nō aliam à Christo promissionem audiuit, & accepit: quàm ea est, quæ Patribus omnibus verè fidelibus facta fuerat à Deo, & Paulus appellat vitam æternam Rom. 6. vers. 23. Apostolus ad Hebræos cap. 11. vers. 14. 12. vers. 22.

meliozem patriam, & celestem Hierufalem, quam adepti funt per fidem post mortem, quemadmodum & Iatro. Merces enim fidei in Christum est falus animarum Ephes. 2. v. 8. 1. Petri. 1. ver. 9.

Secunda ratio, pij morientes ante incarnatione Christi expectarunt meliozem illam, id est, celestem patriam. At sua spe frustrati non fuerunt. Spes enim in Deum Deiq; promiffiones nuquam pios fallit, aut pudefacit Heb. 11. ver. 10. 16. Roma. 5. versi. 5. Ergo Patres morientes in celestem illam Patriam euolabant. Nec illa patria & Hierufalem coelestis in infernis & subterraneis locis esse potuit: sed manifeste & aperte statuitur esse in caelis. Nam appellatur *Ἐπὶ τῶν οὐρανῶν*, & sedes beatorum Angelorum qui non habitarunt vnquam in Inferis Hebr. 11. ver. 10. 12. ver. 22. 13. ver. 14.

Tertia ratio, Christus ab initio Mundi pro fidelibus maectatus fuisse dicitur Apocal. 13. ver. 8. Ergo Christi mors ab initio Mundi in vere fidelibus suum effectum protulit. Est autem falus Animarum, Roman. 3. ver. 24. 25. Quare feruati sunt per eam Christi mortem Patres, Falus autem Animarum alibi, quam in caelis & Paradiso no fuit. Ergo Animae piorum etiam ante Christi mortem in sinum Abrahami, & caelum receptae fuerunt Luc 16. ver. 22.

Quarta ratio, Patres ante Christi mortem manducarunt eandem nobiscum escam Spiritualem, eundem nobiscum Christi sanguinem biberunt, 1. Corinth. cap. 10. versi. 3. 4. Quare eandem, quam nos hodie, salutem etiam tunc adepti sunt, & in caelum deducti sunt. 2. Petr. 1. versic. 1. Fides in omnibus

in omnibus ἰσότητος & æqualis pretij esse dicitur.

Quinta ratio, Christus moriens non alia ratione, & oratione Animam Deo Patri cōmendauit, quàm qua pij omnes ante Christi mortem solebant, *In manus tuas Domine commendo spiritū meū*, Pſal. 31. v. 6. Luc. 23. v. 46. At hæc etiam tunc non fuit inefficax in illis. Ergo Deus tunc Animas eorum suscepit, & in Paradiso, i. locis cœlestibus eas collocauit.

Sexta, Dictum Augustini Epist. 99. ad Euodiū, *Beatificās*, ait, *sapiētia sua diuinitate nūquā absuit ab Animabus piorum*. Item, *Nusquam Inferos in Scripturarum locis in bono appellatos video*. Item, *Quid illis iustis, qui in sinu Abrahami erant, quum Christus ad inferna descenderet, cōtulerit, nō inueni*. Hieronymus Tomo 3. Epistola ad Algasiam quæst. 1. ait, *impium esse credere Christum descendisse ad Inferos*. Ergo nullæ ibi Animæ Iustorum erant. Nam quòd toties obiicit Bellarminus Patres nō nullos sic sensisse: Respondeo, Dubitanter, nō autem asseuerāter, id eos, quemadmodū alia multa, scripsisse. Vnde nullam in eo fidem faciunt, cōtra Bellarminum. ὅτι δ' ἐγγαί' ἔδ' εἰ.

Ad libri quinti. Cap. 1.

Verè cōgruit Bellarmino, & applicari hīc debet, quod iudiciosiss. poëta Q. Horatius scribit de homine parum prudente,

Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdin.

Nam dum varias *Mediatoris* significationes explicare nititur, & Homonymiam huius vocis euitare studet, incidit ille miser in *διυπολογίαν*,

& vera rerū vocabula distinctaque miscet & confundit, quæ totum illud Homonymias periculum depellebant. Ergo confundit iste *Μεσίτης* cum *Μεσίτης*, quæ duæ voces latissime differunt, quum aut videlicet esse & dici Mediatorem eum: qui substantiali aliqua Mediatione, id est, diuersarum naturarum coalitione, compositione, & unionione constat, per quam duobus aliis communicat, & inter ea interiacet. Sic enim nos homines inter Angelos & animalia bruta diceremur mediatores, quia utrorumque naturam participamus, Angelorum nimirum in animis: brutorum in corporibus. Sic bruta ipsa inter plantas & homines ex Bellarmini definitione essent, vocarenturque mediatores. Id quod neque Græcorum, neque Latinorum, neque puto Italorum (inter quos Romæ versatur) quisquam vel fando vnquam audiuit. Fingat igitur nobis Bellarminus nouam Grammaticam, uti nouam Theologiam obtrudit. Verum, ut ipse (qui alios tam magistrali supercilio docet) à nobis, ac præsertim ex Theologicis Questionibus D. Bezæ aliquid discat, distinguenda sunt hæ voces *Μέσος* & *Μεσίτης*, *Medius* & *Mediator*. *Μέσος* propriè est & dicitur quispiam ratione situs inter duo extrema, & respectu loci, sicut inter tria & quinque est medius numerus quatuor. Sic medius paries dicitur. Hæc propria medij significatio ad res alias postea translata est: Nempe ad ea primum, quæ etsi sunt incorporea, tamen inter se rationem quandam situs & loci habent. Sic liberalitas Virtus media dicitur inter Auaritiam & Prodigalitatem. Deinde ad alia, quæ quâquam sunt &

sunt & ipsa corporea, tamen non tam loci, quam naturæ, id est, diuersarum naturarum separatarum ratione & coniunctione dicuntur Mediæ, velut Dæmones à Platonis medijs appellantur inter Deum & Homines, vt docet Augustinus: sic Aquea animalia, & aërea aliorum corporum, & animalium ratione, sunt media. Et hoc modo Lombardus lib. 3. Dist. 19. cap. vlt. Christum *Medium* vocat inter Deum & homines, Fulgentius lib. de Fide ad Petr. cap. 2. & August. in libro de Ciuitate Dei, quoniam vtramque naturam habet. Sic Angeli à Dionysio medijs hoc significato male vocantur, vt docet Thomas in tertia secundæ quæst. 26. Art. 1. ad primum, quia vtramque nempe Dei & hominum naturam non participât. Ergo idem Thomas in Lombardi lib. 3. Dist. 19. Artic. 4. sic ait *Medium inter extrema potest esse dupliciter, vel secundum ordinem, id est, situm: vel secundum participationem vtrorumque extremorum.* Sic vocantur quædam Media substantiæ ratione: quædam loci. Id quod ex Plutarchi lib. De cōtrarietatibus Stoicorum sumptum est. Ergo perperam & magna *ἀκυρολογία* Bellarminus mediatoris voce nominat, & Mediatorem appellat eum, qui Medius dici debet, & quem omnes Latini, Græciq; auctores, etiam ipse Lombardus, & Thomas, & Fulgentius lib. De fide ad Petrum ca. 2. Medium vocant. Hæc est prima Bellarmini *ἀκυρολογία.*

Altera, quòd translata Mediatoris significatio in S. scriptura à vera & propria, qua Christus mediator est & nominatur, non distinguit. Nam Mediator propriè officium declarat, & ani-

mum beneuolū eius, qui dissidentes inter se propria autoritate, & satisfactione cōciliat, & placat. Ex quo fit, vt μεσίτης, & εἰρηνοποιός à Suida explicetur, & Paulus dicat Christum 2. Corinth. 5. vers. 18. καὶ ἀλλάξει nobis Deum, id est, reconciliafles, quem 1. Timoth. 2. vers. 5. vocat μεσίτην, quoniam proprie est is μεσίτης, qui suo facto suaque vi alios quos inter se disiunctos coniungit animo, affectu, & voluntate. Iam ex hac propria significatione Mediatoris, nominantur Mediatores quicumque inter duos interueniunt, & iis suam aliquo modo operam præstant, velut qui sunt interpretes vel referēdarij, vel alio modo quopiam. Quo modo Moses μεσίτης dictus est Galat. 3. vers. 19. Deuteron. 33. vers. 5. Sancti autem defuncti neque mediij, neque mediatores, vlllo pacto nostri dici possunt, sicut postea demonstrabimus. Ex quo fit, vt Thomas in tertia secundæ quæst. 26. Art. 2. dicat alium affectiuè, & principaliter esse mediatorem, qui propriè mediator est, alium autem ministerialiter tantum, & dispositiuè, qui impropriè mediator dicitur. Et hæc quidem de verbis istis & vocibus, in quibus grauissimè peccat Bellarminus.

Ad Cap. II. & III.

QUod tam anxie quærit iste, ecquæ fuerit Francisci Stancari sententia, quid ad rem De re agat Bellarminus, personam omittat: error pereat, inquit Augustinus, homo uiuat: Sed monstrum fursuraceum iste sibi fingit, quod debelles, vt videatur Hercules fictitijs. Quid senserit Stancarus, nihil ad nos, qui eum iam pridem, istis Sententiaris

tentiariis omnibus miserè stertentibus, confutauimus, quemadmodum apparet ex Epistola Iohannis Caluini 275. in Magno Vol. Epistolarum pag. 258. & totius Geneuensis Ecclesiæ ad illius argumenta responsio, quod est in eodem Volumine, pagina 290. Epistola 312. Item ex Epistola Theodori Beza, N. 281. Itē ex libro viri doctissimi Iosæ Simleri amicissimi mihi hominis Tigurini. Ergo quicquid hîc boni habet Bellarminus à nostris accepit, ac mutuatus est. Mirum tamen est hunc in Stancarum, licet hæreticum agere audere, qui ipse Stancari errorem planè cum suo Magistro Sententiarum amplectitur. Nam capite finali, libro tertio, Distinct. 19. loquitur, velut Stancarus, *Mediator est in quantum homo, & secundum humanitatem.* Quæ verba iste fatetur habere bonum sensum, & esse nihilominus Stancari vocem & operationem col. 433. L. C. D. Bellarminus ipse supra, cap. 1. col. 432. L. B. ait Principium, quo opera illa Mediatoris, & à Mediatore fiebant, fuisse humanam solum Christi naturam, non diuinâ, & col. 435. L. D. §. *Probandum* disertè scribit Christum esse secundum humanam solum naturam nostrum Mediatorem. Ergo ex ipsius argumento contra Stancarum, col. 434. L. A. Humana Christi natura per se fuerit suppositum, quoniam operata est. Atque opera sunt suppositorum. Deinde virtus illa, quæ tot & in Animo & in Corpore pœnas passus est Christus, ab humana ipsius natura, non à diuina, vel spiritu, (quemadmodum loquitur Apostolus ad Hebræos, cap. 9. ver. decimo quarto) emanarit. Id quod est falsissimum. Sic quid dicat, & quàm

prudenter, non obseruat Bellarminus, conuictian-
di animo abreptus, & bonam alioqui causam
suam miserè prodens.

Rationē suæ sententiæ, cap. 3. col. 435. L. D. Bel-
larminus vnā duntaxat affert ex 1. Timoth. 2. v.
5. vbi Christus, ait, Mediator noster dicitur *Ho-
mo*: at idem dicitur *Deus*, Actor. 20. ver. 28. Ergo
vox *Homo* apud Paulum Deitatem non excludit
in Christo Mediatore: sed ostendit quā maximā
sui natura ad nos accedit. & nobis est familiaris
nimirum humana.

Porro de his vocibus, *Vnus Deus*, quemadmo-
dum & hīc, & alibi sint intelligendæ, in Prima
Controuersia diximus. Nam crambe bis appositā
mors est. Nec sequitur, si Christus, quā Deus, erat
nobis infensus, ergo cessasse eam ipsam naturam
diuinam omnino in operibus nostræ Mediatio-
nis, & cum Deo reconciliationis. Nam Deus ipse
dicitur sibi reconciliaſſe Mundum, 2. Corinthio-
rum 5. verſ. 18. Quamobrem Deitas etiam ipse
operata est, & quidem tanquam Principium for-
male, in operibus nostræ ſecum reconciliationis.
Præterea scribitur diſertè Christus per Spiritum
æternum ſeſe pro nobis obtuliſſe.

Ergo in ea Christi oblatione, (quæ est nostra
apud Deum Mediatio & Reconciliatio) opera-
tus est æternus Christi spiritus, id est, Diuinus
quoque ipsius natura, nisi Bellarminus euadat &
velit esse Monophysita, qui putet Spiritum illum
ſeu naturam Christi Diuinam & æternam vnā
cum Humana eſſe, quod est Eutylianorum vel
in vnū *συνφύραμα* commixtam fuiſſe, quod est
Mono-

Monophysitarum. Imò ipsemet capite sequenti, columna quadringentesima tricesima sexta, L.D. ex Cyrillo colligit Christum, quâ Homo sibi ipsi quâ Deus est, sacrificium ad placamentum obtulisse. Idem ex Augustino colligitur.

Ad Cap. IIII.

PRIMUM omnium falsum est illud, quod tanquam immotum suæ sententiæ fundamentum ponit, magna certè fallacia (quæ vocatur Petitio Principij) Bellarminus nempe columna quadringentesima tricesima sexta, L.D. *Non potest vnus & idem sacrificium offerre, & accipere.* Ergo idem Christus non potest, quum sit idem & eadem persona, ipse sibi sacrificium mortis suæ obtulisse: id est, & dedisse, & accepisse. Falsum hoc. Nam contrà Augustinus, lib. 10. cap. 20. *Ciuitate Dei, in forma Dei, inquit, sacrificium cum Patre sumit Christus, qui idem in forma serui sacrificium fuit.* Idem Christus, ait idem Augustinus, seipso & maior & minor est. Maior quâ Deus seipso homine. Quod ne de vno tantum Christo dici posse videatur, in cæteris omnibus rebus locum habet, vt idem seipsum placare possit. Idem Pater Homo iratus erit alicui filio suo, cui tandem se propitium reddet, in eodem illo homine Patre ipsius misericordia, & paterno affectu intercedente pro filio, & placante ipsiusmet illius Patris iracundiam. Ergo idem Christus diuersa ratione & sacrificium offert, & accipit.

Porro nihil nos feriunt aut attingunt Patrum, quos profert hîc Bellarminus, auctoritates,

Nam sic sentiunt Patres illi, solam Deitatem, & Christum, quâ solùm Dei Sermo est, non esse nostrum Mediatorem, testo Augustino Homilia de ouibus cap. 12. quem profert & laudat hic ipse col. 434. L. C: non negant tamen eum ipsum, quâ Deus est, aut ipsius Deitatem (sic enim loqui commodioris explicationis gratia cogimur: non autem vt duas in Christo personas, quod iste malitiose calumniatur,) constituamus, in opere nostræ Salutis aliquid esse operatam. In summa iste neque quid dicat ipse: neque quid Patres: neque quid nos intelligit. Dicimus Christum, quâ Deus & Homo, nostrum esse Mediatorem, diuersa quidem operatione, *ἰσχυρῶς* & ratione: vno tamen & eodem *ἁπλοῦς* *καὶ* *ἁπλοῦς* ab vtraque illa Christi natura prodeunte. Diuersa igitur ratio & operatio est, Quod humana Christi natura illa est Materialis ipse (Bellarminus ambiguè vocat operantem col. 442. L. D. §. *Itaque*) nostræ redemptionis causa, Nimirum Patiens, Moriens, Satisfaciens: Diuina verò eiusdem Christi natura est causa efficiens, & sumministrans humanæ naturæ eas vires, quæ ad talem passionem sufferendam, & satisfactionem peragendam erant omnino necessarie. Has vires ab ipsa humana natura tanquam à Principio formali manare falso putat Bellarminus: & tamen col. 443. vires, per quas potuit natura Christi humana, qua nos redimere ex rigore iustitiæ Dei, ait esse & fluere ex eo quod hic homo est quoque Deus. Sic seipsum perspicuè euer-

Ad Cap. v.

PRIMA Bellarmini ratio est fallacia manifesta ab Æquiocatione. Nam Medium & Mediatorem confundit, & hîc, & in primo capite, sicut iâ ostendi, imperitissimè. Medius est Christus, non quâ homo, & iustus: sed quâ homo verus & verus Deus, & tamen vnica persona, contra Bellarminum.

Secunda ratio continet fallaciam à Petitione Principij. Nâ idē Christus apud seipsū, quâ Deus est offensus, certe mediator est, quâ homo seipsum in natura humana Deo offerēs. Verùm iste vt mortuum D. Iosiam Simlerum aroderet, pro eo quod ex Simleri verbis & sententia dicere debuit. *Christus, vt homo, mediator est apud seipsum*, vt Deus, inuitiosè dixit scripsitque tanquã ex pij illius viri Simleri ore. *Christus est seipsius Mediator*. Nec enim Christus etiam qua homo, est Mediator seipsius, vtpote qui, quâ homo, fuerit absque peccato: sed est quâ homo, Mediator apud seipsū, quâ Deus est. Ergo veteratoriè euertit, & verba & mentem piam defuncti Simleri, cuius manes reuellit.

Tertia ratio Bellarmini, est fallacia A disiunctis ad coniuncta. Nam Deitas Christi, quatenus consideratur in persona Vnigeniti, non quâ est in tota Trinitate, operata est in opere Redēptionis.

Quarta ratio, fallacia est, A figura dictionis, Vel Æquiocatione. Nâ vtroq; ex loco ducta dici potest. Corticē pro nucleo sumit miser iste Bellarm., Sacrificare seipsum est propria actio Mediatoris. Ergo hominis. R. Sacrificare si pro ista externa dū taxat passione Christi sumitur, est hominis Christi

isti passio: sin Spiritum, vim & robur quo tãta passio
 sus est Christus ea quoque voce complectaris (id
 quod est necesse) Deus Christus seu Deitas Chri-
 sti sumministravit à se, internè, & tanquam pars
 altera Suppositi robur illud (quod est aliquid ef-
 sentiale, non autem rationis & solum notional-
 le) tantum, quantum Homini Christo, ut sa-
 crificaret se, erat necessarium, ex epistola ad
 Hebr. 7. vers. 14. Centies iam isti lapidi dixi: &
 ramen in eundem hunc scopulum statim impin-
 git idem iste col. 440. L. C.

Quinta ratio Bellarmini est manifesta in noi-
 calumnia. Nam etsi vnum & idem esse ^{διωτερά} ^{ἀποτέλεμα}
 Diuinæ & Humanæ Christi naturæ in opere no-
 stræ Redemptionis concedimus, & agnoscimus
 diuersam tamen & distinctam esse in eodem
 illo opere Humanæ naturæ ἐνεργείαν & actio-
 nem à Diuinæ naturæ actione, & ἐνεργείαν in ea-
 dem Christi persona tuemur, & docemus cum
 Damasceno.

Ad Cap. v i.

Dicimus potestatem eam & virtutem, pa-
 quam Christus potuit mori, & Resur-
 gere, emanare ex eo, quod idem hic, qui A-
 nimã habebat, erat & est quoque Deus, Iohan. 1.
 ver. 18. Bellarminus ait esse humanæ naturæ. Pri-
 mum pugnat cum Paulo, qui 2. Corinth. 13. ver.
 4. potentiam Resurrectionis tribuit diserte &
 distinctè Deo, diuinæque naturæ. Deinde sal-
 lit à transitione seu Migratione de Genere ad
 genus, Nimirum à Re, quæ deponitur, &
 resumitur

resumitur ad Virtutem, qua res ea deponitur. Res ipsa, quam deponit Christus & resumit est quidem Anima humana, quæ pars est naturæ ipsius humanæ: virtus autem est à Deo. Id quod testimonio Augustini, Tractatu 47. in Iohannem, quod ipsemet citat, aperte confirmatur.

Responsio Bellarmini ad secundum nostrum argumentum ex secunda Corinthiorum quinto, versu decimo octavo. *Deus*, inquit Paulus, *Mundum sibi reconciliauit*, est nihili. Ergo est reconciliator.

Item ad tertium argumentum ex Hebræorum capite quarto, versu decimoquinto. 7. ver. 3. nostrum nihil respondet, sed nugas agit, vt ait ille, nugerrimas. Præterea Thomæ suo contradicit, qui in tertia secundæ quæst. 57. Artic. 2. sic disertè scribit *Christus ex virtute diuinitatis in cælum ascendit: non ex virtute humane nature*. Id quod etiam testatur Augustinus in Sermone de Ascensione Christi 176. in Sermonibus de Tempore. Bellarminus tamen aperte negat.

Reliqua verò nostrorum argumenta sciens ac prudens prætermisit Robert. Bellarminus, Quia, quid illis responderet, nihil omnino habuit. Ea verò quæ sint, vide apud Calvinum in Epistolis, Epist. 312. Bezam Episto. 28. Simlerum in libro contra ipsum Stancarum ædito. Sunt enim multiplicia & multa, veraque.

Ad Cap. VII.

Testimonia quàm rectè & appositè ad nostram sententiam confirmandam citentur ipsi loci ex Patrum scriptis citati ostendunt. Ergo

pium Lectorem obsecramus obnixè, vt eos attentè legat. Præterea varietas illa ad vnum & eundem locum ab hoc prolatarum solutionū declarat luce meridiana clarius, quàm sit ipse in his explicandis dubius ac incertus.

Ad Cap. viii.

Prima solutio ad nostras rationes ex distinctione *Meriti & efficientis cause*, nihil valet. Nam Christus quà Homo, nihil apud Deum propriè meritus est, vt postea docebimus. Docet autè Christus velut instrumentum quidem ratione Dei sed nostri ratione, velut causa, Iohan. 6. versic. 45. Matth. 12. ver. 18. 23. v. 8. 1. Iohan 2. v. 27.

Secunda Bellarmini solutio ad nostras rationes tota est mera calumnia. Calvinum enim vel non intelligit: vel si intelligit, præuaricatur. Ait Calvinus Christum esse supra omnes creaturas, etiam quàm homo est. Nam supra Angelos ipsos beatos euecta est ipsius humanitas à Deo, Ephes. 1. ver. 21. Philipp. 2. ver. 9. 10. ac proinde & Prælatus, & Primogenitus (quod idem est) & caput Angelorum, Coloss. 1. ver. 18. Quæ quum optimo sensu à Caluino dicantur, iste veteratorie & verba, & mentè Caluini peruertit, fingens nescio quàm Mediatione à Christo factam Deo pro bonis Angelis. Beza, cuius scripta in Nouum Testamentum & annotationes legit Calvinus, probauitque, commodissime locos istos omnes explicat, quos studiose (multum enim in iis proficiet) legat, & euoluat Bellarminus, & tunc Calvinum cauillari desinet.

Ad Cap. I X.

Superior error Bellarmini hunc quoque pe-
perit, Nempe Christum pro seipso quoque me-
ritum fuisse, quum ne pro seipso quidem homo fa-
ctus sit, nedum meritus: sed duntaxat pro nobis:
principium autem merendi formale in Christo sit
humanitas Christi, non autem ipsius Deitas. Cur
igitur Principium & fundamentum denegatur, &
ea quæ ex eo principio promanât. Cæterum mise-
rum hic sese ostendit Bellarminus, qui ex Theolo-
go Grammaticus fit, & totus in vocis *Διὸ*, *Quare*
grammatica sophisticatione hæret: quæ apud
Theologos pro ratione loci, de quo agitur, vel ra-
tionalis est: vel conclusiva & continuans oratio-
nem, & tunc idem, atq; *sic, quare, postea* significat,
vti hoc, quem iste citat, loco Phi. 2. v. 10. Ergo ordi-
nem cōtinuationemq; sermonis ostēdit particula
Διὸ non autem causam, propter quam vti Act. 20.
ver. 26. Heb. 3. v. 7. 2. Pet. 1. 10.

Neq; Patrū dicta hîc citata, nos oppugnant. Nā
primum meriti nomē & merēdi pro dignatione &
hic, & vbiq; sumūt Patres, interprete Cypriano. Er-
go dicūt & Christū, & nos mereri, quia Deus di-
gnatur nos, aut Christū hominē ea gratia, quā ipsi
meritū esse Christū dicūt. Deinde hoc in loco Pa-
tres nihil de Christi merito, sui ipsius ratione, agūt:
sed de virtutis dūtaxat ipsius Humilitatis nepe di-
gnatione, & laude, quanta sit apud Deū. Quare ex
his Patrū dictis nihil pro se colligit Bellarminus.

Longe verior est hæc obiectio contra Bel-
larminum. Si gloriam meritus est homo Chri-
stus sibi, ergo & gratiam, & scientiam, quam in
Anima habuit. Id quod tamen isti negant.

Atqui ista sunt paria: Nam gloria defectum antecedentem praesupponit, uti & scientia, & gratia: quicquid elabendi causa scribat Thomas.

Ad Cap. x.

Prima solutio Bellarmini est nihili. Nam loquitur Calvinus de persona Christi, quam negat habuisse necesse, ut sibi aliquid mereretur. Bellarminus agit de natura Christi diuina quae descendit; & formam serui accepit. Imo nec in hac serui forma quicquam sibi mereri potuit Christus, quoniam in ea forma fuit Creatura. At vero creatura de suo creatore nihil mereri, teste ipsomet Christo, potest, Luc. 17. ver. 10. Thomas in tertia secunda, quaest. 19. Artic. 3. in corpore Responsio. 1. Corinth. 4. ver. 7.

Responsio Bellarmini ad suam ipsius obiectionem col. 446. L. D. primum suis omnibus aduersatur, Nam Christus ab omnibus statuitur fuisse in his terris comprehensor: ergo non fuit in via merendi. Quod enim addunt eundem quoque fuisse viatorem, est profus *αὐτῶν* & tam *ἀδύνατον* & absurdum, quam esse quidpiam simul Perfectum omnibus suis partibus, & Mancum vna aliqua sui parte, vel pluribus. Deinde idem Bellarminus seipsum euertit. Nam scribit hic Animam Christi sibi acquisuisse gloriam per actus repetitos, & peractos in corpore. At supra contendebat Gloriam Animae Christi ex ipsius vnione hypostatica cum *λόγῳ* profluxisse ab ipso Conceptionis momento, ergo nequaquam ex actibus Animae repetitis. Sic sibi contrarius est Bel-

est Bellarminus. Denique idem hic suis repugnat omnibus, qui quum gloriam Corporis Christi fateatur esse debitam, & consequi ex vnione hypostatica naturæ humanæ cum diuina, eam sub meritum tamen cadere vult. Contra omnes. Negant enim illud cadere sub meritum, quod est ex alio consequens: Pugnatur enim tale meritum cum hac regula Naturæ, *Causa causæ est causæ causati.*

Ad secundum Caluini argumentum nihil respondet columna 447. L. A. Bellarminus. Nam quod ait expressum in Dei verbo nequaquam esse, Christum pro se neque meritum, neque passum fuisse, huius hominis *ἀθρολογίαν* ostendit. Quum enim addat disertè Scriptura vbique locorum eum pro nobis passum, satis explicat, ac declarat nequaquam eundem pro se passum: ac proinde neque meritum. Nam quum expressa quædam sunt in Dei verbo, alia prorsus excluduntur. Exprimitur autem Christum pro nobis fuisse passum, ergo pro nobis duntaxat. Quod autem idem Bellarminus scribit peccatum Adami fuisse non veram causam passionis Christi: sed causam duntaxat, *Sine qua non*, manifestè Dei verbo contradicit. Scriptum enim est de Christo, *Traditus est propter peccata nostra Rom. 5. v. 25. Tradidit seipsum pro nobis, 8. ver. 32. & Gal. 2. ver. 20. Tit. 2. ver. 14.*

Ad tertium Caluini argumentum responsio Bellarmini nihil valet. Facit enim Christi passionem mercenariã, vt pote qui non pro nobis duntaxat, sed pro se quoque illam passus sit vt sibi inde re-

portaret mercedem à Deo. Deinde quod addit iste, Christum per alios actus sibi gloriam corporis & cæt. mereri potuisse, confutatur, primum ab isto, qui col. 445. L. C. vult, traditque Christum per mortem crucis sibi, illam gloriam fuisse meritum: deinde ab aliis omnibus Sententiariis, qui ex Philipp. 2. ver. 9. 10. idem, etsi tamen imperitè, colligunt, nempe Christum ex sola morte sibi gloriam acquisiuisse.

Ad postremum Caluini argumentum cæcutit plane Bellarminus, quia Christum sibi, vt esset caput Mundi, meritum fuisse modò ait, modò negat. Primum sibi constet, postea nos eum refellemus. Et hic quidem est huius libri quinti finis cuius iam sequitur emendatio verissima.

Censura, & examen Quinti libri.

IN hoc libro quinto versantur quemadmodum I quæstiones duæ, sic duo errores grauissimi. Primus est, Christum, simpliciter, quâ homo: non etiam, quâ Deus, nostrum apud Deum redemptorem esse. Falsum est istud. Nam natura seu materia, in qua passus est Christus, fuit quidem Humana Christi natura: virtus autem seu natura humanam illam sustentans, & fortificans, fuit diuina. Ergo Christus, quâ Deus, & Homo, fuit noster apud Deum Mediator. Augustinus in Homil. de ciuibus, cap. 12. Neque sola Christi Deitas, neq; sola Humanitas fuit nostra Mediatrix. Idem in Enchiridio, ca. 108. libro item 1. de Consensu Euangelistar. capite 35. libro nono, Ciuitate Dei, cap. 15. Bellarminus ipsemet, *Christus*, ait, *nō esset Mediator, nisi esset Diuina persona, que officium Mediatoris exer-*

ris exerceret, col. 434. L. B. & col. 433. L. C. §. Et in li-
bro damnat Stancarū, quia nullam facit mētionem
diuini suppositi in officio Mediationis nostræ
apud Deum. Ratio est. Nam in opere nostræ cum
Deo reconciliationis, aut totum Christi Dei &
Hominis suppositum operabatur, & sic obtine-
mus intentum: aut vna tantum illius pars & na-
tura. Si diuina, ergo Deitas in Christo passa fue-
rit, & sic in hæresin Theopassitarum incidet, quâ
commemorat, damnâtque Damascenus: aut erit
iste Monophysita, quia naturam in Christo Di-
uinam & Humanam eandem esse finget. Sin ve-
rò solam humanam Christi naturam tunc opera-
tam esse vult, euadet Stancari hæretici discipu-
lus, quem iste repudiat. Ait enim, col. 435. L. D. §.
Probandum, non solum secundum naturam hu-
manam Christum fuisse Mediatorem, si sermo
fit de Principio formali. Textus est Sacræ Scri-
pturæ, Hebræ. 7. versu decimo quarto, Christus
per Spiritum æternum se obtulit Deo, Actorum
vicefimo, versu vicefimo octauo, Deus sanguine
suo redemit Ecclesiam, qui nostram sententiam
manifestè confirmat: Bellarmini autem errorem
confutat. Nam in vno, & eodem Christi opere,
ac præsertim nostræ cum Deo reconciliationis,
communiter Humana & Diuina Christi natura
operantur quidem: verum diuersa est humanæ,
diuersa Diuinæ Christi naturæ, in eo opere inép-
ta & actio. Quod etiam columna quadringen-
tesima tricesima nona, L. D. §. Ac ut exemplis cō-
cedit noster Bellarminus.

Nam quòd miratur Christum, quâ Homo, sibi

ipsi qua Deus est, obtulisse sacrificium, imperi-
 tiam suam plane detegit. Nam & Augustinus,
 Lib. de Ciuitate Dei x. cap. xx, & Cyrillus in A-
 pologia hoc ipsum testantur: & Christus seipso
 maior, & Minor dici potest. Quod item quasdam
 Augustini Phrases emendare conatur homo iste,
 quia dicitur. *Humanitas passa, Deitas sustentata*
 quasi duæ in Christo personæ constituantur,
 quum actiones sint suppositorum, ineptum so-
 & insulsum prodit. Quis enim ignorat tunc ab-
 stracta pro concretis, vti contra sæpe concreta
 pro abstractis sumi propter vnionem hypostati-
 cam, aut Diuinæ naturæ simplicitatem? Deni-
 que quod sentit suppositum Christi nostri Me-
 diatoris diuinum esse oportuisse, non vt naturam
 humanam sibi vnitam (quæ tunc infinitos dolo-
 res patiebatur) sua virtute & intrinseca sustenta-
 ret: sed vt actiones istius hominis Christi essent
 infinitæ dignitatis, quoniam ab ea persona, quæ
 Deus quoque esset, sint profectæ, ridiculum quæ-
 dam habet, & *ἀνύσβητον* quasi in contractibus pro-
 portio geometrica, & iustitia Distributiua: non
 autem proportio Arithmetica, & Iustitia Cõmu-
 tatiua locum habeat. Id quod falsum est. Agitur
 enim in contractibus ex pacto, in quibus promi-
 sum præstandum est, & quidem tantum, quan-
 tum promissum est, siue à Rege, siue à Paupe-
 re promissum exigatur. Neque facit dignitas ti-
 centum, sed triginta duntaxat aureorum solutio
 liberet debitorem. Itaque perperam isti scribunt
 vel guttâ, sanguinis Christi potuisse nos redimere
 propter

propter *ἀγλαΐα* personæ Christi. Nā frustra Christus mortem esset perpeſsus: & Mors ipsa ex pacto debetur Genes. 2. ver. 17. propter peccatum. Et hæc de prima quæſtione.

Altera huius libri quæſtio est de Merito Christi, Vtrum sibi quoque meritus sit homo Christus, dum in cruce patitur, aut per alios suos actus, dum in his terris vixit. Sententiarij Christum sibi quoque meritum aiunt, nos autem negamus. Eorum rationibus iam refutavimus: solutiones ad nostra argumenta confutavimus. Quid igitur restat, nisi vt prorsus *ἀδύνατον* hæc Sententiariorum sententiam ostendamus, non tantum ineptam?

Ac quidem inepta apparet, quòd meris præſumptionibus, & coniecturis iisque falsis innititur. Præſumptio falsa, eaque prima est, Animā Christi ab ipso cōceptionis instāti sic perfectā fuisse, vt proficere nō possēt. Atqui hi ipsi, qui ista dicūt, sibi cōtradicunt, Faciunt enim Christū in his terris etiā Viatorē, ergo qui proficere potuerit. Præterea ista præſuppositio refellitur apertè ex Luc. 2. ver. 52.

Falsa præſuppositio secūda est hæc, Christū in his terris hominem statim atq; vnita est ipsius diuinę personæ natura humana ab eo assūpta, factū fuisse atque euasisse Cōprehensorem, id est, talē quales sunt beati Spiritus in cœlis, velut Angeli. Atqui tūc eguit ipsorum Angelorum consolatione Luc. 22. ver. 43. Angeli verò Angelorum, aut hominum consolatione nequaquam egent. Quare tunc fuit Christus minor Angelis Hebr. 2. ver. 7. Com-

prehensor autem tunc minime esse potuit, ex eorum ipsorum dogmate, ut pote qui tunc fuerit Viator, quum hinc viueret. Tam autem est, hoc ad uiam τὸν, quam quidpiam esse omni ex parte perfectum, (quod vox *comprehensoris* significat) & tamen aliqua sui parte mancum, Id quod *Viatoris* nomen declarat. Quæ duo sunt contradicentia & ἀσύνετα velut si quid dicatur esse adhuc in via & simul in Termino Viæ.

Ex quo fit, ut sine circuitione Durandus lib. 3. Sentent. P. Lombardi Dis. 18. quest. 2. N. 5. sic scribat *Præsupponi rationabiliter Christum mereri potuisse; non autem probari.*

Coniecturæ quoque quibus tota istius Bellarminici erroris moles fulcitur, sunt duæ, eaque plane falsæ. Prima est, Perfectius esse aliquid ex nostro merito, quam ex Dei gratia habere. Quod si verum est, perfectius erit & firmitus, nobis nostrisque operibus fidere, quam Deo. Id quod omnino damnatur ut impium Ps. 118. ver. 9. Hierem. 17. ver. 5. *Maledictus qui ponit carnem brachium suum.* Imo certissima est fides & spes illa, quæ Dei gratiæ non quæ hominis cuiusquam operibus & factis innitur. Roman. 5. ver. 5.

Secunda coniectura est, eaque falsa nobilitatem omnem esse Christo tribuendam, sicut ipsi loquuntur, id est, Christum Hominem in his terris omnium infirmitate caruisse, quæ non fit peccatum. Contra formam serui & ἡμᾶ ἀνθρώπου & ἀσθενεῖς omnes nostras, excepto peccato, in se suscepit homo Christus, Phil. 2. ver. 8. Hebr. 5. ver. 15. Fuit quidem Hominis Christi summa, ratione peccati (quo carnis

fuit omnino Christus) nobilitas: in reliquis autem rebus infirmitas carnis.

Sed & ineptam quoque esse hanc sententiam, quod Christus sibi sit meritis demonstrant illas quæ ex ea sequuntur absurda. Parit enim *ἀπερίωτος* infinitas quæstiones. Id quod damnat Paulus 1. Timoth. 1. vers. 4. è quibus pauca hinc brevitatis gratiâ, recensebo, qualis est hæc intricatissima, Vtrum Christus ab instanti conceptionis suæ sibi meritis sit. Lombardus lib. 3. Sententiarum Dist. 18. cap. 2. vult eum ab instanti sibi meritum fuisse. Quem plerique sequuntur. Ex quo sequitur omnes Christi, quæ sunt postea consequutæ actiones, fuisse superuacaneas, neque ex his, aut per eas quicquam sibi meruisse. Thomas tamen ibidem Artic. 3. & Durandus quæst. 2. N. 7. negant Christum ab initio conceptionis suæ sibi quicquam meritum esse, & sic Lombardo suo Magistro isti discipuli repugnant, eumque evertunt.


Alia quæstio ab istis inducitur propter hunc suum errorem: Vtrum Christus mereri omnino vel sibi, vel alius potuerit. Alij enim volunt Christum, quia fuit comprehensor, non fuisse in via merendi. Alij sentiunt Christum omnia simul habuisse: ac proinde nihil quicquam sibi, vel aliis prorsus meruisse. Nemo enim meretur id, quod iam habet.

Tertia quæstio intricatior superioribus, ac omnibus est, Quid sibi meruit Christus, Vtrum tantum duo hæc, Nimirum impassibilitatem, & immortalitatem animæ. Id quod alij fatentur, alij negant, quasi Christi anima ante mortem fuerit

impaffibilis, quum ipfemet Christus dicat, *Triffia
est anima mea usque ad mortem.* Matth. 26. vers. 38.
Vel quasi anima à Christo assumpta, quum sit hu-
mana, non esset absque alio vlllo merito, quem-
admodum cæterorum hominum, immortalis
Deus bone, quanta absurda hæc scholasticorum
sententia gignit? Quæ ex osus Lombardus cap. 3.
& cap. 4. scribit, Christum hæc duo habuisse ab-
que merito. Alij volunt Christum sibi meruisse
gloriam corporis duntaxat: alij addunt, etiam
nomen & dignitatem eam, per quam est supra om-
ne nomen. Denique sic isti inter se digladiantur,
& incerti discedunt, vt nihil ex eorum senten-
tia constitui possit. Et hæc quidem probant
absurdam esse istorum hominum, quod Christus
sibi meritus sit, sententiam.

Sed quis ferat huiusmodi homines nõ tantum
vanis & ineptis sed etiam impiis quæstionibus in-
re tanti momenti ludentes? Sic enim de Christo
loquuntur, quasi de eo qui sit simpliciter creatura:
quod tamen dicere iam diu cõtra Arianos decre-
tũ est esse nefas. Certè creatura, quatenus creatura
de Creatore suo nihil mereri potest. Luc. 17. v. 10.
*Quum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicitur
re serui inutiles sumus. Nam quod debuimus facere,
re, fecimus.* Et, qui aliquid à se habet & ex merito,
apud Deũ gloriari potest. Nã habet hoc ex operi-
bus suis, Roma. c. 4. v. 2. Absit verò vt Christus eo
loco & numero cõseatur. Est verè Deus & verè ho-
mo vnũ idẽq; *ὁ φησὶ ἀμφοῶν* cõstituẽs, & hypostaticè
vnionis vi salutis electorũ autor, qui obedientia illi
illa perfectissima quã præstitit Patri, lege ad vltimã
vlq; apicẽ seruata (quatenus Deũ toto corde & to-
ta ani-

ta anima dilexit, & proximū plusquā seipsum) nō
 quidē sibi, sed suis, i. omnibus eidē per verā viuāq;
 fidē cū illo coalescētib. vitā æternā promeruit. Est
 enim factus nobis à Patre Iustitia, Sapiētia, Redē-
 ptio, Sanctificatio, 1. Cor. 1. Tamē eū extulit Deus.
 ad summā sublimitatē, & donauit ei nomē quod
 est supra omne nomen. Philip. 2. v. 9. Dataq; est ei
 omnis potestas in cælo & in terra. Matth. 28. Ut
 habeat gratiā, quā vocant Capitis, quæ ab eodē in-
 mēbra deriuetur, quatenus est Mediator Ecclesię:
 & pacto legi appposito satisfecit. Sed mittantur
 malē feriatorum huiusmodi hominum trica



AD ROBERTI
 BELLARMINI
 TERTIAM CON-

TROVERSIAM,

QUÆ EST DE SVMMO
 PONTIFICE.

LAMBERTI DANÆI BRE-
uis & necessaria Responso.

Ad præfationem.

NEQVE mirum dictu, neque difficile
 creditu fuit Romani Pontificis manci-
 pium Robertum Bellarminum Mona-
 chum bene de Romani Pontificis mu-
 nificētia, aliquot sodalium suorum; exemplo;

sperantem totos animi & corporis sui conatus in Romæ Pontificis culina tuenda, cuius nidore Romæ pascitur & lubenter viuit, positurum, & conuersurum fuisse. Quis enim ignorat quin Larynx ista lumbricum & sacerdotium aliquod à Romano Pontifice petat, vt ait Plautus? Sed difficilem, & inutilem laborem, præsertim post. Frat. Francisci Turriani, & ipsius Monachi, scripta de eodem argumentò à V. CL. atque eruditissimo Antonio Sandeele luculenter refutata, Bellarminus suscepit in his quinque libris. Verùm suo Domino, & hero adulari, quod Lateranus Neronis mancipio etiam moriens exprobrauit, famelicus seruus iste voluit à quo tamen non plus, quàm G. Genebrardes summus Pontificis Romani, miserimúsque & ipse affecla ab ipso P. R. consequetur, fumos. Nimirum, & verba: Non rem, non sacerdotium. Sic enim & hunc & alios iam quam plures coruos artifices & auceps iste Romanus delusit hiantes. Sed vt sacerdotium ex hac sua arte & assentatione tandem aliquod habeat Bellarminus, quid aliud de eo viri boni iudicabunt, quàm Hominem istum Bellarminum habuisse & linguam, & Manum, & conscientiam venalem? Verùm Romæ, quemadmodum iam pridem scripsit Iuuenalis poëta, bonus est odor lucri ex re qualibet, etiam ex sordibus, ex Cynædis, ex lotio, ex parasitica assentatione.

Cæterùm miserum se prodit, & infelicem Bellarminus. Nam oram ex ipso portu soluens Italicum naufragium facit, dum manifestos S. scripturæ locos, qui (testibus Apostolis ipsis, quos citat) ad Domi-

Dominum nostrum Iesum Christum pertinent, ad Antichristum, Romanumque Pōtificem aperte detorquet, vt qua conscientia & fide reliquam tractationem persecuturus sit, ex ipso illius proœmio omnes intelligant. Nimirum veteratoriè, & peruersè totam Sacram scripturam, vt suum Antichristum Deum faciat, corrupturus, &, si potest, euersurus. Verùm te Bellarmine, vel inuitum in gyrum rationis reducam, & feroces illos & altos tuos pro tuo Deo Romano spiritus, vero Deo bene fauente, comprimam ac compescam. Sed quid erit difficile? Nam falsum principium similis doctrina sequetur, quæ erit confutatu facillima. Sed quis iste furor est, obsecro locum Isaia cap. 28. ver. 16. *Ecce pono lapidem preciosum in Sion, &c.* quem & Christus ipse Matth. 21. ver. 42. Luc. 20. ver. 17. ad se vnum pertinere docet: & Petrus sic prorsus de vno Christo exponit Act. 4. ver. 11. 1. Petr. 2. ver. 6. Paulus quoque Ephes. 2. ver. 20. ad Pontificem suum Romanum, id est, ad Antichristum, omni proiecto pudore, transferre? Putauit homo iste omnes eos, qui ipsius libros legerēt, fore Barones, & pecora campi? Verùm certe quidem est quod *Aneas Syluius Italus*, qui postea Pontifex Roman. Pius dictus est, scripsit de *Monachis*, *Non audeat Stygius Pluto tentare quæ audeat Infamis Monachus, plenâque fraudis anus.* Nemo, inquit Paulus, fundamentū & caput aliud ponere in ecclesia potest, præter vnum Christum, 1. Corinth. 3. ver. 11. Sed & præuaricatur Bellarminus. Eos enim homines, quos defendit, fatetur & agnoscit col. 454. sceleratissimos esse, & eorum cri-

mina, vitiâque sic à nemine ignorari, vt de his probandis minime sit nobis laborandum. Ergo contra eos dicit, vi veritatis victus, quibus venerat aduocatus.

Quod autem exprobrat, nos Euangelicos nondum generale hominum nostrorum, & nationum (quas multas esse agnoscit) Concilium congregare potuisse, putidum est. Quis enim nescit Romani Pontificis, ne dicam carnificis, artibus, & locustarum ipsius, quæ apud Reges coaxant & strident aduersus Christi doctrinam, discursationibus nos, quò minus conveniamus omnes in vnum, impediri? Ille nobis insidias in itinere struit, Id quod crudelitas in Iohannem Hussium, & Hieronymum Pragensem ab istis contra fidem publicè datam immaniter perpetrata demonstrat. Taceat igitur rana ista hoc loco aut se ipsum, suos, & imprimis Romanum Pontificem accuset. Quanquam quid nos Euangelicos consilium iuvari ad fidei nostræ consensum tuendum inter nos necesse est, quum illa in Dei verbo scripta eoque vno fundetur, quod nunquam variat: nec autem in hominum traditionibus, quemadmodum Pontificiorum fides, quæ quotidie ab iis ipsis mutantur. Præterea quum (vno modò de Veritate corporis Christi excepto articulo) in reliquis omnibus fidei Christianæ capitibus omnes inter nos consentiamus, Id quod in scholasticorum qui sunt doctrinæ Põtificiæ magistri, decretis minime cernitur, quum eorum alij sint Reales, alij Nominales: alij Thomistæ, alij Scotistæ: alij De-

bitantes, alij Resolutiui. Nec verò Pontificatum istum Romanum, personarum, qui Pontifices sunt, ratione odimus: sed ordinis, tyrannidis, status, & doctrinæ, quæ ibi locum habent, respectu: quoniam ille ordo, illaque doctrina est vere Regnum Antichristi à Paulo 2. Thess. 2. descriptum. Itaque quo quispiam ardentius Christum amplectitur, eò certè vehementius hoc Antichristi regnum detestatur, quod itidem Apocalyps. capite decimo tertio & 1. Iohan. 2. & 3. 5. Scriptura execratur, & odit.

Porro quòd Bellarminus quauis ætate videt aliquos fuisse isti Romanæ tyrannidi, quam tamen tuetur, aduersatos, arguit, & ostendit Deum mature huic malo, & pesti ecclesiæ prospicere voluisse, & mederi, si modò mens hominum læua nō fuisset, aut, sicut ait Paulus 2. Thessal. 2. vers. 10. & 13. si homines amabilem veritatem potius quàm mendacium scèdum amplecti voluissent. Sed veritati mendacium & apostasiam prætulèrunt. Ceterum in media ipsa Roma Arnoldus de villa noua pene ante sexcentos annos hunc Romani Pontificis Primatum euertit, qui omne genus hominū & quidem meritò, semper exosum est. Et in libris Conciliorū nihil apparet tã saepe damnatū ab ecclesia, bonisque Episcopis, quàm tyrānis ista Pontificū Romanorum. Sed rem ipsam aggrediamur.

Ad Cap. 1. II. & III.

DVplex viriū in his tribus capitibus inest. Primum, quòd nihil hæc tria capita ad regiminis (quod in ecclesia statui debet) formam & rationē stabiliendam pertinent. Nā hæc disputatio de Mo-

narchiæ præminencia ad Ciuile & Politicum regimen spectat. Illud autem toto genere ab Ecclesiastico dispar & dissimile est, teste ipsomet Bellarmino, col. 467. L. C. §. *Secundum est.* Ergo ab illo regiminis genere, id est, Politico ad hoc ecclesiasticum argumentari, est fallacia & migratio de genere ad genus. Quæ est puerilis ratiocinatio.

Alterum Bellarmini in his tribus capitibus vitium est, Quòd ecclesiastici regiminis stabilendi probandi, indicandi fundamētum non ex Iohannis Caluini viri, & D. cæteroquin eruditissimi, & *Θιολογοτάτῃ*, scriptis petendum est & statuendum: multòque minus ex Platonis, Aristotelis, Philonis, & aliorum huiusmodi Scriptorum libris: sed ex ipsissimo Dei verbo scripto est definiendum. Illud autem docente Christo Luc. 22. vers. 25. plannè cum Monarchia pugnat. *Reges,* ait Christus alloquens suos Apostolos futuros ecclesiæ Rectores, *gentium dominantur eis, &c.* Vos autem, non sic. Idem tradit Petrus 1. Epistola cap. 5. vers. 3. Verat enim esse vllum inter Pastores ecclesiæ futuros dominatum & Imperium. Verùm tam bonos sententiæ autores non sequitur Bellarminus, quos scit sibi esse, suòque Primatui Romano planè contrarios. Nam Deus ne paxillum quidem aut clauu arcae suæ, nisi ex suo mandato inesse voluit: ne dum vt quod ecclesiæ suæ regimen esse debeat, prætermiserit.

Quod capite secundo tam prolixè de Monarchici regiminis laude, & de loci Homerici *ἐν ἀγορῇ τῶν πολυκοσπανῶν*, &c. interpretatione disputat Bellarminus, totum hoc ab eo longè repetitum est, vt ali-

vt aliquam ingenij sui ostentandi occasionem caperet, imò arriperet. Sed tam bellæ isti picturæ, & huic cupresso non erat in hoc argumento de Regimine ecclesiastico locus, à quo Monarchiam Christus prorsus excludit, *Regnum meum*, ait, *non est de hoc mundo*, Iohan. 18. vers. 36. Vt Petrus ipse, pro cuius successoribus, vt putat Bellarminus, hæc Pyrricham saltationem & pugnam depugnat assentator, vocat se non regem Presbyterorum, sed tantum *Compresbyterum* 1. Petr. 5. vers. 1.

Quod colum. 459. L. D. Caluini arrodendi vndiquaque quærit occasionem, frustra est. Nam neque mentem Caluini capit, qui nõ de Monarchia per se agit, sed quatenus eam isti Regimini ecclesiæ applicant. Id quod ex versu illo Homérico fieri & probari posse negat Caluinus. Quæ sit enim forma regiminis ecclesiastici, ex ipso Dei verbo, non ex Homeri locis & Iliade definiendum est. Neque hæc disputatio ad hunc Rhombum vlllo pacto pertinet, quid Homerus senserit, quemadmodum neque eæ, quæ col. 560. 561. 562. 563. 564. continentur, tam mirè in perdenda & consumenda charta sibi placuit Bellarminus, quem etiam miror, cur Polybium prætermiserit, qui lib. sexto Historiæ, melius doctiùsque de toto hoc argumento, quàm omnes oratores, Poëtæ, & Philosophi, quos hic citat, tractarat. Sed Polybium adhuc nondum legerat Bellarminus. Nam eum citasset, & quidem commodius & honestius, quàm quod de Gruibus, Apibus, Muribus, & Glyribus contra Caluinum disserit.

Cæterum, quod col. 461. L. C. D. colligit for-

mam Reipubl. regendæ inter Israelitas fuisse regiam gubernationem, ac proinde ecclesiam sub Evangelio Monarchici regiminis forma administrari debere, fallacia est Ab Ignoracione Elenchi. Fit enim migratio de genere ad genus, Nimirum à Politico regimine ad Ecclesiasticum. Verùm seipsum refutat Bellarminus qui col. 462. L. A. agnoscit Politicam Israeliticæ reip. gubernationem fuisse mixtam, itē & col. 465. L. C. D. non regiam, sed qualis nunc est Venetiis ciuitate antiquissima in ora Maris Adriatici, & opulentissima.

Ad Cap. IIII.

NON animaduertit homo acutus Bellarminus D. Johannem Calvinum, quum Aristocratiam præfert Monarchiæ, spectare hunc mundi (qualis est, qualisque futurus vsque ad cōsummationem seculi) statum, in quo peccatum regnat, atque regnaturū est in hominibus. Nec enim fingit animo vtopiam Thomæ Mauri, aut Roberti Bellarmini, qui Rempubl. in hoc Mundo comminiscuntur, quæ neque est, neque fuit, neque vnquam futura est. Itaque quicquid iste in hoc capite disputat de seclulis circumstantiis, & hominum etiā Regum in his terris infirmitate, & peccatis amotis, auulsis, & extinctis, planè friuolum, puerile, & ægri hominis somnium est. Quod autem scribit & differit Calvinus, rem ipsam, & homines Reges, quales sunt, representat, & quod in vsu esse potest monstrat: non autem quid maius hominum speculatio, falsaque cogitatio imaginatur, proponit, cuius nullus vnquam erit in hoc Mundo vsus. Ac proinde quantum rei veritas à mendacio

dacio differt: tantum Caluini sententia in hoc argumento somnium Bellarmini superat, cuique præferenda est.

Ad Cap. v.

VT paginas impleat homo iste nostróque otio abutatur, ecce *Ca. 5. w* asciscit & remotissima ad hanc questionem corradit, vt ingenij, si qua est, industriam sui híc, velut in cãpo vberrimo, ostendet. Rem denique à gemino, vt est in veteri Proverbio, ouo repetit. Atqui vna hæc ratio verissima & breuissima totius huius argumenti tractandi fuit, vt ex Dei verbo scripto doceret, Ecquod Christus inter suos Apostolos. & corú successores regimẽ ecclesiasticũ constituisset. Id quod ex Luc. 22. vers. 24. 25 apparet. Denique seipsum statim evertit Bellarminus, qui aut sibi pugnantia dicit: aut planè cum Caluino (quod minime tamen videri vult) cõsentit, col. 468. L. A. §. *Iam verò.* Nam vel pugnat secum dum ait & contendit toto hoc opere ecclesiæ regimen esse Monarchicũ, & quidẽ plane: & tamen híc negat. Vult enim esse mixtum ex Aristocratia, & Democratia. Vel idem dicit prorsus, quod Caluinus, quem tamen (tam est Bellarminus inconstans) reprehendit. Eligat ille quid malit, vel Calvinista audire, vel sibi contrarius.

Ad Cap. vi.

Verbosus est hic scriptor in toto isto capite, non neruosus. Nihil enim probat. Nam quòd varia exempla profert ex quibus Episcopos vel ab Apostolis, vel ab alijs Episcopis creatos fuisse apparet, nihil ex illis efficit. Nõ enim à solis Episcopis, excluso populi & plebis (in qua illi erant cõstituẽdi) suffragio hi Episcopi sunt electi, &

creati: sed disertè populi consensus in eiusmodi electione per manuum extensionem *χεπορευια* interuenisse traditur, Actor. 6. vers. 3. 5. 14. vers. 23. 1. Timoth. 4. vers. 14. Id quod peruersè Bellarminus pernegat. Quamobrem hæc Bellarmini consecutio est fallacia, A non consequenti. Præmittit enim vnam electionis istius causam. Nempe populi consensum. Sic intelligendum est quod scribit Paulus 2. Timoth. 1. vers. 6. Tit. 1. vers. 5. *reliqui te vt oppidatim constituas.* (Per populi videlicet suffragium) Presbyteros, seu Episcopos. Cõfirmatur nostra sententia & interpretatio ex Cypriani lib. 3. epist. 9. & 14. atque etiam ex ipsismet Pontificum Romanorum, id est, ipsorum Bellarminideorum decretis, Gelasij primi, Innocentij primi, Leonis quarti, Can. *Plebs Diotrensis*, Can. *Reatina* & Can. *Obeuntibus*, Dist. 63. Ipse Bellarminus col. 471. L. A. ne id verum esse neget. Durauit enim mos iste, vt ex consensu totius populi Episcopi eligerentur vsque ad annum Domini nongentesimum. Ergo Bellarminus columna quadringentesima sexagesima nona L. B. fallitur, & errat manifestè quum scribit, *In prima, & purissima ecclesia nullum locum habuisse Democratiam, quum ecclesiasticum Magistrum non plebs, sed Apostoli constituerint.*

Merè autem & purè Democraticum esse, aut fuisse Regimen ecclesiæ, nemo nostrum ad hunc vsque diem, quicquid Bellarminus cauilletur, dixit, sensit, scripsit. Ergo ad alios phaleras istas & calumnias suas differat, & transportet Bellarminus. Nos enim nequaquam attingunt.

Quod an

Quod autem colum. 471. L. A. scribit iste Matthiam ab Ecclesia in numerum Apostolorum electum, & cooptatum fuisse, quemadmodum ab eadem ecclesia septem Diaconi dicuntur creati, Act. 6. vers. 5. perspicue fallitur. Nam Deus ipse immediate elegit Matthiam ex duobus sibi ab ecclesia oblati Actor. 1. vers. 24. non Ecclesia. Debuerunt enim Apostoli ab ipso Deo immediate deligi Actor. 10. vers. 41. Galat. 1. vers. 1. 2. Diaconi vero ab ecclesia fuerunt electi. Itaque de his agens Lucas, ait ἐξελεζάντο: de Matthia & socio, εἰς ἡσαν δ' ἑο.

Ad Cap. VII.

Est maligna Bellarmini in hoc capite mens, & erobulta fraus. Nam dum velle videtur suum veris & legitimis Episcopis honorem, & ius asserere, omnem omnino potestatem principibus, piisque Magistratibus in ecclesiam semel astuteque adimit. Dum vitat igitur iste vitium vnum, in alterum, & quidem maius, incidit, tam est scriptor prudens. Est quidem Episcopis veris relinquenda sua in suum gregem autoritas, qualis illis Deus concedit: propterea tamen piis Magistratibus sua quoque in ecclesiam Dei potentia, inspectio, autoritas non debet auferri, quoniam pius Magistratus est vtriusque legis diuinae tabulae custos, qui & Dei verum cultum, & veram inter fideles charitatem ac disciplinam procurare debet Roman. 13. 1. Timoth. 2. vers. 21. pro sua iurisdictionis, ac potestatis modo, iure, & gradu, Deuter. 17. vers. 18. 1. Chronicor. 25. 26. At Bellarminus ut Episcopis suum in ecclesia ius asserat, Principibus & piis Magistratibus.

suum adimit & aufert omne. Sic dum vult videri
in Episcopos pius: fit in Principes sacrilegus.

Sed & ipsis illis, quos hinc tuetur, Episcopis magnam iniuriam facit aduocatus iste Bellarminus, dum eorum ius & autoritatem col. 472. L. C. D. tam malis ruinosisque fundamentis imponit, & super ædificat, Nimirum, Primum allegoricis & ineptis quibusdam Pl. 45. vers. 17. interpretationibus, quæ nullum momentum, & vim nullam habent. *Pro patribus nati sunt tibi filij*, id est, hoc interprete, *Pro Apostolis nati sunt fideles multi*. Ergo solis Episcopis ius in ecclesiam competit. Quis hoc genus argumenti ferat, & fallaciam, A non consequente, esse manifestè non videat? Malam igitur à suis Episcopis gratiam inuit iste. Deinde quibusdam Pontificum aliquot Romanorum, qui piis Magistratibus hostes asserrimi semper extiterunt, rescriptis, velut, Gelasij & Gregorij Magni hoc Episcoporum suorum ius superstruit. Ineptè. Quis enim inimici de inimico suo testimonium æquus iudex ferat, & admittat? Est igitur hæc probatio Bellarmini fallacia, A non causæ pro causâ. Eodem modo peccat tota columna quadringentesima septuagesima quinta.

Præterea fundat hoc ius, extrahitque vi quadam Bellarminus ex quibusdam Patrum scriptis, sed fallaciter, & veteratoriè A dicto secundum quid ad dictum simpliciter argutans colum. 472. L. D. Quod enim Ignatius, Nazianzenus, Chrylóstomus, Ambrosius & alij sacrum Ministerium commendant etiam supra régés ipsos, intelligendum est in iis duntaxat hanc commendationem locum habere.

habere, quæ ad ipsos sacros Ministros peculiariter pertinent, qualis est puritas doctrinæ, morum, censura, custodia disciplinæ, in quibus Reges pij velut oves ecclesiæ suis Pastoribus & Episcopis subiici debent. In omnibus autem, & omni modo præesse ecclesiæ non debent, neque possunt Episcopi, quandoquidem & ipsa morum censura, & disciplina quoque ecclesiastica publica vim illam ab ipso Magistratu pio sumit & mutuatur, qua firma, vegeta, & vicens est, ac exercetur in regno pio publicè, & cum pœna & mulcta. Hæc enim à pio Magistratu, (velut eo, cui Episcopi etiam ipsi velut Cives subiiciuntur) *κῆρος* & auctoritatem publicam accipere debent. Sed hanc tam veram & facilem distinctionem neque percepit vnquam Bellarminus in tenebris natus: neque admittere audet, ne Pontificiæ culinæ & Romanæ nidore, quo alitur, priuetur miser. Itaque hanc distinctionem auctoritatis Episcopi & Principis pij in eadem ecclesia in toto hoc capite imperitissimè confundit, imo tollit Bellarminus, magno animi errore, vel scelere.

Quare maximè falsum est, & in Principes pios valde iniurium, quod iste columna quadringentesima septuagesima quarta L. A. §. *Verum est* scribit, Magistratus pios & Christianos Christianis subditis suis, non vt Christianis: sed duntaxat vt Hominibus, imperare. His enim & vt Christianis, & vt Hominibus præfunt, & imperant 1. Timot. 2. ver. 2. alioqui nullū discrimē esset inter Magistratum pium seu Christianum & Turcicum seu Infidelem, quod est falsiss. Nā & hi velut hominibus

imperant subditis suis: & procul dubio alia fuit
 Dauidis vel Ezechiaë pij regis, & Antiochi Illu-
 stris impij regis in Israelitas Imperij ratio, offi-
 cium, & consideratio 1. Chronic. 25. 26. quicquid
 hîc scribat, & contendat Bellarmin.

Quod ait col. 474. L. C. D. regimen ecclesie
 datum à Christo & Deo Episcopis, & Pastoribus,
 verum est: sed non solis. Iussi sunt enim reges &
 pij Magistratus & ipsi pro sua virili, & potestate
 in res externas à Deo sibi concessas inuigilare, &
 prospicere, curamque habere eiusdem ecclesie
 Dei. Id quod & Dauidis, & Ezechiaë, & Iosiaë re-
 gum in Iuda exemplis confirmatur, qui cultum
 Dei ordinarunt, vel restituerunt 1. Chronic. 25. 26.
 27. Item 2. Chronic. 19. & 2. Regum cap. 23. Item
 Constantini Magni, Theodosij Primi, Caroli Ma-
 gni Imperator. Romanorum, ac Christianorum.
 Id quod ex earum vita & historiis apparet à mul-
 tis descripta, vt hoc Bellarminum ignorare po-
 tuisse mirum sit: sed ab Episcopis suo Romano
 Deo commendari cupit, vt lumbricum habeat.

Quod itidem scribit reges officia sacerdotum
 inuadere non debere, contra eum ipsum facit.
 Nam neque pariter Sacerdotes Regum officia de-
 bent inuadere, vtrique tamen Dei veri gloriam
 promouere debent, & sic ecclesie Dei præfunt di-
 uerso modo L. *Cunctos populos.* Cod. de Summa
 Trinitate Augustin. epistola 48. 50. & 162. Gre-
 gorius Magnus libro quinto Epist. 25. Ipsemet
 Bellarminus columna 495. l. d. §. finali. Regum
 est, ait, *Custodes esse diuinarum legum, pœnis in-
 pedire blasphemias, hereses, sacrilegia, & curam de
 vera de-*

verâ doctrinâ tuenda, instituenda, vel restituenda gerere, eâque ex episcoporum, & Doctorum virorum iudicio definire. Ergo quod est regium in ecclesia regenda non debent Pastores usurpare. Sed quis iam Bellarminum in Iohannis Calvini sententiam pedibus ire non videt? Quid enim plus dicit Calvinus: Certe nihil. Ergo latetur cœlum, iâ Calvinista est, & bene sentit prioris suæ sententiæ & erroris pœnitens Bellarminus.

Ad Cap. VIII.

IN hac quæstione, Quomodo ecclesiæ administratio suæ cuique Pastori cōueniat, ad eumque pertineat, multa mihi docendus est Bellar. Nā quem admodum ex hoc ipsius scripto apparet, prorsus quæ sit vera, verbóque Dei præscripta & cōsentiens ratio regendæ à Pastoribus ecclesiæ, ignorat, homo in tenebris natus, in claustris educatus, qui ne per insomniū quidem veram ecclesiam vnquam vidit, quoniam totam vitam sub miserrimo & corruptissimo, quo delectatur, ecclesiæ Papisticæ statu vixit. Ergo tria mihi docendus est, primum Eosdem in Dei verbo vocari vt plurimum Presbyteros, & Episcopos 1. Timoth. 3. Tit. 1. Actor. 14. ver. 23. Hieronymus ipse in epistolam ad Titum. Etsi enim in Dei verbo, præsertim Nouo Testamêto, duo Presbyterorum ecclesiasticorum genera cōstituuntur, Vnum eorum, qui tantum ecclesiæ partis sibi commissæ mores & doctrinam obseruant, quos *υπερηγουσιν* Gubernatores etiâ Paulus vocat Ro. 12. v. 7. 1. Cor. 12. v. 28. Alterum eorū, qui etiam Dei verbū prædicant, quos & Episcopos, & Pastores, & Ministros idē Paulus nominat 1. Timoth. 5. v. 17. Ephes.

4. v. II. Actor. 14. v. 23. tamen vsitatius est, vt Presbyteri fere ij dicantur in Nouo Testamēto, qui de Dei verbo concionantur. Hoc primum, sed suo loco, docendus est Bellarminus à me, vel à nostris.

Secundum, Quatenus cura & gubernatio Ecclesiæ & gregis, suo cuiusque Episcopo & Presbyteris in eadem Ecclesia delectis competat. Tertium, Quomodo eiusdem gregis & Ecclesiæ cura tum ad Pastorem & Presbyteros illius, tum etiam ad Pium eiusdem Magistratum, præsertim summum communitèr pertineat: & quæ in ea gubernatione sit Ciuilis & ecclesiastica Iurisdictionis Conuenientia, atque discrepantia, Verum Bellarmine Si quid ergo adiuuero, curamve leuaro tuam, & te docuero (Nam hæc omnia prorsus nescis) ecquid erit pretij? Certè cõuitia & calūniæ, & nomē Heretici. Veruntamē te, & vestros hæc singula suis locis docebo, vt vos, si fieri potest Christo lucrifaciam.

Iam vero ad responsiones tuas, quas in hoc capere moliris in virum pium & orthodoxū (& qui solus, & primus ab hinc nongentis annis, verum Ecclesiæ Dei regimen orbi terrarum restituit) D. Johannem Calvinum, id est, in nostrarum Ecclesiarum Euangelicarum administrationem, ad eas inquam, accedo, easque examino.

Col. 476. L. C. ais Calvinum peccare. Quod cõtum Seniorum cum Pastore legitimè conuocatum, & delectum eum esse velit, qui de negotiis Ecclesiæ suæ iudicet, & definiat, ne ad vnum duntaxat cuiusque Ecclesiæ Pastorem gubernatio tota Ecclesiæ, Ecclesiasticorumq; negotiorū pertineat, & deferatur. Quam in greges & Ecclesias suas

suas tyrannidem Episcopi Pontificij Pontificem suum imitati vsurparunt.

Quod autē reprehendis, quomodo euertis? Ais, Nulla collata est à Deo potestas concilio Seniorum (sic enim scribere debuisti, non Sacerdotum) sed te, qui Missificator es, & occisor Christi, vel Leuiticus sacerdos, nō Christianus Senior, & Prefbyter, cōmendare voluisti) falsum dicit Bel. Dixit enim Christus, *Dic Ecclesie*, Math. 18. v. 17. qua voce Concilium Seniorum intelligitur, teste Christo eodem, Math. 5. v. 22. & praxi Ecclesie veteris, quę Pastorem & Seniores ecclesie congregabat ad dirimenda ecclesie negotia. Actos. 21. v. 18. teste Ignatio & Cypriano in omnibus pene suis epistolis.

Ait Bellarminus Secūdò, si penes Seniores ecclesie esset ecclesie regimen, res ecclesie negligenterur, quoniam, vt inquit Aristoteles, & ex eo Modestinus Iuriconsultus, quę in communi eurrantur, negliguntur. Respondeo hoc euenire, vbi vnum & idem negotium numero commendatur pluribus simul æquali iure: non autem quum eiusdem negotij & corporis partes pluribus demāndantur, sua cuique nimirum, de qua sua parte potestea rationem reddant singuli. Quod fit in ecclesiastico regimine nostro & vero. Singuli enim Seniores habent suam quisque prouinciam procurandam, de qua reddūt per septimanas ratione.

Quod autem veretur Bellar. vt Seniores isti facile conueniant, frustra timet. Res enim ipsa, docet omnes simul & sepius, & lubentius cōuenire in omnib. ecclesiasticis negotiis, quā velit vnus Pōtificus Epis. vel vnū solū suę Eccl. negotiū tra-

Etare: ad quod non nisi inuitus accedit. Sed de re sibi prorsus ignota loquitur Bellarminus, qui nullam vnquam Ecclesiam Reformatam & Euangelicam vidit. Ergo cæcis oculis, Antabatarum more contra nos pugnat, ignorans quid dicat & scribat.

Quum verò negotium ecclesiasticum aliquod omnium Ecclesiarum consensum requirit, sub capite vno Christo tunc omnes cõuenimus, & in eocœtu præest vnus ex Pastoribus delectus ab omnibus tanto solùm tempore, quanto durat ille cõuentus, & illa actio.

Tertia Bellarmini ratio col. 477. L. B. est nihil, & Paralogismus A figura dictionis, vel Ab accidente. Idcirco enim probatur Seniorum cœtus, & eorũ apud nos decreta, quatenus Dei verbo nituntur, & illi consentiunt: nõ propter ipsũ personarũ maiorem numerum, vt Papistæ faciunt & iste putat. Nam pauci semper fuerunt Electi Dei: Multi damnati & Repti.

Quarta ratio est fallacia Ab accidente. Quidam Seniores fuerunt hæretici, ergo in ipso cœtu Seniorum habitant hæreses. In claustris Monachorũ, & Hesuitarum ergo habitat inuidia & maledicentia, quia plerique Hesuitæ sunt inter se inuidi, & in bonos maledici.

Quod iste col. 477. L. D. ait Petrum præfuisse Concilio Hierosolymitano, ex eo refutatur, quod Iacobus totam illius Concilij conclusionem facit, non Petrus. Hoc autem agere, est Præsidis.

Reliqua quæ Bellarminus col. 478. per totum respondet ad argumenta Caluini, sunt prorsus futilia & inania, quemadmodũ quiuis facile intelliget, qui

get, qui ipsum Bellarmini scriptum legerit.

Ad Cap. IX.

HOc nonum & sequens caput decimum duntaxat ad rem, & questionem de Summo Pontifice Romano, faciunt: quæ verò præcesserunt, & sequuntur omnia, sunt extra rem, & *απὸ τοῦ λόγου ἔστιν.* Hic igitur status causæ positus est, Primum, Ut doceatur, Christum instituisse in regenda sua Christianaq; Ecclesia Monarchiam. Deinde istius Monarchiæ summum imperium datum ab eodẽ Christo fuisse. Romano, quicumque erit, Episcopo. Hæc si ex Dei verbo scripto euicerit Bellarminus, cononetur, & ut Olympionices à Romanis in suam patriam cū laude deducatur. Sed hoc ipsum efficere conati sunt plurimi, & ipsi Monachi, uti Bell. & Hesiute, velut Fra. Turrianus: sed nulli effecerunt, ac probarunt. Vtrique autẽ huic questionem respondet Christus Luc. 22. versu. 24. 25. Ac quidem primæ. Regimen Ecclesiæ Christianæ nequaquam esse Monarchicum. *Gentium reges ijs dominantur, vos autem, addit Christus, Apostoli, & qui Ecclesiam regitis, non sic.* Sed & Petrus priore epistola capit. 5. versu. 3. vetat ne dominium Pastores sibi sumant in gregem suum, cuius sunt exemplar vitæ. non reges, non domini. Quid tamen contra differat Bellarminus. (Nam ut suo Pontifici Romano gratificaretur, non est veritus Deo ipsiusq; verbo bellum indicere) audiamus, col. 479. 480. & sequentibus.

Quamquam hic verè lectorem monuerim, Bellarm. in hac tota disputatione neque tam bonam

methodum sequi, quàm antea: neque rationibus, sed cōiecturis vti, quæ res debilitatem huius causæ monstrant. Primum Bellarmini argumentum est col. 479. L. C. Deus neque Aristocraticum, neque Democraticum regimen in Ecclesia sua instituit. Ergo Monarchicum. R. falsum est antecedens. Nam instituit Aristocraticum, Math. 18. v. 17. Dic Eccle. Paulus 1. Corinth. 5. v. 4. *Vobis, & meo spiritu in nomine Christi congregatis.* Philip. 1. v. 1. Epistola suam ad Episcopos & Diaconos Ecclesiæ mittit.

Nec valet responsio aduersus Caluinum. Est enim fallacia A non consequenti, Est opus aliquo capite, ait Bellarminus Ministeriali in ecclesia, ergo regimē Ecclesiæ est Monarchicū. Eodem enim modo dixerim de Aristocratico & Democratico Reip. statu, esse Monarchicū, quoniam in iis opus est capite Ministeriali, quam consecutionem non admiserit Bellarminus. Nec enim Monarchia est, vbi cūque opus est aliquo vno capite Ministeriali (alioqui omnes Reipub. formæ essent Monarchiæ) sed quum is, qui caput est, habet penes se fontē ipsum, & ius potestatis, quemadmodum docent Iurisconsulti in L. Mixtum. 3. Iurisdictione omnium Iudicum in Digest.

Secunda Bellar. ratio sumitur à simili, Vt quæ in cælis est Ecclesia ab vno capite regitur, sic ea, quæ in terris est. R. fallacia est Ab accidente. Confundit enim formam regiminis externam, quæ Ecclesiæ in his terris alia cōpetit propter nostrā infirmitatē, cū interna, quæ est Christi Spiritus, qua eadē & quæ in cælis & quæ in terris est, Ecclesia gubernatur. Sic nō est eadē potestas & administratio Regni in eo loco, in quo versatur ipse Rex, & in eo, in

quo sunt duntaxat ipsius Regis vicarij. Nec. n. horū quispiā idē potest, aut ius idē habet quod ipse Rex, sed vniusquisq; eorū illā dūtaxat partem regni administrat, q̄ ipsi cōcessa est: nō aut eā, quę alij vicario Regis data est. Ergo p̄sentia Christi in cœlis & Ecclesię cęlestis ratio facit, vt tantū interna illa Regiminis forma, quę est spirit⁹ Christi, in illa Ecclesia requiratur. At terrenę Ecclesię ratio & infirmitas aliud postulat, nempe vicarios Christi.

Ceterum quòd hoc loco Bell. fingit alium, quā Christum, bonorum esse Angelorum caput col. 480. L. B. tum sibi aduersatur, iam enim non erit in cœlis Monarchia, si plura sunt Ecclesię capita illic: tum S. scripturę repugnat. Collos. 1. versic. 15. Hebr. 1. ver. 13. idque manifeste,

Tertia Bellar. ratio est fallacia Ab ignoratione Elēchi. Nam diuersa esse eadem fingit. Fuit in lege vnus summus Sacerdos, quia sic Deus p̄cepit, fieri, Exod. 29. ver. 30. Hebr. 5. ver. 1. Non potest in Nouo Testamento esse p̄ter Christū alius vnus summus Pōtifex, quoniā, id fieri Deus non p̄cepit, imò difertē vetuit Heb. 7. v. 15. 16. 23. 24. cap. 9. ver. 24. 25.

Sic autē omnium Episcoporum suorū hostis est Bellarminus, quòd vni suo hero & D. Romano Pōtificali assentetur, vt apertē col. 481. L. C. 8. Proinde scribat omnes alios Episcopos orbis terrarum esse colonos sui Pontificis, ad quem velut ad diuitem Patremfamil. omnes omnium Episcoporum Ecclesię, bona & sacerdotia pertineant. Id quod idem postea repetit col. 485. L. A. at contra vera Ecclesia esse Dei vel Christi

dicitur vbiq̄ue: nusquam autem Romani Pontificis, Actor. 20. ver. 28. 1. Corinth. 1. Ephes. 5. ver. 24. Præterea vnus est Episcopatus, cuius, vt inquit Cyprianus, sunt insolidum & æquè participes singuli in sua quisque Ecclesia, Episcopi. Ergo hoc est in omnes Episcopos Papistas valde iniuriam, quum hac ratione fiant vel Coloni Mercenarij, vel Mancipia Papæ Romani, tamen illud, quod postea sequitur ibidem, risum & illis, & nobis mouit, vt suum in eum stomachum diluant, quod impudens hic assentator totidem verbis scribit. L. D. Aaronem figuram Petri, & successorum eius, id est Romanorum Pontificum, gessisse. En quò vesaniæ, & insaniæ, assentandi animus Bellarminum abducatur? Quem pium igitur non pudeat istius adulationis?

Quarta Bellarmini ratio quæ longissima, & ineptissima est, sumitur à simili, sic. Quemadmodum ouile, exercitus, domus, nauis, sponsa habet vnum caput: sic etiam Ecclesia, quæ his comparatur, vnum caput habet. R. Quis dubitat? Verùm caput illud est solus Christus, Ephes. primo, versu vicesimo secundo, Coloss. 1. ver. 18. neque potest aliud caput poni, ait Paulus primæ Corinthiorum tertio, v. 10. Ergo neque Romanus Pontifex statui potest caput Ecclesiæ. Atque hoc ipsum loci ipsi à Bellarmino citati manifestè probat & ostendunt.

Quinta ratio Bellarmini refutatur ex verbis Luc. 22. ver. 24. vbi disertè vetat Christus esse regimen Monarchicum inter Pastores Ecclesiæ. Sexta ratio itidem à simili ducta est, quòd genus argumenti est infirmissimum, sic, si potest Vnus Episco-

Episcopus vni Ecclesiæ præesse, ergo & toti Terrarum orbi: & si in vna ciuitate ad regendam Ecclesiam status Monarchicus admittendus est, ergo idem status ad totius orbis Ecclesiarum regimen adsciscendus & probandus est. Respõdeo, Duplìciter hìc à Bellarmino peccari. Primùm à Petitione Principij, dum vult Episcoporum in suis Ecclesiis regimen, esse Monarchicum, id quod falsissimum esse suprà demonstrauimus. Est enim Aristocraticũ. Deinde peccat A dicto secundũ quid. Potest vnus Episcopus vni Ecclesiæ satisfacere, et ergo & toti orbi terrarum. Potuit Lynceus cernere vsque ad XII. leucas quod gerebatur, ergo potuit cernere quid vbique terrarum fieret. Sunt hæ rationes ineptissimæ, mirorque his vti Bellarminum, qui censetur Dialecticus. Nam quod obiicit Episcopos alios aliis præpositos fuisse, id factum est corruptis iam Ecclesiæ moribus propter Episcoporum ambitionẽ, aut maiores opes & auaritiã.

Septima ratio Bellarmini prorsus ipsamet Pontificem Romanum reddit infamem. Sic enim argutatur Bellarminus, Ecclesia Dei propaganda est: ergo Roma, Pontifex est caput Ecclesiæ. Nam nemo alius Episcopus auderet mittere prædicatores in alienas parçecias præter Romanum Pontificem, vt proferatur Ecclesia. R. Est fallacia A non consequente. Præterea à falso præsupposito, Posse Romanum Episcopum ius in alienas diceceses vsurpare. In quo videt quàm infamet suũ illũ Deum Romanum, cui soli relinquit partes inuasoris, & vsurpatoris rei alienæ. Reliquis autem Episcopis partes Modestiæ & continentiæ tribuit.

Hæc tibi sunt malè diuisa rationibus Bellarmini.

Octaua & vltima pro sui Pontificis Romani in vniuersam Ecclesiã dominatu & tyrannide ratio est fallacia A dicto simpliciter ad dictum secundũ quid, sic, Vna est omnium Ecclesiarum fides, ergo & caput vnũ, ergo illud est Romanus Episcopus, velut si quis dicat, Hoc est Animal, ergo est Homo. Hoc est auis, ergo columba. At potest esse & coruus & perdix. Illud enim Ecclesiarum caput est Christus, & quidem solus, eodẽ illo teste, qui vnũ esse Ecclesiarũ fidem ibidẽ scripsit, nempe Paulus Ephes. 1. v. 22. 2. v. 20. 4. v. 5. Quare Romanum Pontificem caput esse Ecclesiarum nequaquam efficit. Et hæc quidem sunt Bellarmini tam leues & nihili pro suo Deo Romano confirmando rationes, quæ ipsæ per sese concidunt, tam sunt elũbes. Ille tamen cap. seq. in his acquiescit, & suam diligentiam laudat & miratur, tam est verax & *φίλωνος*. Verũm ex suis illis præsiidiis deiectus, nos quoque, si potest, nostris deturbare conatur, col. 485. L. D.

Primam rationem nostrã ergo euertere tentat Bellarminus, quæ ducitur ex Luc. 22. versu vicessimo quarto. Nam respondet Christum illic non remouere ab Ecclesia inter Pastores regimen Regium, vt omnibus Pastoribus vnus ne præsit. Solem meridie ipsa lucere Bellarminus tam verè negare potest, quàm Christum non tollere eo loco Monarchiam inter Pastores. Nam bis interrogatus Christus, vt vnum aliquem toti cæcui suorum Apostolorum præponeret, bis renuit: & eos, qui hoc petebant, bis repressit, Matthæi 20. veri.

verf. 24. & Luc. 22. ver. 24. Quòd si tunc iam Petrũ cæteris Christus præfeciffet, quum illi dixit, *Tibi dabo claves regni caelorum*, Matt. 16. (quod toto ferè semelti præcessit quæstionem illam denuò sibi factam ab Apostolis, ecquis inter eos Maior esset, & cæteris dominaturus) certè à Christo non petissent iterum, ecquis inter se Maior cèsendus esset: sed eum agnouissent pro suo Rege, quem iam Christus illis designasset, ac proposuiffet. Ergo solutio Bellarmini est mera Scripturæ Sacræ corruptio, & hæretica illius interpretatio cõtra verba Christi ipsa expressa.

At excipit Bellarminus, Christus ipse Apostolis præfuit: verum respondeo, Non vt Monarcha, & Rex terrenus, teste ipsomet Christo, Ioha. 18. v. 36. *Regnum meum non est de hoc Mundo*. Et vt Christus sicut Rex suæ Ecclesiæ præsit & præferit: aliorum tamen non est eadem potestas. Nam ille solus est Rex Ecclesiæ. Petrus Epistola 1. cap. 5. v. 3. *Non dominamur cleris Domini*, ait Paulus 2. Corinth. 1. ver. 24. *Nõ dominamur vestre fidei, sed gaudij vestri sumus administri*. & c. 10. v. 4. *Arma militie nostræ non sunt carnalia*. Isidorus, *agnoscat Episcopus se esse populi conseruum, non dominũ*. Denique addit Bellar. Christus in Ecclesia vult aliquos esse *ἡγεμῶνες & ἑπορεύουσας*, Luc. 22. v. 26. Roma. 12. v. 8. Hebr. 13. v. 7. id est, *Qui præsent & regant Ecclesiã*. R. Verum est, sed eos præesse vult Christus suæ Ecclesiæ per modũ Aristocratici, nõ autẽ Monarchici imperij, quẽadmodũ, sed pessimè, existimat Bellarminus.

Verum tandem seipsum idẽ emendãs & refutãs

ait Christum agere duntaxat de scopo, quem sibi
 proponunt Reges, Nimirum ut sua quærant quæ
 Christus vetat. Quasi Reges veri & boni sua commoda
 non subditorum salutem quærant. Quærit enim
 in regnando sua commoda, est tyrannorum
 non Regū. Atque Christus illic agit de bonis Re-
 gibus, quos suorum subditorū *εὐεργέτας* & Benefic-
 ctiores vocat: non autē de tyrannis. Postea mutatur
 statim suā sententiam Bellarminus (sic se nimirum
 isto Lucę loco premi sentit) vult Christū illic age-
 re de Regnis & Regibus solū hæreditariis. Imo
 genere loquitur Christus de Regibus siue heredi-
 tariis siue electiuis qui iam noti quoque erant:
 de Regio seu Monarchico regimine, quod pro-
 fus ab ecclesiastica suę ecclesię gubernatione Chri-
 stus remouet. Quare quicquid agat, & quoquo-
 vertat, elabi non potest iste Protheus, quin hoc
 Luca loco constringatur.

Ad secundam Caluini rationem non respondet
 Bellarminus: sed planè nugatur. Ait enim & ine-
 ptissimè, & insulsiſsimè ecclesiasticam quidem po-
 testatem datam esse & Petro & aliis Apostolis: sed
 Petro, ut ordinario Pastori: aliis Apostolis, ut à Pe-
 tro delegatis. Quis, quum hæc legit, cachinnum
 teneat? Certe quidem saltem, Spectatum admilli-
 risum teneatis amici? Præterea, quàm hoc lepi-
 dum est? Imo quàm *ἀθεόλογον* est, Petrum inter
 solos Pastores enumerare, quos demum quarto
 loco recenset Paulus Ephes. 4. Petrus Apostolus
 fuit.

Deinde si solus Petrus curam omnium eccle-
 siarum habuit, sicut colum. 487. L. A. iste vult
 certe

certè mentitus erit strenuè (pròh blasphemia) Paulus 2. Corinth. II. vers. 28. Illic enim de se, non de Petro loquitur, & hoc sibi tribuit Paulus: solam autem de Iudaicis ecclesiis (quæ pauca tunc erant) curam relinquit Petro Galat. cap. 2. versu 8. Vnde columna quadringentesima octuagesima nona L. B. postea seipsum manifestè refutat.

Denique quum Timotheum & Titum iubet Episcopos deligere Paulus, non addit vt eos electos ad Petrum demandent, qui eos confirmet, probet, & instituatur. Cur etiã in tota illa instituentium Episcoporum forma à Paulo præscripta (quæ nunc quoque locum habere debet in ecclesia) neque Petri, neque ipsius successorum Romanorum Pontificum consensus meminit Paulus? neque eum requirit? Quid est nugari, Bellarmine, nisi ea scribere, quæ tu hic scribis? Nã quod Patres nonnullos citas, frustra est. Illi enim corruptis iam ecclesie moribus, & inualecente tyrannide Romani Pontificis hæc dixerunt, quæ tamen concilio Chartaginensi, cui interfuit Augustinus, repressa sunt, & emendata.

Verum tandem col. 487. L. D. & col. 488. L. A. Bellarminus evertit omnia sua. Nã Romano Pontifici adimit plenitudinem potestatis: eius Iurisdictionem circumscribit & coërcet intra huius terre limites solos, in Purgatorij ecclesiam & fines nihil Pontifici Romano licere scribit, in quo magnum culinæ Pontificis, vnde pascitur iste, damnum affert, & pulcherrimam Pontificiæ potestatis partem illi abscindit. Denique negat Pontificem Romanum posse immutare leges Christi, Sacramenta

instituire, peccata sine Sacramento remittere.
 Hæc sunt, quæ Romanum Pontificem summum caput Ecclesiæ esse minimè esse luce meridiana clarius demonstrant, & Bellarminus uertunt.

Ad tertiam Caluini rationem quid Bellarminus affert? Certe verba, non solutionem. Negat enim sequi fieri iniuriam Christo, si præter eum alius quoque caput omnium ecclesiarum statuatur & agnoscat. At contra Paulus I. Corinth. 3. ver. II. *Nemo, ait, potest aliud fundamentum ponere quam quod positum est, quod est Iesus Christus.* Contra Gregorius Magnus, qui Epist. 79. & ad Eulolium Alexandrinum, & Anastasium Antiochenum palàm fatetur Vniuersalis Episcopii nomen Antichristi præcursori conuenire. Neque verò, licet capitis nomen pluribus tribui possit Corinth. II. v. 3. summi Capitis dignitas potest pluribus quadrare. Nam quod est Summum, vnicuique oportet. Est enim Summi dignitas incommunicabilis. Quare quum Christus sit Summum Ecclesiæ caput, nemo præter eum caput Summum esse & dici potest. Quod enim alij Pastores Ecclesiæ dicuntur Episcopi, Doctores, imo etiam fundamenta, vel Apostoli ipsi Apocal. 21. ver. 19. 20. non efficiunt communicatam illis esse summam istam Christi dignitatem, quæ caput est: sed duntaxat partes Ministrorum pro diuersa mensura, cuique firam. Inter eos tamen, præter Christum, nullum est Summum caput contra quàm iste putat.

Ait Bellarm. col. 488. L. B. Christus honoratur

quum sub se Proregē habere dicitur. R. Christus alio modo, quàm quo ipse iubet, honorari neque debet, neque potest, Augustinus. Imò docet hoc Christus ipse, Matt. 15. Neq; aliud de Christo quicquam credat, quàm quod de se credi Christus voluit. Noluit autem in his terris habere quenquam summum Vicarium suum, vt honoraretur. Moriens enim Apostolis dat pacem, Iohana 16. Nul- lum autem aliud præter se, Ecclesiæ summum ca- put dat aut instituit. Denique quum Ecclesia cor- pus Christi, velut Capitis sui Vnici dicitur, non autem Petri, Respondet Bellarminus, sed prorsus impiè, Christum tunc velut cadaver Petri mor- tuum à nobis esse cogitandum, quòd iaceat & sit in Ecclesia, velut cadaver in sepulchro: aut Chri- stum nobis velut immensum quoddam corpus, re ipsa & naturaliter fingendum esse. Quæ sunt, vos obsecro, Lectores pij, istæ blasphemix? quasi Christus ipse esset, aut sit quædam naturalis, & vna totius Ecclesiæ persona, & realis hypostasis. Se simiam aut coruum esse tam verè cogitare po- tuit Bellarminus, quàm hæc de Christo scribere, & imaginari impiissimè.

Ad quartam nostrorum rationem, vt respon- deat, col. 489. L. B. multa fingit Bellarminus, & sibi ipsi contraria, velut Paulum curam omnium Ecclesiarum habuisse: & tamen col. 487. L. A. af- firmat hanc curam ad solum Petrum spectasse: item, Vnum quempiam posse totius orbis curam gerere & olim potuisse, quum tamen exempla & Cæsaris Augusti & Nebucadnezaris Regis pro sū- mis Monarchis & latissimè dominantibus ab hoc

prolata ostendant hos ne sextæ quidem orbiter-
rarum parti imperasse, cuius etiam ipsius breui
tempore curam non ipsi per se, sed per suos tate-
tum legatos gesserunt: item Ecclesiasticam gube-
nationem esse faciliorem Politicâ, quum infinitis
partibus plura à Pastore Deus exigat, quàm à Ma-
gistratu. Singularum enim personarum & ouis-
rationem Deus à Pastore exposcit, Ezech. 33. 8.
Sed Monachus ille quid sit Pastorem esse ignorat.

Quid autem ex his falsis tãdem efficit? Id quod
ex falso consequi necesse est. Nempe vnum aliq-
uam Hominem Mortalem vniuersæ Dei Eccle-
siæ, quæ per totum Terrarum orbem diffusa est,
præesse & posse, & debere: & quidem eum, qui
manus sit Episcopus. Quod cõsequens & falsum est
& negatur. Nam quod L. D. in fine addit Romani
Pontificem habere lumen supranaturale
dei, Scripturas Sacras, &c. Primùm vnde hanc
promissionem haurit, quum cõtrâ dicat Christus
Petre orauit pro te, ne tua fides deficeret, Luc. 22. 32.
cõtrâ doceat Paulus Petrum à se, quod aber-
ret, reprehensum, Galat. 2. vers. 14. Nec verò ma-
iores sunt Romani Pontifices, Petro suo antea-
Id quod & Liberij, & Vigilij, & Honorij, & An-
stasij Roman. Pontificum hæreticorum exem-
plum confirmant. Deinde Romani Põtificis sedes Ro-
mæ est officina omnium errorum, & sedes Apo-
stasiæ à Paulo prædictæ, 2. Thessal. 2. Apocal. 14.
8. 17. vers. 9.

Ad quintam rationem nostram, nimirum omnes
Episcopos veros esse inter se dignitate pares, &c.
hij respondet, quia non potest. Ait se vim argu-
mentum

menti non percipere:at percepit Cyprianus. Tractatu de Simplicitate Clericorum, Vnus est Episcopatus, ait, cuius singuli Episcopi sunt insolidū & æque participes. Percepit Hieronymus in Epistola ad Euagrium, qui Eugubinum Episcopum, & quemuis alium facit parem Rom. Episcopo.

Sextam nostrorum rationē omnino & sine circuitione veram esse agnoscit,

Septimam rationem nostram nec refutat, nec diluit. Sed quid in Ecclesia summum aliud caput, quàm Christum, quærere necesse est? Etsi aliquis esset vnus totius orbis terreni Monarcha?

Ad Cap. x.

ALtera totius huius disputationis quæstio, quæ ad rem facit, est hæc, vtrum, vel Petrus ipse, vel ipsius successores Romani Pōtifices quemadmodum Bellarminus existimat, fuerint constituti totius Ecclesiæ caput. Hæc prora, hæc puppis, hic cardo rei est, in quo se Bellarmini industria prodatur, & ostendet, si qua est, necesse est. Verùm quicquid pro suo Ioue Capitolino tonare, intonare, detonare, retonare hîc conatus sit, totum illud solum fūmus & strepitus verborum fuit, non fulgor, non lux, non fulmen. Risum mouit, non stomachum. Ac primum causa breuiter explicanda est, cur Hesuita è quorum sodalitia & hara iste est, tam obstinatè tueantur Romanum Pontificem esse caput vniuersæ Ecclesiæ, esse supra cōcilia, esse Numen in his terris. Ratio huius tam scelerati erroris ab iis suscepti est, quòd hoc vno nomine à Romano Pontifice pro-

bantur, estque hîc vnus error nunc, atque antea fuit totum sectæ istius perniciosissimæ à Papa confirmandæ fundamentum. Nam primùm quum hæc secta subolescere in Hispania cœpisset, à Pontificibus ipsis Romanis, & à Monachis aliis omnibus fuit damnata, repudiata, reiecta. Et quidem merito, quòd Iesum Christum inter Christianos sectarium isti faciant, qui omnium vnicus saluator est, & omnibus Christianis exemplar vitæ communiter à Deo Patre datus, I. Pet. 4. vers. I. I. Corinthiorum I.

Vt igitur aliquam apud Romanum Pontificem commendationem nanciscerentur isti, hoc polliciti sunt se habituros esse in voto & in dogmate, quo vno maximè eius dignitas amplificatur, & quod alij Monachi solum habent in libera opinione, Nimirum Romanum Põtificem esse caput totius Ecclesiæ, & supra Concilia. Id quod Sorbona Parisiensis apertissimè semper damnauit, damnantque omnes viri pij & boni.

Itaque quum cæteri Monachi tria tantùm hæc vota habeant & voueant, continentiam, obedientiam, & paupertatem: isti tribus illis hoc quartum addiderunt, Romani Pontificis velut summi totius Ecclesiæ capitis & supra Concilia agnitionem, fidem, & defensionem. Propter quod postremum votum post multas preces & interpellationes tandem ab Episcopo Romano eorum secta, & hæresis probata, receptaque est.

Itaque nemo miretur, si Hesuîte, se obstinaciores Pontificiæ tyrannidis defensores præbeant. Ni faciant, extra terrarum orbem eiiciantur, & ab omnibus

Omniſibus etiam Monachis, quibus iam cane peius & angue ſunt exoſi, dilanientur.

Cæterum in ipſo quæſtionis huius vel primo ingreſſu fallitur, & fallit turpiſſimè Bellarminus. Plures enim interrogationes in vnam confundit, dum ſic arguit, Papam Romanum idcirco eſſe caput omnium Eccleſiarum, quia Petrus à Chriſto earum caput conſtitutus eſt. Implicat enim his verbis hæc, Si Petrus, ergo & ſucceſſores eius: ſi ſucceſſores eius, ergo omnes: Si omnes, Ergo & Papa Romanus, quia ſucceſſor eſt Petri. Quis fallaciam iſtam, quæ & Petitiſo quoque Principij, & A nõ conſequentem eſt, nõ videt maniſteſſimè? quæ omnino inæpta eſt. Sed iam argumèta Bellarmini, quib. Petrũ omnium Eccleſ. caput cõſtitutum à Chriſto fuiſſe probare nititur, perpendamus.

Primum eſt ex Matth. 16. v. 18. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam.* R. Auguſtini Sermone primo, Feria 3. Paſchatis, *Fides Petri hoc meruit audire, non Petrus ipſe.* Deinde Petrus hoc idem à Chriſto accepit & audiuit, non pro ſe ſolo: verum pro omnibus Apoſtoliſis, pro quibus tunc reſpondit, *Tu es Chriſtus filius ille Dei,* Matth. 16. ver. 15. Marc. 8. verſ. 29. Omnes enim interrogat. *Vos autem, &c.* Ergo omnes Apoſtoli, non vnus Petrus conſtituti ſunt caput Eccleſiæ ſuæ.

Verum quia fidei vis à Chriſto tota pendet, idcirco rectè dicitur firmitas illa, quam fides noſtra habet, pendere à Chriſto, aut eſſe Chriſtũ ipſum, quod idẽ eſt. Quare iſta Chriſti ſententiã, nihil peculiariter ad Petrũ pertinet, ſed ad fidẽ, de Chriſto quam habuit Petrus.

Quid igitur Bellarminus? Vrget, vultque hanc Petram esse solum Petrum, & hanc promissionem soli Petro, nō item aliis Apostolis & fidelibus vris à Christo datam esse. Atqui hoc ipsum refutatur à Cypriano, cuius dictum est in can. loquitur 24. quæst. 1. item Ab Augustino, Ambrosio, & aliis, vt est ibidem in can. Quodcunque, fidelibus enim omnibus hoc idem pollicetur Christus, forte vt sint petra aduersus omnes Inferni vires firmi Ioel. 3. ver. 17. 20. De clauibus aperte Christus ipse testatur Iohan. vicesimo, versu vicesimo primo, se eas omnibus suis Apostolis æqualiter tribuere, & omnibus fidis Ecclesiæ suæ Pastoribus non vni Petro, aut Petri successoribus d. can. loquitur 24. quæst. 1. & col. 498. L. A. & B. ipse Bellarmino. Hoc ipsum probant verba Christi qui Petram fidem appellauit, & cui Petræ, non Petro dedit & clauis istas, & firmitudinem aduersus Inferni vires & portas. Vfus est enim feminino genere Christus, quod Petro Masculo conuenire non potest.

Nec obstant Patrum dicta varia hîc detorta à Bellarmino. Est enim hoc genus argumenti fallacia A non caussa pro caussa. Dixit hoc Augustinus, Athanasius, &c. Ergo hoc est fidei articulus. Male colligitur. Nec enim fides nostræ hominum placitis & dictis, sed solo Dei verbo scripto nititur. Nam vel vnius rustici Sanctâ scripturam rectè allegantis sententia toti concilio generali sine Sancta scriptura aliquid affirmanti est præferenda, teste Iohanne Gersono cancellario Parisiensi. Sed, etsi largiamur benignè Bellar-

Bellarmino Petrum caput Ecclesiæ fuisse constitutum (id quod est falsissimum) quid hoc Romanos Pontificos iuuare potest, qui nihil cum Petro, nisi abnegationem Christi commune habent? neque Petri sunt successores?

Quod ad reliquas illius loci Mathæi 16. vers. 18. *Tues Petra, &c.* interpretationes, quia sunt tolerabiles, neque eas refutat Bellarminus nos eas quoque admittimus, & probamus.

Nam quod col. 494. L. C. ait esse absurdum, ut verè fideles sint Petra firma aduersus Diaboli vires, (vbi enim essent parietes, addit, si singuli fideles essent fundamentum?) Respondeo, nihil absurdum in ea sententia inesse, nisi si velit Bellar. Petrus ipsum, qui hæc Christi sententiã audiuerat, esse absurdum, qui in 1. Epist. cap. 1. v. 5. disertè scribit, omnes pios esse viuos illos lapides, viuasque Petras domus Dei, Ergo iidem sunt & lapides seu Petræ, & parietes, diuersa ratione. Sunt Petræ, quatenus eos corroborat, & facit inuictos per fidem in se, Christus. Sunt parietes, quatenus cum aliis fidelibus aduerti Ecclesiam constituunt. Ergo vnus Christus est Petra illa, fundamentum & columna, in qua cætera stant: Nos pij sumus Petræ, quatenus illi innitimur, & ab eo firmamur. Quam distinctionem non capit Bellarminus. Putat enim omnes & Petrum, quum dicitur Petra, dici & constitui ipsum fundamentum ecclesiæ, quod est absurdissimum. Vnus enim Christus is est, teste Petro epist. 1. ca. 5. v. 4. teste Bellarmino ipso, qui vi veritatis victus Caluini sententiam amplectitur col. 495. L. A. & nobiscum

nobiscum facit, se euertit.

Quod ait Christus, *Tibi dico, Tu es Petra* illa quæ hic col. 495. vrget Bellarminus, ad Petrum pertinebant, non in proprio, sed in appellatioe Petræ nomine, quo modo omnibus Petris & fidelibus. cõuenit, quia verã in Christũ fidẽ habet. Ergo verba hæc, *Tibi dico*, significat *tibi*, quatenus fide habes, & Petrã istã *dico*, qui es filius Ionæ: non tibi quatenus simpliciter es filius Ionæ. Atque hæc breui, verãque verborum & perspicua interpretatione Bellarminum magno æstu, & labore subleuamus, qui in Grammatica harum vocum, & Pronominum *Tu, tibi, hanc*, explicatione velut in lato miser hæret. Quare non ad fidem Petri, quatenus in solo Petro esse potuit, vt fingit Bellarminus: sed ad fidem Petri, quæ itidem in omnibus fidelibus esse potest, & iam in quibusdam eraspectas Christus dixit, *Tibi dico, Tu es Petra*, quatenus super me fundaris, Augustinus Sermones in Mattheum. Ergo voces hæc, *Tibi, tu*, hæc Petri Christi sermonem non restringunt ad solam personam Petri, filij Ionæ, sed communem omnium fidelium, pro quibus tunc responderat, foretæ (quoniam omnes fideles habent fidem veram de Christo, & in Christum,) declarant in vnus Petri persona pro omnibus sui similibus, id est, fidelibus supponentis. Est enim teste ipso Petro, 2. Epist. c. i. v. i. Fides æquẽ pretiosa in omnibus fidelibus. Dixit autẽ Christus, *Edificabo super hanc Petram seu fidem in me, Ecclesiam meam*. per verbum futuritẽporis nõ per præsens *edifico*, quia iam tũc polliceri voluit Christus suis Apostolis, fore vt tra-

gnus fidelium, qui eandem cum ipsis de se Christo fidem profiterentur, numerus postea colligeretur, & Ecclesia Christiana sic ædificaretur: non autem subsisteret in iis solùm, qui iam eam fidem in se habebant. Hoc Christi consilium quum capere non possit Bellarminus, se vehementer fatigat & torquet.

Quare non super fidem Petri, quo sensu vult Bellarminus, fuit ædificata Ecclesia, quæ ipsi fuerit peculiaris: sed super fidem omnium Apostolorum, pro quibus Petrus responderat, quæ est in Christum, & de Christo vnico Ecclesiæ capite, (non de Petro, vel in Petrum,) quæ est omnium fidelium communis fides.

Tandem verò etiam venenum euomuit Bellarminus, quod celabat, dum ait columna 496. L. C. Fidem Petri peculiarem fuisse tanti meriti, vt mereretur esse Petrus Ecclesiæ fundamentum, quasi ex merito fidem habeamus, aut aliud Dei donum, contra quam est apud Paulum, secunda Thessalonicensium, tertio, versu secundo. Ephesiorum secundo, versu octauo. 2. Timothei primo, versu 9. & præsertim tantum donum, quantum est caput esse Ecclesiæ, quod à Deo Patre gratis datum esse Christo homini, non autem ex merito, scribit Paulus, philippens. 2. versu nono, & decimo.

Somniat autem Bellarminus, quum ait fidem Petri fuisse indefectibilem, col. 496. L. D. Næ ex abnegatione Christi ab eo postea facta apparet falsum esse, quod de indefectibilitate fidei Petri tā impudēter affirmat Bellarminus. Et hæc quidē

ostendunt Petrum non fuisse caput ecclesiae à Christo constitutum, ut vult iste.

Ad Cap. XI.

QUAE octodecim capita sequuntur, ea sunt inutilis rerum earum, quae IX. & XI. iam explicatae sunt, repetitio. Itaque nullo nostrae causae damno praetermitti poterant. Ne tamen Bellarmin. conqueratur aliquid à nobis esse omissum, in quo suae causae fundamentum poneret, singulis capitibus sequentibus respondebimus.

Primum quidem huic XI. in quo se iugulat Bellarminus, qui col. 498. L. A. §. *Respondeo*, vi veritatis coactus fatetur omnes XII. Apostolos fuisse à Christo capita, & fundamenta ecclesiae constitutos, non unum autem Petrum. Nam quod dicitur causa & subterfugij addit Bellarminus L. C. §. *Tertio* solum Petrum fuisse pastorem ordinarium: reliquos autem Apostolos delegatos, unde obsecro, hoc sumit, quum non alio quam *Apostoli* nomine, sicut alij Apostoli, caput & rector ecclesiae à Christo designetur Petrus Matt. 10. & c. 5. & à Paulo Gala. 2. eius potestas Circūcisionis finibus, uti Pauli Praepitij, circumscribatur, & Petrus ipse priore epistola cap. 5. vers. 1. se aliis aggreget; excellentiorem autem gradum minime sibi tribuat. Quare non aliud Ecclesiae regimen Petro, quam aliis Apostolis singulis competebat: ac proinde non plus super eum, quam super singulos Apostolos fundatur, aut aedificatur ecclesia Dei Apocalyps. 21. vers. 18. Augustinus in Apocalypsin, Hieronym. lib. 1. in Iovinianum. Fuerunt enim omnes & singuli Minister, alia duntaxat fundamenta & capita:

capita: Vnus autem Christus ipsum caput, & fundamentum principale, verum, autoritativum. Itaque quum suum hunc errorem nostræ sententiæ contrarium tueri vellet Bellarminus, coactus est col. 497. L. D. scribere, sed ineptè, & falsò, & blasphemè, hanc Christi orationem *Ædificabo super hanc fidem in me Petram ecclesiam meam*, esse impropriam, & alienam. Si tropicam dixisset, quia tunc & Petra, & fides metonymicè pro Christo sumitur, vel metalepticè, firmitas abstractum pro firmante Christo cōcreto, & vere dixisset, & Christum propriè, verè, & accommodatè locutum esse intellexisset Bellarminus.

Ad Cap. x i i.

IAm actum agit in toto hoc capite longissimo Bellarminus, & tenebras minus oculatis offundere conatur ex hac distinctione inter Historicā, & Parabolicam (Anagogicam, & Metonymicam dicere voluit aut Symbolicam) significationem, quæ ineptissima est. Quis enim vnquam vel fando audiuit esse parabolam, quum quidpiam procuratorio alterius nomine gerimus, velut quum quis sui Principis nomine legatus claues urbis alicuius accipit. Nocturnæ te intemperix, Bellarmine, agebant, quum hæc scriberes, & hoc parabolam appellares col. 499. L. B. §. *Parabolicè*.

Porro quid verba hæc Christi, *Credenti tibi, Bariona, dabo claues regni cælorum*, significant, quærit iste. In tenui labor est, & re facili, & iam diximus superiore capite, Christus dat claues Petro, non vt filio Ionæ: sed vt fideli primum homini: deinde vt Pastori à se cum aliis vndecim Apostolis

regendæ suæ Ecclesiæ designato. Ergo certa persona designatur, quis negat? Nempe ille Petrus qui est filius Ionæ: sed neque firmitas, neque claves huic personæ dantur, qua quædam & hæc ipsa peculiaris persona est, ut putat iste: sed qua fidem cum aliis omnibus fidelibus communem habet: & vocationem cum aliis. xi. Apostolis ad Ecclesiam plantandam. Sic verba Christi sonant. Sic Christus ipse docet Iohannem 20. v. 23. Chrysostr. in Iohannem. Iohannes accepit claves regni cælorum: Paulus se eas à Christo accepisse docet. 1. Corinth. 5. v. 5. 2. Corinth. 10. ver. 8. Omnium enim vere fidelium primum: deinde Apostolorum collegarum suorum nomine, responderat hæc persona, quæ filius Ionæ erat: Quid igitur amplius querit iste? Falsum enim est, quod scribit col. 495 L. D. Bellarminus, Petrum illam confessionem pro se, suæque duntaxat persona ædidisse: non pro tota vera Ecclesia: et si verum est, eam in sua persona ædidisse, quum pro sociis supponeret.

Arguit sic Bellarminus, ut soli Petro claves à Christo datas esse probet, Cui à Christo dictum est, *Vade post me Satana*, eidem antea dictum fuerat, *Tibi dabo claves* Math. 16. vers. decimo nono & vicesimo tertio. Atqui soli Petro dixit Christus, *Vade post me Satana*. Ergo & soli Petro dixit tibi dabo claves, R. Fallacia est A petitione Principij. Nam negatur antecedentis hoc connexum, seu consecutio, ut si soli Petro dictum sit, *Vade retro Satana*, eidem soli datae sint quoque claves. Ratio est, Quia, quum omnes Apostolos interrogasset Christus versu decimo quinto apparet aperte Petrum pro omnibus respon-

respondisse: deinde datæ sunt clauæ Petro, vt rectori Ecclesiæ, quemadmodum & reliqui Apostoli Math. 10. Iohan. 20. designato. At dictum est Petro, *Vade post me Satana*, non vt Apostolo, sed vt homini adhuc nimirum carnalia sapientiæ neque pro aliis respondententi, sed seorsum per se, & pro se agenti. Seorsim enimprehendit Petrus Christum, Matth. 16. ver. 22. Sed vt Bellarminum benignè moncã, magnam Ecclesiæ Dei iniuriam facit, dum Petrum, quem ipsius caput fingit, fateatur & videt tam ignarum rerum caelestium, & ea, quæ sunt Dei, nesciuisse, & tam grauitè, nomine *Satana*, à Christo reprehensum fuisse. At Ecclesiæ caput & Princeps Dei mentem, quam nobis reuelat, norit necesse est, & res caelestes, & de cælo venerit, Iohannis tertio, versu trigesimo primo, trigesimo quarto, priore Corinthiorum versu vndecimo: vt omittam quod idem caput seu Petrus postea tam turpiter Christum abnegarit Matth. 26.

Secundam nostrorum obiectionem non refutat Bellarminus, Petrum nimirum pro omnibus collegis suis reliquis Apostolis respõdisse. Imo probat hanc quoque Chrysostronus, Augustinus, Hieronymus, & ante hos omnes Cyprianus confirmant. Hanc ipsa Mathei cæterorumque Euangelistarum verba Matth. 16. Marc. 8. Luc. 9. *Vos autem*, dixerat Christus omnes interrogans, *quid?* perspicuè roborant. Ergo omnium nomine audiuit, *Tu es Petra, & tibi dabo clauæ*, non suo ynus nomine Petrus. Sic iste col. 501. L. A. B. Verù postea tribus interpositis lineis, tam est inconsilãs, negat hoc idem, quod passus fuerat.

Quærit, Quomodo pro suis collegis responde-
re potuerit Petrus. R. Quia & illi præsentés ad-
erant, & eorum singuli idem de Christo responde-
re parati erant, & hanc esse suorum collegarum de
Christo fidem sciebat Petrus. Nam illi inter se
sæpe antea de ea re contulerant. Denique quum
hoc ipsum iam à Iohanne Baptista, cuius fuerunt
hi Apostoli discipuli, audiuisset, Iohan. 1. ver. 29.
Imò eorum vnusquisque hanc ipsam de Christo
fidem suam & doctrinam iam prædicasset, quum
missi primùm fuerant à Christo ad prædicandum
Euangelium, seu Regnum Dei, Matth. 10. vers. 16.
& sequent. In summa, illi præsentés & audientes
hanc Petri de Christo confessionem & nutu, &
consensu comprobarunt. Habet igitur Bellarmi-
nus quod quærebat, ne patres propterea fatigetur.
quod facit vt facillimam responsionem inuoluat,
si potest. Sed non potest.

Responsio Bellarmini ad tertiam D. M. Luthe-
ri obiectionem nihil valet. Dixit Lutherus datas
quidem esse claués Petro, non vt filio Ionæ: sed
vt credenti, & designato Apostolo Christi, Quid
Bellarminus? Nihil, Ait, Esse fidelem, & Aposto-
lum, non est formalis ratio cur dentur claués. Fal-
sum hoc est. Datæ sunt enim claués Apostolis
quia rectores Ecclesiæ designati erant, & fideles
erant, Iohan. 20. vers. 13. 1. Corinth. 4. 1. non autem
infideles. Eodem modo ad quartam Lutheri ob-
iectionem nihil affert, quam etiam concedit rectè
concludere, & intentum euincere.

Quinta Lutheri obiectio valet, Népe Mortuo
Pótifice claués manere in Ecclesia: ergo Ecclesie
ipii

ipsi datæ sunt, non Pontifici. Respondet iste clauus has statim, atque mortuus est aliquis Romanus Pontifex, reuolare in cœlum, & sistere se in manibus Christi. Miræ clauus, quæ volent: & sapientes, quæ meliùs, quàm Bellarminus Magister in suo Israel, suum verum autorem Christum agnoscant, & ad eum redeant. Exclamare libet, Agnoscit Bos & Asinus possessorem suum, & clauus suum autorem: verùm Bellarminus Frat. eum non agnoscit. Ha, Monache assentator, & secta Hesuitarum peccatrix, aggrauata iniquitate, semen malignum, ait Isaias cap. i.

Sexta nostrorum obiectio est hæc, Data est clauium potestas à Christo postea aliquot mensibus, quàm Christus dixerat Petro, *Tibi dabo*. Nam verbum *Dabo* habet promissionem futuri temporis. Itaque ex Matth. 18. ver. 18. & Iohan. 20. v. 23. apparet postea clauus datas Ecclesiæ, & omnibus Apostolis: non vni Petro.

Bellarminus col. 503. L. B. negat Christum apud Iohannem, capite vicesimo dare clauium potestatem, quia vsus est his verbis, *Quorum retinueritis peccata*, non autem his, vt apud Matthæum, *Quorum ligaueritis peccata*. Nam, addit, *Minus est retinere peccata, quàm ligare. Retinere enim est relinquere*. Primum absurdè, *retinere, est relinquere*. Deinde ex priore Orationis Christi membro, *Quorum peccata remisistis*, apparet, & quid verbum *retinere* significet, nempe ligare: & idem à Christo dici apud Iohannem, & apud Matthæum. Sed hoc est effugium inane Bellarmini. Nam seipsum postea refutat, col. 504. L. D. §. *Respondeo*.

Quod ad locum Math. 18. ver. 18. prorsus ignorat iste, quid significet, quū sit & facilis, & perspicuus. Sed sic inuoluit, quæ soluere nullo pacto potest, vt tenebras offundat. Mirum autem est, quæ iste Animi intemperie abreptus col. 504. L. B. scribat Apostolos factos esse in Sancta Cæna sacerdotes, quum solum ipsi acceperint à Christo, nihil dederint. Sit autem sacerdotis dare & offerre Deo Hebr. 5. versic. 1. Deinde Apostolos fuisse factos à Christo Pastores, quum Apostolos toto genere inter se distinguat Paulus Ephes. 4. ver. 11. Denique hos demum post Christi resurrectionem factos esse à Christo Apostolos, quum aperte aliud scribat Marc. 3. v. 13. 14. & dicat viuens Christus Iohan. 6. versic. 70. *Nonne vos elegi duodecim?* Quis ferat tot in tam paucis verbis tanti Magistri, & tam fœda peccata? Sed quoniam falsum & errorem tuetur non nisi alio falso & errore vincere potest.

Septima nostrorum obiectio habet Patrū perspicuas autoritates pro nostra contra Papæ Romani tyrannidem, quam hîc deffendit Bellarminus, sua sententia. Sed quantumuis sudet in his partim eludendis, partim corrupendis, nihil efficit Bellarminus. Id quod pij, & moderati lectoris iudicio relinquinus. Facile enim quiuis id obseruare potest. Nam in solutionibus locorum ex Patribus obiectorum nihil aliud, quàm nugatur, & animos hominum perturbat & inuoluit Bellarminus col. 506. 507. & seq. quemadmodū apparet ex eo quod Petrum duplici modo Ecclesiā vult tunc representasse, nec tamen Ecclesiam habere clauces, quæ duo sunt

sunt contradictoria: item ex eo, quod de Donatistis & eorum errore *μὴ δὲν ἀποὺς ἔτιος* hic adducit: demum ex eo, quod novas loquendi formulas, aliis Patribus inusitatas, falso tribuit Augustino. In summa, sese in omnes formas & figuras vertit Protheus iste, vt ex eo (quem Lutherus, & Calvinus, illi ex Patribus iniecerant) nodo se eriperet. Sed nihil versipellis iste effecit. Eo enim semper & indissolubiler irretitus tenetur.

Ad Cap. XII I.

Claues quid significant, quærit Bellarminus hoc capite. Ait & vult Clavis nomine significari principatum summum in vniuersam Ecclesiam, qui, qualis sit, postea explicat columna 510. L. A, Nempe remittere peccata, liberare à pœna peccati, dispensare in votis, legibus, iuramentis, & similibus obligationibus. Talem principatum iste tribuit per vocem *clauium* Petro, & Romanis Pontificibus, quos vult esse Petri successores. Est autem hic duplex fallacia. Prima A petitione Principij. Ponit enim pro vera clavis definitione, id, quod est inter nos positum in controuersia, & contentione. Secunda fallacia est A non consequente. Nec enim sequitur, etiamsi talis potestas à Christo data esset Petro, tamen eam competere vel Petri successoribus omnibus, vel peculiariter Romanis Pontificibus, quod iste malè tamen concludit, & obrinere se putat.

Tres suæ sententiæ rationes affert Bellarminus, Primam ex II. 22. ver. 22. vbi clavis nomen pro summa, regiâque potestate sumitur. Ergo vbi que sic vox ista accipitur. R. Hoc falsum est. Nam Luc. 11. ver. 52. clavis scientiæ data dicitur Phariseis, qui sustulerunt. Clavis est humilitas, inquit glossa Moralis: est autoritas docendi, ait ibidem Lyranus, non quidem summa (hæc enim est solius Dei Iohan. 6. ver. 45. vel Christi, Math. 23. vers. 8.) sed pro mensura veræ intelligentiæ, quæ cuique proportionata est à Deo, Ephes. 4. Est *χρηστωρία*, i. leuis introductio, scribit ibidem Theophylactus. Sic clavis Abyssi data Angelo dicitur, Apocal. 9. vers. 13. id est potestas aperiendi, non illa quidem summa quemadmodum putat Bellarminus: sed longe inferior quàm summa. Summa enim Abyssi aperiendæ potestas soli Deo, non etiam Angelo competit. Sed quid de clavis significato disceptare necesse est, apud Matth. 16. ver. 19. quum illud explicet duobus locis ipsemet sui dicti optimus interpres Christus, Matth. 18. ver. 18. & Iohan. 20. ver. 23. esse potestatem ligandi, & remittendi peccata, non illam quidem summam, quæ solius Dei proprietas est. Marc. 2. vers. 7. sed pro data, concessâque cuique à Christo in sua Ecclesia potestate. Sic est in ipso quoque decreto, vocem *Claves* potestatem remittendi peccata, can. *Omnibus*, 24. quæst. 1. qui est Hieronymo, can. *Illud*. 11. quæst. 3. & ibidem est Chrysostomo, in can. *Nemo*. hæc clavis vincularum appellatur. Quid igitur, Bellarmino, ex tua interpretatione, quum claves ostiario in ipsius ordinatione

natione traduntur ex Toletani concilij cap. 23: quemadmodum docet Durandus lib. 2. Enchiridij cap. 4. summa in ecclesiam potestas ostiario datur? Quid ineptius?

Secunda Bellarmini ratio est ducta à more hominum, quum nempe claves urbium Ducibus, & Prouinciæ Præfectis à ciuibus traduntur. Atqui non traduntur iis, vt istorum Præfectorum & Ducum potestas in eas ciuitates summa esse declaratur: sed tantum aliqua potestas, pro gradu videlicet iurisdictionis, quem illis Rex concessit. Quare & hæc ratio, vt superior, est fallacia A dicto simpliciter sic, Clauium traditio potestatis concessionem significat, ergo supremæ, & summæ.

Tertia ratio Bellarmini est, verba ipsa *Ligare, & soluere quodcumque* summam imperandi, & dispensandi potestatem tribui significant. R. In eo tantum id declarant, qui eam ligandi, & soluendi potestatem à se & principaliter habet, qualis Christus Apocalyps. 3. vers. 7. non autem in eo, qui ministerialiter tantum, & vt seruus eam accepit, qualis Petrus, & reliqui Apostoli, qui in nomine Christi, non suo eam exercent 1. Corinth. 5. vers. 4.

Ad duorum Patrum testimonia, quæ pro se citat Bellarminus col. 510. L. A. centies iam responsum est. Primum corruptis iam ecclesiæ temporibus ista à Patribus prolata fuisse, & quum malè locus Matth. 18. vers. 19. intelligeretur, quare perperam à Patribus illa dicuntur. Deinde fallaciam esse, A non causâ. Hoc dixit Gregorius Magnus. Ergo est fidei articulus, & irrefragabiliter admit-tendus. Falsa est ista conclusio.

Quare vera est sententia D. Caluini, qui potestatem ligandi & soluendi peccata hominum ex Christi verbis, & interpretatione Pauli Matth. ca. 16. vers. 18. & cap. 18. 2. Corinth. 5. vers. 19. 20. cum verbi Evangelici prædicatione, & nostra in eam fide vel infidelitate coniunctam semper esse scribit: non in opere operato Baptismi, aut operibus pœnitentiæ à sacerdote imperatis, quemadmodum iste imperitè, & blasphemè vult, ex suæ scholæ heresi perniciosissima.

Quod autem iste addit L. D. tam rudes Apostolos fuisse, ut quid clauum nomine significaretur non intelligerent, ipse rudis est, qui rem facillimam & tritam, à quoquam præter quam à se ipso, ignorari potuisse putet. Quod idem statim refutat iste. Ait enim eos ex his Christi verbis percepisse, Petrum post Resurrectionem Christi Principem inter se constituendum. Id quod & Petrus ipse negat 1. Petr. 5. vers. 1. 2. & fieri non potuit, quum nõdum in Apostolatus gradum, à quo deciderat esset à Christo restitutus, Iohan. 25. vers. 17. Sunt igitur ista Bellarmini in sanctos Christi Apostolos cõuitia, & ægri somnia inconcinna.

Ad Cap. xiv.

Quibus ineptiis scatent superiores istius libri & Hominis disputationes, iisdem & sequentes plenæ sunt. Nam ne scopum quidem illius, quo vsurus est in sui erroris confirmationem loci nouit: nedum ut ex eo quidquam euincat, aut probet. Locus est ex Iohan. 21. vers. 15. 16. 17. ubi ait Christus. Simoni filio Ionæ, quem cum ipsum esse ostendit Euangelista, qui à Christo Petrus antea cogno-

cognominatus fuerat : sed qui propter turpissimam à fide defectionem , & Christi abnegationem iam Petrus vel Petra esse desierat. Itaque in tota illa interpellatione, quæ fuit trina, nunquam à Christo Petrus & præclaro illo nomine appellatur, sed tantum *Simon, fili Ionæ*, ut à sua illa dignitate Apostolatus, & laude fidei sese decidisse intelligeret. Ergo totius illius interpellationis à Christo factæ scopus est, ut Petrus se à Christo in Apostoli dignitatem restitutum cognosceret: non autem, ut in collegas Apostolos ullam præminentiā aut gradum, aut primatum Petro Christus tribuat, cui satis erat locum unam cum aliis Apostolis illi reddidisse. Ambrosius lib. 5. de fide, *Ter interrogatur Petrus, ut quæ ante crucem negauerat, ter fateretur.* De obitu Theodosij. *Ter confessus est Petrus, ut aboleret trinam negationis errorem.* Hieronym. *Trinam negationem Petrus trina confessione deleuit.* August. Serm. 50. in Ioh. & Serm. 1. de Festo Petri & Pauli, *Ter negauerat timor, ter confessus est amor.* Bellarminus ipse ex Cyrillo col. 511. L. C. Ergo non ut vllus primatus in Apostolos Petro daretur, sed ut trina confessione triplicem suam abnegationem Petrus resarciret, & in Apostolatam duntaxat restitueretur, audiuit à Christo ter Petrus, *Pasce oves meas.* Id quod ipsa Christi verba declarant. Atque hoc, quod est verissimum, fundamēto posito cōcidūt omnia Bellar. ex totius huius loci falsa interpretatione argumenta : & extra mentem Christi colliguntur.

Querit Bellarminus, & frustra verba perdit & fundit, ut probet soli Filio Ionæ ter à Christo dictum esse, *Amas me, Pasce oves meas.* Hoc enim

nemo negat. Solus enim ex XII. Apostolis Petrus Christum ter abnegauerat Matth. 26. vers. 69. Neque hoc negat Calvinus (quod illi iste calumniandi animo affingit col. 512. L. A) sed docet *Pascendi* voce non primatum, sed solam docendi, & in fide instituendi alios curam illi communiter cum aliis Apostolis & Pastoribus à Christo demandatam significari. Id quod Petrus ipse manifestè ostendit & Paulus 2. Corinth. 11. vers. 28. Petrus 1. Petr. 5. vers. 2. Primatum autem in se, in Apostolos, in Pastores, in ecclesiam idem ibidem vers. 4. soli Christo asserit, & relinquit.

Ad Cap. xv.

Quid vox *Pasce* significet apud Iohan. 21. vers. 15. quaerit Bellarminus. In quo videtur communi sensu destitutus, siue propriata, siue tropicam huius verbi significationem spectes. Vult enim significare & declarare per se, propriè, primariò primatum in aliquem. Falsum est. Per se significat, & proprie alere, & cibum, vel corporeum, vt 1. Corinth. 9. vers. 7. vel tropicè spirituales præbere: siue à famulo & seruo nostro nobis præbeatur: siue ab eo, qui nobis præest aliquo pacto, & iure. Sic auis Coruus pascebat Eliam Prophetam 1. Reg. cap. 17. vers. 4. Sic Sarephana mulier postea eundem vers. 9. quorum neuter in Eliam Dei Prophetam ius & potestatem habebat. Ex quo apparet falsa Bellarmini de verbo *Pasce* interpretatio pro summo imperio.

Verùm, quia sæpe contingit, vt qui ius & onus corporaliter, vel Spiritualiter alios Pascendi habent, coniunctam quoque in eosdem potestatem
(vt id

(vt id melius facere possint) accipiant, idcirco fit, vt per Noëma, vel Metalepsin, & ex consequenti vox *Pasce* illud quoque imperium, quod huic oneri coniunctum est, significet. Sic Pastor pecuarius pascit oues, Pastor ecclesiasticus homines cū quadam potestate sibi à Deo data, nō illa quidem summa in eos, quos pascere iubetur, sed quanta illi propterea à Deo, vel ab hominibus concessa est.

Sed quid verbis opus est in hoc præsertim argumento, quum de voce *Pasce* quod ad Pastores ecclesiasticos, etiam Apostolos, queritur. Christus ipse Iohan. 10. & Paulus Actor. 20. vers. 28. expliant declarare ius & curam instituendi alios ex puro Dei verbo: non autem dominandi ius, imperandi, dispensandi 2. Corinth. 1. vers. 24. 1. Petr. 5. vers. 3. 1. Corinth. 7. vers. 35. Itaque Episcopatus ecclesiasticus à Paulo *ἐπίσκοπος* appellatur, non *τιμὴν*. 1. Timoth. 3. vers. 1. Quæ omnia hīc Bellarminum oppugnant. Contrario enim superiori capiti vitio hīc laborat. Nam supra utebatur Fallacia A dicto simpliciter: nunc autem ea, quæ est A dicto secundum quid ad dictū simpliciter. Vox Pascere nunquam summum imperium significat, vt in Regibus: ergo simpliciter & semper sic accipitur. Quis hunc Dialecticum ferat?

Ad Cap. xv i.

Mirus es artifex, Bellarmine, qui vt tuam in lingua Græca peritiam (quæ certè per quam exigua est) ostentares, etiam Græcum Sacræ scripturæ textum corrumpere veritus non es, tam es irreligiosus: & absque vllius Codicis noui vel veteris fide *ὑποβόλην* pro *ἐπιβόλην* nobis substituere

ausus es: vt tuam etiam hęc allegoriam nouam cō-
fingers. Deniq; ipsius Domini nostri Iesu Chri-
sti verba mutare temere voluisti qui tā seuerè col-
517.L.D. Smaladicam Synodum arguas, solūm,
quod verba Pauli aliqua transposuerit. Tunc, di-
cebat Spiridion Triphyllio apud Sozomenum lib.
1. Histor. cap. 11. melior es Christo, qui *ἠποβήσατο* di-
xit, vt eius verba repudies? Sed vt ingenium ho-
minis istius omnes norint, etiam in suos ipsos E-
piscopos contumeliosus est. tam est maledicus,
qui eos ouibus feminis, quàm agnis masculis cō-
parare malit, Nimirum quòd meminisset mulie-
rem, & meretricem appellari in Apocalyps. ca. 17.
horum Episcoporum caput: & cum qui in Sacra
scriptura nominatur Agnus Iohan. 1. vers. 29. Apo-
calyps. 5. vers. 6. 8. esse Christum Dominū, cui nihil
simile habent isti Bellarminiani Episcopi, licet
cornutas mitras habeant.

Porro inepta est, & præter S. scripturę mentem,
atque adeo ipsius Domini nostri Iesu Christi sco-
pum ea, quam iste in his verbis, *Agnos & Oues*,
fingunt, allegoria. Simpliciter enim Petrū Chri-
stus in Apostolatū vna cum cæteris restituit, &
ei curam suę ecclesię (quam & *Agnos*, & *Oues*
suas vocat Christus) sicut aliis, qui non cecide-
rant, Apostolis suis generaliter, & communiter
commendat. Sed hęc scirpum in nodo, & in lente
vnguentum vanus iste homo quærit, dum in vo-
cibus, *Agnos, Oues, Ouiculas*, philosophatur.

Denique ecclesiam suam Petro cōmendasse his
verbis *Pasce oues meas*, Christum nemo negat: sed
non soli: non vt ei in Apostolos, vel ecclesiam
Prima-

Primatum traderet. Id quod Bellarmino probandum est. Cur igitur in re cōcessa querit iste argumenta, nisi ut oleum & operam suā perdat, chartā cōmaculet, & nostro otio abutatur? Ut ne iste de hoc Iohannis loco cap. 21. nimium triumphet, & gloriatur, audiat Paulum Galat. 2. vers. 7. qui sibi ecclesiarum præputij curam à Christo demandatam esse testatur: Petro verò Circuncisionis, quemadmodum est Actor. 13. vers. 2. 22. vers. 17. ne omnes ecclesias ad Petrum spectasse putet.

Quod D. Lutherus & Illyricus, & alij contra Bellarmini errorem disputant, recte disputant. Nec enim negant, & singulis, & omnibus Apostolis ecclesiam suam à Christo fuisse commendatam 2. Corinth. 11. vers. 28. Actor. 1. vers. 8. sed contendunt non vni Petro, quod iste vult omnes ecclesias traditas, ut solus ille eas per se, vel delegatos à se alios regeret. Id quod refutat Petrus ipse 1. Petr. 5. vers. 3. qui etiā ab alijs Apostolis Samariā mittitur Act. 8. vers. 14. corā alijs Apostolis sui facti rationē reddit Actor. 11. vers. 4. à Paulo Antiochiæ publicè reprehenditur Galat. 2. vers. 14. Hæc Bellarminū plane refellunt. Imo Galat. 2. vers. 6. testatur Paulus Petrum nihil sibi vel ad suum Apostolatū, vel ad suam doctrinam contulisse: sed se ei æqualem fuisse. Denique quum Episcopos ecclesijs instituit Paulus Actor. 14. vers. 23. vel qualiter in ecclesia ex Dei verbo instituendi sunt, Timotheum, & Titū docet 1. Timoth. 3. Tit. 1. nihil de Petri in ea re auctoritate, aut successorum Petri potestate agit, neque eā requiri docet: neque electos à se Episcopos ut à Petro approbarētur, ad eū remittit. Imo ipse

met Bellar. colum. 518. L.C. omnibus & singulis
Apostolis datam esse potestatem fatetur in om-
nes ecclesias, idque Petrum commune cum aliis
Apostolis habuisse: non autem solum.

Quod tota colum. 518. laborat Bellarminus, vt
Pauli locum Galat. cap. 2. vers. 7. explicet: sic eum
iuuo, & eo æstu, in quo sudat, libero, Nempe
id quod Paulus scripsit, datam sibi Præputij, Pe-
tro verò Circumcisionis curam, intelligendum
esse non exclusiuè, & negatiuè, quasi hæc cura so-
li à Christo in eam partem mandata sit Petro, vel
Paulo: sed principaliter, & potissimū duntaxate
vt præcipuè Circumcisionis prouinciam suscipe-
ret Petrus: Paulus autem Præputij. Quid igitur
necesse fuit immorari in eo, vt doceret Petrum in-
ter Gentes prædicasse & prædicare potuisse: Paulū
inter Iudæos? Quas verò solutiones affert Bellar-
minus ad 3. 4. 5. 6. argumentum nostrorum, ita
nihil valent, & eum ipsum refellunt, vt nihil istarū
solutionum refutatione sit opus. Vident enim, &
animaduertunt pij lectores omnes ab eo concedi
omnia, quæ cōtra istum Petri primatum à nostris
proferuntur ex ipso Dei verbo. Itaque nihil re-
spondet: imò quædam diuinat, velut quod Petro
autore Apostoli alij diaconos elegerint Act. 6. cō-
tra ipsissima S. scripturæ verba. Tribuitur enim
hoc consilium xii. non vni Petro. Contra iste col.
520. L.A. Item quòd duplex orbis partitio, & distri-
butio facta sit ab Apostolis inter seipso col. 518.
L.B. Quòd multæ ecclesiæ in Hispania, Gallia, &
Africa fuerint à Petro plantatæ L.C. quas regio-
nes ne vidit quidem vnquam Petrus: Quòd ho-
nificen-

norificentius fuerit esse Iudæorum Apostolum (qui infestissimi Christi hostes erant, & pauci) quàm gentium, quæ & dociles Euangelio se præbeant, & totum reliquum terrarum orbem complectebantur. Sic tamen iste col. 519. L. B. Denique quū Petrus ab aliis Apostolis mittitur, negat Petrū cœtui ipsi Apostolorum, & suo corpori, cuius erat mēbrum, fuisse subiectum, quū ab exemplis, quæ ipse profert col. 520. L. B. manifestissimè tamē confutetur, tam est in sui pontificis Romani primatu & tyrannide ex suo voto defendenda pertinax, vel cæcus. Sed quid non negare Monachus audeat?

Denum pari falso, & mendacio totum hoc cap. XVI. concludit, vt sit par finis principio, imo toti corpori capituli, & disputationis istius. Ait enim Petrum sciuisse ante visionem sibi cœlitus oblatam Euangelium promiscuè Gentibus & Iudæis esse à se & coapostolis prædicandū. Imo hoc refutat Petrus ipse Actor. cap. 10. vers. 20. *Nihil ambigens proficiscere, versu 34. 35. In veritate comperi* (non ait, comperi, & sciui) *sed iam disco in quaui gente acceptum esse Deo, qui eum timet.* Ergo antea hoc non intelligebat. Quare hæc visio propriè, maximèque Petro propter ipsum Petrum obtigit, vt fatetur ipse Actor. II. vers. 12. & quantafuerit primis illis ecclesiæ temporibus de eo inter Apostolos ipsos altercatio docet cap. II. Actorum, item cap. 21. Vt mirum sit Bellarminum vel tam ignorantem esse, qui ista nesciat: vel tam impudentem, qui negare, si sciat, audeat, & velit. Sed vbique sic peccat iste, quia & mentem, &

ventrem suo Romano Pontifici iam pridem ad-
dixit: sed & linguam.

Ad Cap. xvii.

Postquam quod contédit Bellarminus de Pe-
tri primatu recta ratione & via obtinere non
potest, obliqua consequi & impetrare conatur, ut
nullum non lapidē pro Romani sui Dei numine
tuēdo mouisse appareat: atque ita in Tēplo Capiti-
tolino locum & templum aliquod à Ioue suo, ad
est, Cardinalatum à Papa Romano pro mercede
tanti laboris eruscare tandem possit.

Porro prærogatiuas, ut appellat, quasdam Petri
& seq. disputatione recenset, quas inutili labore
in prolixissimis verbis collegit. Prolixus esse vo-
luit, ut nos tædio tot & tam inepta legendi ali-
quo afficeret, & mole tam crassi voluminis obre-
reret, si posset. Sed fallitur. Pro Christi enim glo-
ria tuenda & eius principatu aduersus istos latro-
nes defendendo quiuis labor, quantumuis grauis
leuis est nobis & facilis. Inutilis autem est labor
iste, quoniam etiamsi Bellarmino concedatur om-
nes istæ Petri prærogatiuæ, ex his nequaquã e-
uincit, ergo & primatū in Apostolos & in eccle-
siam datum, aut competere Petro. Nec enim se-
quitur. Quod si quis subditus à Principe suo præ-
clara aliqua, multaque priuilegia acceperit: idem
Vicarius & totius Regni caput sit. Alia enim est
prærogatiuæ, alia capitis ratio. Nec multæ præro-
gatiuæ Regem aut caput faciunt: sed sola prima-
ria illa dignitas & autoritas, quæ alicui ex se & à
se competit, velut fonti reliquarum in eodem re-
gno po-

gno potestatum. Imo priuilegia & prærogatiuæ alicui ab alio concessæ illius subiectiõnẽ arguunt: & in eo esse longè inferiorem summo gradum ostendunt, & probant. Quare duplex est fallacia hîc à Bellarmino commissa, Vna, quum res diuersi generis confunduntur, & pro eodem sumuntur, quæ ignoratio Elenchi dicitur. Altera, A non consequente. Nec enim efficitur, vt, licet hæc omnia reliquæ priuilegia Petro data fuerint, ergo & Principatus in collegas & Coapostolos datus sit.

Verùm prærogatiuas istas videamus, quarum pleræque ferè omnes tam aliis Apostolis, quàm Petro, vt res ipsa declarabit, sunt communes: quare ex his nihil supra Coapostolos habet Petrus.

Prima Petri prærogatiua est, ait Bellarminus, Mutatio nominis Matth. 16. vers. 18. Ioh. 1. ver. 43. Primùm falsum est mutatum à Christo nomen Petro: sed illi solum hoc cognomen addidit Christus vnde ait Lucas 6. vers. 14. *Quẽ etiã nominauit.* Sic xij. duos ibidem dicitur nominasse, id est, cognominasse Apostolos contra quam tamen iste col. 521. L. C. D. imperitissimè sentit, ergo Simon ex proprio nomine, & Petrus ex cognomine appellabatur etiam postea Petrus. Sic enim Matth. 4. vers. 18. 10. vers. 2. *Simon qui Petrus dicitur: & Petrus ipse 2. Petr. 1. ver. 1. ostendit sibi nomẽ Simonis relictum fuisse, Simeon Petrus.* Eodem nomine vocatur Act. 15. vers. 14. Simeon, non Petrus. Deinde hæc nominis mutatio est Petro cum Iohanne & Iacobo filiis Zebedæi communis, quibus cognomen Boanerges Christus imposuit, teste

Marco 3. vers. 18. imo & Petro, & illis, eodē dicēdi genere à Christo nomina imposita scribit Marcus.

Quod igitur maius Petri fuit quàm Iohānis, & Jacobi in alios Apostolos priuilegiū, ius, & prerogatiua? Certe nulla. Nā quod hīc addit Bellarminus hoc Petri nomē esse Christi propriū & Petri soli à Christo cōmunicatū esse, fallitur. Nam Petrus ipse priore epistola cap. 2. vers. 5. asserit omnes pios & vere in Christū credentes esse & Petros, & petras, quia Petrū Christū habēt 1. Corint. 10. v. Sed voluit Christus hunc suum discipulum sic cognominari, quia sic eum primum nominarat, vt omnes pij in Petro quanta vis & dignitas veri in Christum fidei esset, perspicerent.

Testimoniū Leonis Episcopi Romani & aliorum similiū, qui ea, quę Christi sunt, nimirū Petri cōmunicant ad suā sedem augendā, est nihili. Nemo enim est iudex ferēdus in proprię ratione causę. Nemo pars & iudex esse potest in eadē causā.

Ad Cap. xviii.

Secunda Petri, quam putat iste, prerogatiua est. Quod in Catalogo Apostolorum describendo Petrus primus numeratur, & semel. Primus Mart. 10. vers. 2. nominatur. R. duplicem esse fallaciā. Vnā, A non consequente, seu figura dictionis. Est enim ineptum ex situ, & enumeratione colligere dignitatē, vt semper inferior existimetur, qui posterius recēsetur. Nā inter filios Israel enumeratur primus Rubē vbiq; Exo. 1. v. 2. Deuter. 33. Iuda quartus: & tamen iste dignior fuit tribus aliis suis fratribus Genes. 49. vers. 8. Pręterea falsum est Petrum semper primo loco recenseri. Nam Galat. 2. vers. 9.

vers. 9. post Iacobum à Paulo ponitur 1. Corinth. 1. vers. 12. post Paulum & Apollo 1. Corinth. 9. vers. 5. post omnes Apostolos.

Altera fallacia est Ab æquiocatione vocis *Primus*. Nam primus quis dicitur vel solius ordinis ratione, vt hic Petrus: vel Principatus in alios reliquos. Id quod Petro minime conuenire supra demonstrauius. Oportuit autem in cœtu Apostolorum esse vnum aliquem ordinis ratione primum, ne quid perturbet, & ἀγχιόνως ab iis & inter eos fieret. Aliquid autem perturbet in ecclsiæ cœtu fieri vetat Spiritus sanctus 1. Corinth. 14. vers. 40.

Ad Cap. XIX.

Quas iam prærogatiuas Petri recenset Bellarminus, sunt partim ipsius Petri vitia: partim Dei dona illi cum aliis Apostolis, vel etiam cum omnibus fidelibus cõmuniter cõcessa. Quare nequaquam prærogatiua. Temeritas fuit, tertia hæc Petri prærogatiua, videlicet quod Petrus Christi miracula imitari voluit, & vires suæ fidei experiri, exiguas illas quidẽ ignorans, plus de se, quàm sibi inesset præsumere. Itaque super Mare ambulare voluit, vbi pene sua temeritate periit, Matth. 14. vers. 30. 31. Ergo vitium hoc Petri prærogatiuam appellat Bellarminus.

Quarta prærogatiua est, Nosse Christũ esse Filium illum Dei viui Matth. 16. Quinta, quod portæ inferi non præualituræ fidei de Christo, quam habuit Petrus, dicuntur, vers. 17. 19. Sed fuerunt hæc dona Dei Apostolis omnibus cum Petro communia. Dixit enim Christus, Vos autem quem me dicitis esse vers. 15. Itaque omnium Apostolo-

rum nomine respondit Petrus: & illa quoque dona accepit. Imo Augustinus Serm. 33. de verbis Apostoli ex Marc. i. v. 24. tradit idē de Christo confessum penē esse Diabolū, quod Petrus Matt. 16.

Sexta prerogatiua Petri statuitur à Bellarmino, quòd Petrus tributum pro se ipso soluerit Cæsari: Matt. 17. vers. 27. Mirum hominis iudicium peruersum, Quòd nempe soluere alij tributū sit ignū prerogatiuę & principatus, nō autē subiectionis penē infimæ. Ergo Paulo contradicit Bellarminus qui Roman. 13. vers. 7. id signū subiectionis esse, non autē imperij docet. Contradicit Hieronymus qui, vel ipso Bellarmino teste, malē id Apostolo collegisse testatur in Matt. ca. 17. Cōtradicit Christo ipsi, qui ibi vers. 26. negat omnes eos esse Reges, vel liberos Regū & Principes, qui tributū solunt alteri: sed potius subditos esse ex eo Christus arguit. Ecquæ est igitur ista tua mens, Bellarmino, omni iudicio humano destituta, & ad omnia vt quæ sunt signa manifesta subiectionis, ea vel esse signa principatus & Imperij in alios: Militem te, non hominem esse oportuit, quum tam asper scriberes, & ἀτοπα.

Quòd si fortasse quæris, Cur vnū ex Apostolis petrū nempe Christus soluere Cæsari tributū voluit, ratio facilis est, vt te mancipiā Romani Pontificis, & ipsos Romanos Pōtifices doceret, Petri exemplo Principibus terrenis subici oportere, & iis vectigales esse, quēadmodū ceteros subditos vt est in can. Tributū 23. quæst. 8. & can. Quid capitatur quæst. 1. & vult Ambrosius epist. 2. ad Valentinianum, August. li. 1. Quæstionū Euangelicæ quæst. 23. Discat igitur iam iste, quod nesciebat,

Cur Petrus solus tributum Cæsari soluerit in signum obedientiæ. Itaque Petrus ipse pios omnes Regibus parere iubet 1. Petr. 2. vers. 17.

Ad Cap. xx. & xxxi.

SEPTIMA prærogatiua est miraculum à Petro factum. Hoc illi cū omnibus aliis Apostolis, imo plerisque hypocritis est, factum commune Matth. 10. vers. 8. & 7. vers. 22. Nempe Miracula condere. Ergo nullum ex eo ius peculiare competit Petro. Quod enim nescio quas nugas addit Bellarminus istis miraculis, & quærit in iis allegorias, hoc illi familiare est, vt lectorum oculis tenebras offundat, inutiliter *ἐν φανῆ μύρον* in lente unguentum, contra prudentem Veterum paroemiam, quærere & nugas nugerrimas, vt ait ille, agere.

OCTAUA prærogatiua facit infidelitatē Petri, quod Christum esset abnegaturus. Ineptè, quasi Vitium nostrum inter nostras prærogatiuas, quæ sunt honoris, recenseri possit, aut debeat. Deliras hinc profecto Bellarmine, vt antea.

NONA prærogatiua, Quod primo ex viris Petro sese Christus ostenderit post resurrectionē. Primum hoc falsum est. Nam iis duobus viris apparuit Christus primū, qui Hierosolymis Emauntē proficiscebantur, vt ordo & series historiæ à Luca diligenter obseruata demonstrat Luc. 24. vers. 13. & 34. Quanta igitur istorū duorū erit supra Petrum prærogatiua: imo quanta Mariæ Magdalenæ, ex tua sententia, supra & Petrum, & omnes Apostolos, cui primæ omnium sese Christus post resurrectionem manifestauit? Sed, quemadmodum supra demonstraui, ex his prærogatiuis quas iste vocat, Primatum Petri in Apostolos, vel in

ecclesiam colligere, est fallacia, A non consequente, & fallacia Ab ignoratione Elenchi. Id quod in sequentibus quoque capitibus apparet, valet, & locū habet, velut in Decima, & vndecima, vt ille nominat, prærogatiua. Longè verò præferendus esset Petro Iohannes ex xj. prærogatiua. Nam Iohannis non mortem, sed longæuam vitam (Vnde melius Principatus, meliôrque conditio colligitur, nec enim mortui homines ampliùs regnant) prædixit Christus, & promisit Ioh. 21. vers. 22. adeo vt immortalis in his terris fore ab aliis Apostolis penè crederetur versu 23. Sed hæ sunt nugæ, quæ persequi penè meipsum pudet, quia bonas horas in rebus solidis collocare viros bonos & pios deest.

Ad Cap. x x i I.

OMnes istæ ix. prærogatiuæ, quæ recensentur, neque prærogatiuæ sunt Petri, quum quæ hæc commemorantur, vna cum ceteris Apostolis, vel aliis sociis velut Iohāne egerit: vel his etiā cōcessis, nihil de Petri Primatu effici possit. Quanquam iniurius est in Euangelistam Philippum & Paulum Bellarminus, qui vt suum Petrum exornet, alienas, id est, Philippi virtutes illi applicat, item & B. Pauli: quorum vterque, teste ipsamet S. scriptura, prius aliquos ex Græcis & Gētibus ad Christum conuertit, quàm Petrus. Philippus videlicet Eunuchum Actor. 8. vers. 36. Paulus Græcos, quibuscum Hierosolymis de Christo, & fide differat, Actor. 9. vers. 29. quicquid hunc ipsum locum corrumperet Bellarminus columna 52 S. L. C. malignosè scribat ad sui Petri non autem veri Petri, & Christi Domini Apostoli Primatū in ecclesiam stabilien-

stabiliendum. Sed frustra: corrui enim iste Primatus per sese, tam sunt infirma illius fulciendi sustentacula à Bellarmino substrata.

Quod negat pro Stephano & pro Iacobo preces ab Ecclesia quantum, & ut illa tunc potuit, conceptas fuisse, unguatorum est. Sed si hoc Primatum tribuit, certe Paulus potius, quam Petrus, fuerit universale Ecclesie caput, pro quo captiuo sepius orauit Ecclesia Dei. Reliqua huius capituli XXI. sunt mera nugæ, & hominum iam mala de Principatu Petri opinione velut veneno fascinatorum delirium.

Ad Cap. XXIII.

Octo fabellas iam hic narrat, tædij lectorum subleuandi gratiâ, Bellarminus, quas Petri Prærogatiuas infulsè vocat: quibus etiam cõcessis, ne hoc quidem quod vult, effecerit, Petrum aliis Apostolis esse preferendum, nedum in eos Primatum à Christo accepisse. Sed homo iste manum de tabula (quod est imperiti pictoris) tollere non potest, & stylo suo in sui Dei Romani gratiam voluit in hoc præsertim argumento indulgere.

Petrum ab ipso Christo fuisse baptizatum, falsum est, tam quòd neminem baptizauit Christus ipse Iohan. 4. ver. 2. tum etiam quòd ex Iohan. Baptistæ discipulis erat, sicut & reliqui Christi Apostoli. (Nam venerat Iohannes ut discipulos Christo prepararet Luc. 1. versu. 76. & sic docet Tertullianus) Ergo & à Iohanne prius baptizatus fuerat. Ridiculum porro istud est Andream à Petro fuisse baptizatum, qui prius quàm Petrus,

ad Christum ipse venerat, Iohan. 1.

Petrum à Christo creatum vnquam fuisse Episcopum, & falsum est, & ἀθεόλογον, quum alij omnino & re, & vocatione fuerint Episcopi, alij Apostoli, teste Paulo, Ephes. 4. ver. 11. Petrus autem fuerit Apostolus, Matth. 10. v. 2. factus. Ergo quum inter Episcopos statuitur Petrus, tantum illi de Apostoli gradu & honore detrahitur: quantum Episcopatus Apostolatu minor est. Est enim Episcopus, qui vni duntaxat Ecclesie & gregi in orbe terrarum præest. At is est Apostolus, qui à Christo curam omnium Ecclesiarum suscepit. Quæ duo munera in eodem locum habere non possunt. Eligat igitur Bellarminus, quem velit fuisse Petrum suum. Nam Petrus Christi fuit Apostolus. Quod autem Bellarminus, col. 529. L. C. Paulum negat immediate à Deo apostolum fuisse ordinatum: sed per manus impositionem Ministrorum Ecclesie, contradicit Paulo manifestè, qui Galat. 1. ver. 1. negat se ab hominibus, vel per hominem factum esse apostolum, sed per Iesum Christum. Contradicit item Petro, qui Act. 10. v. 41. fatetur omnes Apostolos immediate à Christo vocatos fuisse, & ordinatos. Contradicit Christo ipsi, qui Ioh. 6. ver. 70. *Nunc vos ego duodecim elegi?* Ergo neque alia, neque maioris autoritatis est in Ecclesia Petri vocatione, quam aliorum Apostolorum. Imò ipsemet Bellarminus col. 531. L. A. omnes Apostolos scribit itidem, sicut Petrum, Ecclesie Episcopos à Christo fuisse ordinatos. Quid igitur in eo plus Petro tribuit? De Petri cum Simone Magno certamine, si vera esset historia, & Cornelius Tacitus, & Suetonius, & Plinius, qui res suæ ætatis memorabiles accurate

conscripterunt, aliquid traderent: & imprimis historia Sacra in Actis Apostolicis. Petrum denique & Romæ fuisse, ac sedisse, & illic pro Christo passum esse probet Bellarminus, & tunc nos credemus. Alioqui Historici certant, & adhuc sub iudice lis est. Sed sibi, suisque fabulosis narrationibus, tanquam Palæphatus quidam, credi vult, & imperat dictator iste Romanus Bellarminus. Nam homines isti officiosū mēdaciū in suis scholis cōmeritāt. Nos verò illud omnino dānamus Dei verbo.

Ad Cap. xxiiii.

Prorsus ineptus est homo iste, qui tres tantum à Nicena Synodo prima Patriarchales sedes cōstitutat scribat, quum aliud apertè can. 6. eiusdem Synodi doceatur, nempe quattuor agnosci, inter quas est Hierosolymitana. Id quod iste negat, sed impudēter: itē quum eas tres sedes Patriarchales fuisse vult, quod in illis sedisset Petrus, quum eum Alexandria vixisset (ac vel fuisse quidem nusquam) appareat. Excipit iste. Fuit Alexandria per Marcū suum vicarium & substitutum. R. Primum quis hoc docuit Bellarminum? Quod enim ex Anacleto, Leone, & Gregorio assert, est inane, quū ipsi sibi in sua causā ius dicant. Deinde eadē ratione in omnibus Ecclesiis, in quibus tunc erant Episcopi, constituendæ fuerint sedes Patriarchales, quoniam ex istius sententia omnes Episcopi iam à Petro mittebantur, vt quidam ipsius Vicarij legati, & ab eo delegati.

Quod denique de festo Cathedræ Petri & de litteris formatis ad Petri sui (.i. qualē animo fingit, nō qualis fuit verus) Petrus Primatū corroborādū

affert Bellarminus, sunt nœniæ, & corruptæ iâ Ecclesiæ, atque isto errore fascinatæ, id est, cæcæ iudicia, & testimonia: itaque nullius prorsus valoris ac momenti: Quanquam ex isto Cathedræ Petri festo Durandus in Enchiridio lib. 7. cap. 8. nō Romam, sed Antiochiam sublimat, in qua tunc, non Romæ Petrus inthronifatus fuerit, Ergo laus ista non ad Romanos, sed ad Antiochenos pertinet.

Ad Cap. xxv.

Breuis erit nostra ad hoc caput longissimū responsio. Nam totum à principio ad finē laborat duplici fallacia seu vitio. Primum est Auctoris causa. Dixerunt Patres Petrum habuisse primatum & regnum in Ecclesia, ergo hoc verum esse Christus enim, qui solus eam autoritatem tribuere potest, ac potuit, hoc negat, Fore videlicet inter Apostolos, eorūque successores regnum. *Vasari* inquit, non sic Luc, 22. versu vicesimo sexto Regnum meum, ait idem, non est de hoc mundo Iohan. 18. ver. 36. Negat idem Petrus 1. Petr. 5. v. 3. qui & suū, & Apostolorum reliquorum, & Pastorum futurorum in Ecclesia munus & officium esse dicit Pascere gregem verbo Dei, non autem in gregem dominari, & regnum exercere. Idem docet Paulus Act. 20. v. 28. & 2. Corinth. 10. v. 4. Negat Hieronymus, qui parem Eugubini, & Romani Pōtificis & Episcopi in Ecclesia autoritatē esse scribit. Negat Gregorius Magnus, qui ad Euloliū scribēs affirmat eū, esse præcursores AntiChristi, qui se Vniuersalē Episcopū vocat. Id quod vero Petro Christi Apostolo cōpetere non potest. Negat ante hos Patres Cyprianus, qui vnū esse Episcopatū asserit cuius

cuius insolidum sunt participes singuli, in sua quisque Ecclesia, Episcopi.

Altera huius capituli fallacia est, Ab æquiuatione *Primatus, Pastoris, Capitis, Præpositi*, similiūq; vocum, quæ à Patribus tribuuntur Petro, duntaxat ratione ordinis, velut inter tres Augustos vnus est primus: nō autem ratione potestatis & imperij. Ille verò ad regiam dignitatem eas voces transfert: imò ad blasphemā in Deū ipsum potestatem, per quam Petrus, vt iste vult, peccata remittere, pœnas peccatorū tollere prorsus, vel imminuere, dispensare de legibus, de pactis, de iuramentis, aliisque rebus potuerit, i. fenestram ad omne scelus patefacere vi istius iuris quiuerit. Id quod & falsissimum, & prorsus blasphemum.

Quòd si aliqui Patres tale quidpiam Petro tribuerunt, quale fingit Bellarminus, iam errore istius potestatis fascinati, sic, sed perperam, senserunt & scripserūt. Quare fides minimè est illis adhibenda. Dictum enim Christi, Matth. 16. *Tu es Petra, & super hanc Petram, &c.* pessimè de Petri persona sunt interpretati, quū ad fidē Petri in Christo, & in Christū planè spectet, & referatur. Causas verò, cur sic, præter mentem Christi, locus iste Matthæi explicaretur in nostro de Antichristo libello iam pridē exposuimus ac docuimus: ad quem breuitatis gratia, lectorem remitto.

Ad Cap. xxv.

Comparatio inter Iacobum & Petrū nihil pro Primatu Petri in Collegas & Episcopos cōcludit. Nec enim sequeretur, etsi præferretur Petrus Iacobo, idcirco aliis omnibus, & ipsi Apосто-

lorū cœtui præferri, & præesse. Sed quæ de ea re D. M. Lutherus disputauit idcirco fecit, vt eos suo gladio iugularet, suisque rationibus conuinceret. Negari verò non potest, Iacobū Petro præfuisse & præpositū fuisse in Cōcilio Hierosolymitano A-ctor 15. Facit enim Iacobus, nō Petrus, cōclusionē.

Ad Cap. xxvii.

Indubitāter & sine circuitione tū quòd ad doctrinā, tū quòd ad muneris Apostolici dignitatē & amplitudinē præfert Bellar. Paulū Petro col. 542. L. A. quid restat igitur quo minus Petro Paulum præferamus, eūque, nō Petrū Principē Apostolorū appellem? Quod est omnino, & necessariò cōsequēs. Nā etiā iste ex Petri meritis, ipsius in Ecclesiā principatū metitur supra c. proximo: quæ merita quum sint ex huius confessione in Paulo, quā in Petro maiora, quis dubitare potest, quin ex istius doctrinæ & scholæ regulis Paulus Petro sit præferendus & in Apostolatu, & in Principatu?

Nam quòd iste excipit Pauli supra Petrum præminentiam fuisse tantum extraordinariam & in ipsius Pauli persona terminatam, in ipsius verò posteris nequaquam continuatam, effugium est, & σοφὸν φάρμακον, quòd nihil habet coloris. Cur enim potius continuatum est in Petri successoribus ipsius potestas minor & imbecillior: quàm in Pauli successoribus illa maior & efficacior Pauli dignitas & potestas? Hic procul dubio victus discedat Bellarminus, licet inuitus: & postea col. 544. præfertim quum Maximi & Leonis, & Gregorij Magni accedat ad nostrā sententiā confirmandam: auctoritas, citata ab hoc ipso col. 542. L. A. B. Denique

Denique quod iste æstuat in argumento (quod ex Pauli tanquam excellētioris Petro pictura aduersus suam sententiam ducitur) soluendo nihil agit. Vetus enim illa Pauli supra Petrum pictura, & situs arguit, quæ fuerit primitiua Ecclesiæ de vtroque sententia, Nimirum ea, vt omnibus modis Paulum Petro præferret; non autem Petrum Paulo, quod iste vult, sed perperam, & contra situs alicuius ad dexterā significationē omnibus notā.

Ad Cap. xxviii.

Non est nostri instituti, pie lector, hoc loco peccata illa Petri (quæ magna ex parte, licet excusare velit, agnoscit tamen Bellarminus) exagitare, aut examinare. Illud enim ex Dei verbo didicimus, *Leuit. 18. v. 7. pudenda Patris tui non retegēs.* Itaque inter Illyricum & Bellarminum tota hæc controuersia & totalis ventiletur. Hoc solum dicam, quod ad rhūbum, quē tractat vterque nihil ista peccata vel concessa, vel negata pertinere. Nam neque idcirco Petro in Ecclesiam primatus denegari propter ea peccata debet, si illi à Christo Domino datus & concessus probaretur, quod efficere non potuit Bellarminus: neque idcirco Petro in Ecclesiam Primatus competit, licet hæc peccata nunquam commiserit, si ista autoritas in eū à Christo trāslata tributaque nō fuerit. Tributā autē nusquā docet S. scriptura: denegata multi S. scripturæ loci manifestè tradunt. Ergo siue illa peccata taceantur, siue refriçentur, & cōmemorētur siue etiā refutentur, nullum omnino momētū ex eo ad causam suam euincendam habet Bellar-

minus. Itaque nos sicco pede hoc tam *& opor d. d. d.*
 Cuius argumentum transibimus.

Censura, & examen huius libri primi.

Hic antestari libet Robertum Bellarminum
 Hæreticum in his quinque totis de Summo
 Pontifice libris non pro focis, vt aiunt, & aris, id
 est, pro re sanctissima pugnare: sed pro porcis &
 haris, id est, re omnium sordidissima decertare,
 nempe pro culina & Papæ, & sua, pro ventre, pro
 abdomine, pro lumbrico, quem petit, pro pingui
 & vili omaso, quem pro Deo habet tamen, vt ple-
 rique alij, quos damnat B. Paulus Philip. 3. vers. 19.
 Eorum enim finis est exitium, & ira Dei.

Ceterum tria quedam imprimis summa Bellar-
 mini in hoc toto libro vitia eaque vbique sparsa
 obseruabunt pij, & eruditi lectores, Nimirum A-
 stutiam, Contradictionem, & Falsitatem.

Astutia, fraudisque robusta vna est, quod huius
 disputationis de Summo Pontifice initium alie
 repetit magna phantasia, & præposita pompa, & a
 gemino ouo, Quid sit Politia, Quotuplex, Quid
 Monarchia, Aristocratia, Democratia, Quæ opti-
 ma, vt esset ex Pindari lege τῆτέ τῆ λόγῃ προσαπῶ
 & frontispiciū τῆλαυγές & splendidum, & inescans
 lectores. Sed quid ista omnia vel ad propositam
 quæstionē, quū Politici, & ecclesiastici regiminis
 plane sit diuersa ratio, diuersæ leges, diuersa insti-
 tuta? illa verò, quæ tam longe repetit Bellarminus
 ad Politicum, non autem ecclesiasticum regimen
 spectent? Altera fraus est, quod magnitudine, &
 onere huius tam longi & crassi voluminis (quales
 hi sunt

hi sunt quinque libri pro vna controuersia de Summo Pontifice) putauit sese posse nos obtinere, & ab illius refutatione & lectione arcere, vel abigere: quum hæc quæstio ex vno Lucæ loco, & Christi dicto Luc. 22. versu 26. breuiter, & perspicue definiri tota potuerit. Nullam Monarchiam nimirum inter veros ecclesiæ Pastores esse debere. Verum fallitur. Laus est hæc nostra maior, posse paucis verbis & Pagellis tam crasso scripto respondere. Tertia fraus est, quod huius controuersie definitionem non ex ipso Christi ore, (qui quum solus sit huius domus, nimirum ecclesiæ dominus, potest quoque solus principatum istum constituere Hebræ. 3. v. 6.) nõ, inquã ex ipsius Christi ore, sed ex corrasis nescio quibus Patrũ, qui pessimè locum Mathæi, cap. 16. *Tu es Petrus, &c.* intellexerunt, dictis petit, & hunc Petri sui, non autem Petri Christi Primatum stabilit. Nã quomodo ij principatum Petro dabunt, qui nullam illius dandi potestatem habent? Ergo ex solo Dei verbo, non ex Patribus constituendus, & firmandus est hic Primatus.

Contradictio est multiplex. Nam primus, vt vel ex ipsis paratilis apparet, liber quintus huius controuersie euerit omnia, quæ à cap. 18. vsque ad 28. huius libri primi traduntur à Bellarmino, tam fuit iste cæcus: item quæ lib. 4. cap. 1. disputat, vbi Romani Pontificis supra omnes Episcopos excellentiam effert, & extollit. Item cap. 7. huius libri primi vult, sed perperam, solis Episcopis ius competere in ecclesiam, at idem tamẽ in fine eiusdem capituli, factus sapietior, hoc ius piis Magistratibus

quoque communicat pro modo suæ iurisdictionis
 c.6. Democratiã omnino remouet à gubernatione
 Ecclesiastica; eandem tamen postea cum aliis
 in negotiis Ecclesiasticis, tum in consensu, quem
 tota plebs electo Episcopo accommodare debet
 admittit. Idem cap. 9. col. 488. L. A. §. *At Papa*
 prorsus abrogat & euertit, quicquid in his libris
 summo suo Pontifici tribuit. Negat enim eum
 habere potestatem in purgatorio: & in his terris
 sic illam restringit, vt Pontificem suum summum
 nolit vel Sacramenta instituere posse, vel leges
 Christi mutare,

Itaque seipsum, sui que Petri Primatũ magis de-
 struens col. 542. L. D. fatetur Paulum Petro maio-
 rem & doctrina, & Apostolici muneris dignitate
 fuisse: At col. 543. L. A. eos inter se pares facit.
 Quid tam incõstans, & varium? Quid plura? Mul-
 tis locis (velut col. 498. L. A. §. *Respondeo*. col.
 504. L. D. §. *Respondeo* col. 505. L. C.) agnoscit,
 & scribit æque Apostolis omnibus datam esse à
 Christo clauium potestatem. Quid igitur plus suo
 Petro, non autem Petro Christi tribuit Bellar-
 minus? Denique columna. 495. L. A. §. 1. tradit
 solum Christum esse totius Ecclesiæ fundamen-
 tum: negatque columna 497. L. A. §. *Ad illud*
 Petrum tunc primatum in Apostolos, & Eccle-
 siam accepisse, quum illi dixit Christus, *Tu es*
Petrus, &c. Quando igitur, Bellarmine? Vides i-
 gitur, vt nullos habeas antagonistas te à teipso
 refutari, & prorsus euerti, quæ summa, & ineptis-
 sima contradictio est.

Porro falsum pene infinitis locis in hoc libro
 primo &

primo à Bellarmino admissum est. Nec enim unquam tanta peccauit, quanta in hac disputatione, dum alios Sacrae scripturae locos ita scriptos, negat, alios falsa interpretatione, corrumpit, alios inuoluit & obscurat, alios detorquet: Et, quod omnes vident statim initio disputationis istius locum Isai. 28. ver. 16. Ecce pono lapidem &c, planè falsificat, id est, suum fundamentum. Quid denique magis impium est, quàm quod iste col. 454. scribit. §. Addit postremo non nisi per Petrum peruenitur ad Christum. Ergo sic erit Petrus Bellarminianus noster apud Christum aduocatus, via, veritas, ostiū: quomodum verus Christus est nobis Iohan. 10. & 14. & 16. aduocatus, via, veritas, & ostium ad verum Deum. Quare iā plures Christos habebimus: quæ certe quidē summa, & impiissima est blasphemia. *Sed tu Domine Jesu usquequò hæc pateris & files.*

Ad Librum Secundum,

Ad Cap. 1.

DVæ solùm quæstiones in toto hoc libro longissimo tractantur, Vna, Vtrum Petrus Apostolus Christi fuerit, ac mortuus sit Rome, Secūda Vtrum Pontifices Romani Petro successerint in Ecclesiastica Monarchia: Prima quæstio Nullius est momenti: nec ex ea quicquā ad propositū efficitur, colligiturve. Nec .n. siue Petrus fuerit Rome, siue non: siue mortuus, ibi fuerit, siue nō hoc quicquā valet ad stabiliendam Rom. Pontificis in omnes Ecclesias tyrannidem, quemadmodum Bellar. hæreticus putat. Est enim fallacia A non con-

sequente, & ineptissima ac maximè puerilis cōn-
nexio. Itaque hic syllogismus est ἀσυλλογισμός.

Et tamen xi. tota capita cōtinet, tam iste & suos
& nostro otio abutitur. De altera huius libri que-
stione suo loco agemus.

Ad Cap. II.

PRorsus ineptit homo iste, & nugas agit nuger-
primas. Ergo sunt istius hæretici non argu-
menta, sed nugamenta hæc.

Ac quidem Primum, Petrus i. Epistola cap. 5.
meminit Babylonis, ergo Petrus Romæ fuit. Nam
Roma dicitur allegoricè Babylō, ex qua nobis fir-
gendum esse docet Spiritus Sanctus, Apocal. 17.
v. 18. Primum, falsa est ista interpretatio. Deinde
non valet consequentia. Potuit enim esse ibi ad
momētū. Deniq; quid præuaricator aliud scriberet,
aut diceret, quo Romani pōtificis causā proderet,
quam quod hoc loco Bellar. qui Romam Romani
pontificis sedem & Meretricē & Babylonem illā
Deo Angelisque beatis detestabilem esse fatetur,
& probat?

Secundum argumentum est, Multi fuerunt
Romæ Christiani antequam eo Paulus veniret,
Act. 28. ergo Petrus erat tunc Romæ. Cur potius
verò, quam Barnabbas, quàm Andreas, & quàm a-
lij Episcopi, vel Apostoli? Quū cōmemorat Paulus
Rom. 16. pios ac fideles, qui Romæ tūc erāt, varios
recenset, nusquam Petrum. In illo cap. 28. Actorū,
si tūc fuisset Romæ Paulus, nequaquam eū Lucas
prætermisset. Nec enim id absque piaculo facere
vir tantus, tamque pius potuit. Ergo ἀσυλλογισμός
huius hæretici apparent, sūntque mera fallacia
A non

A non conſequentē. Quid quòd quum vult, & Cle-
mentem Romanum Petri ſucceſſorem, & Doro-
them mentitos ait: quum vult, & ipſius hæreſi iſti
applaudunt, vera dixiſſe fingit, vti col. 559. L. A.
§. *Dorotheus & L. D. §. Accedunt?*

Tertium Bellarmini argumentum eſt, Marcus
Euangelium ſcripſit, ergo Petrus fuit Romę. In-
eptis, mi homo, qui ſic arguteris. Eodem enim mo-
do dicam, iſta ſcribebat Bellarm. quoniam baculus
erat in angulo. Nam, vt Euangelium ſuum à Petro
didicerit Marcus, quid hoc probat illud eum Ro-
mę didiciſſe, non alibi? Deliras, quum hæc ſcribis,
& malę intemperię animum tuum exagitant.

Quartum argumentũ fabellam anilem cõtinet,
quod genus dicti, ſcriptiq; à nobis in diſputatio-
nibus Theologicis reiici iubet, Paulus I. Tim. 4. v.
7. De hac enim Petri cum Simone Mago pugna in
veris, veterib; ſque historiis, & Actis Apoſtolicis
neque pictum, neque ſcriptum quicquam extat.

Ad Cap. III.

Pergit Bellar. in nugis, fabellis, & fallacijs cõte-
xedis, Vt Probet Petrũ Romę mortuũ fuiſſe.
Cuius ſunt hæc argum. i. ineptiſſimæ aſyllogiſtiz.

Prima, Romę oſtenditur Petri ſepulchrũ. Ergo
Petrus Romę mortuus eſt. R. Eò trãſferri aliunde
Petri cadaver potuit, quemadmodũ Hieron. con-
tra Vigilantium ſcribit Andreę Apoſtoli, & Io-
hannis Baptiſtę corpora Conſtantinopolim fuiſſe
deportata, quamuis neq; Andreas Apoſtolus, neq;
Iohannes Baptiſta vnquam Conſtantinopoli fue-
rint. Et certe Petri & Pauli corpora in Italię vrbe,
quæ Centuncellę vocantur, in puteum proiecta

fuisse testantur istorum hominum fabulæ quæ in libris de Romanis Ceremoniis cōfutant. Ergo si vbi Petri ossa fuerunt, illic mortuus est Petrus. Centumcellis mortuus fuerit Petrus, non Romæ. Sed quales sint istæ fabulæ, colligi potest, vel ex Durando istorum coryphæo, li. 7. Enchiridij, cap. 15. vbi ossa, seu cadauera ista, quæ Petri & Pauli dicuntur, planè incerta esse docentur, & in historia Cornelij Papæ, seu vita ex alio oppido Romam translata fuisse affirmantur. Ergo non est Romæ mortuus Petrus, si à situ ossium ad locum obitus est arguendum, sicut facit iste hæreticus. Nonne Augusti Tiberij, Traiani Imperatoris, Marci Aurelij Philosophi & aliorum Imperatorum ossa & cadauera Romam translata sunt, & Romæ sepulta, quum tamen ipsi alibi decessissent.

Denique nulla est ista consecutio, Romæ mortuus, & sepultus est Petrus, ergo Romani Pontifices ius in vniuersas orbis Ecclesias habent, & ibi est orbis terrarum imperium Ecclesiasticum. Augustus Cæsar, qui Romanum Imperium verè fundauit, Nolæ obiit: Tiberius, qui Augusto successit, in villa Lucilliana defunctus est. Ergo Nolæ ergo villæ illi terrarum imperium est tribuendum. Ne prophani quidem scriptores sic in argumentando delirant: nedum vt quisquã verè Christianus sic concludat. Verùm Bellarminus est hæreticus, à quo bonæ ratiocinationi s leges minime sunt exigendæ.

Quod ad Patrum dicta citata magno ordine, & ab hoc prolata, illa nihil nos lædunt. Oportuit enim Patres hæc ex vera quapiam historia confir-

mare

mare, quæ de Petri obitu tradebant: non ex plebis incertis rumusculis colligere, quemadmodum fecerunt. Nec sequitur, quod si beatam Romam ex prædicatione Pauli & Petri illi prædicant, idcirco eam in alias Ecclesias tyrannum esse velint, & Monarcham statuunt.

Porro siue verum est, siue falsum, quod isti aiunt, Christum nempe Petro Roma fugienti (in quo insignem inconstantiæ labem Petro suo isti inurunt) apparuisse, & Petrum dixisse, *Domine quo vadis* (quem locum Romanistæ Pontificis mancipia extra Romam lapide signarunt) hoc totum nihil ad Bellarmini rhombum facit. Nec enim ex eo efficitur. Ergo vel Petrum ipsum vel Petri successores Romæ esse totius ecclesiæ capita, & Monarchas, quod iste colligit.

Ad Cap. IIII.

Hic quoque oleum, & operam misere perdit Bellarminus. Nec enim etiam si hoc, quod probatum vult, obtinuerit, propterea efficit quod cupit, vel Petrum, vel Romanos Pontifices esse vniuersales Episcopos. Imo si tales esse vult, probat eos esse Antichristi præcursores, teste Gregorio Magno. Verum quibus argumentis demonstrat Petrum vsque ad mortem fuisse & Romæ, & Episcopum perpendamus. Primum est coniectura non modò leuis, sed nulla, Nimirum hæc, *Videtur*, ait iste, *summa Romane ecclesiæ dignitas sic suadere. Nec enim alia de causa, quam ex ista perpetua Petri sede, Romana ecclesiæ prima habita est.* Responsio est. Cur præ cæteris fuerit excellentior habita Romana Ecclesiæ, ra-

tio est, Urbis ipsius dignitas, in qua tunc fuit summum totius orbis imperium, sedes Imperatoris, Senatus rerum dominus: nō autem mansio, mors, aut mora Petri, quæ ibi contigerit. Quamobrem hoc Bellarmini argumentum est fallacia *A non* causa seu à falsa causa pro vera substituta. Porro ista sunt ἀντιλέγοιτα contradictoria manifeste, & itaque ἀόυσιατα, & quæ seipsa refellunt, Petrum, in quo hic agit Bellarminus, fuisse Christi Apostolum, & Romæ, vel vsquam alibi maiori vitæ suæ parte desedisse tamen & stetisse, seu mansisse. Prognat enim ista Petri certa in vrbe conclusio eam munere Apostolico: imò cum eo ipso, quod libro superiore scripsit iste, Petrum Africam, Syriam, Galliam, Hispaniam peragrasse, & ibi multas Ecclesias plantasse.

Quomodò xxv. totis annis Romæ sedere potuit, præsertim, quum iam senior ad Apostolatam à Christo vocatus fuerit, & tot regiones, tot populos, tot vrbes lustrasse, inuisisse, & in iis mortuus fuisse?

Secundum argumentum istius hæretici est col. 558. L. A. non possunt dicere aduersarij, vbi Petrus sederit ab eo tempore, quo reliquit Antiochiam. Ergo fuit Petrus, seditque postea toto reliquo vitæ suæ tempore Romæ.

R. Multiplex in hoc argumento vitium inclinet. Primum *A non* Consequente. Non possunt dicere aduersarij vbi fuerit Petrus: ergo fuit Romæ. Tu, Bellarmine, non potes affirmare Vbi Turcarum Imperator iam sit, ergo Turcarum Imperator est Romæ. Tu verò primū ipse proba petri vel vr-

vel unquam fuisse Romæ, vel tunc fuisse. Sed hoc sumit hæreticus iste velat sibi concessum; aut probatum, in quo est secundum vitium huius argumenti, Nempe petitio Principij. Tertium vitium est falsa præsumptio, dum ait, Nō possunt ostendere aduersarij, vbi fuerit Petrus post illud tempus post quod Antiochia discessit. Fallitur Bellar. possumus & dicere, & confirmare vbi Petrus fuerit vsque ad vitæ suæ finem, postquam Antiochia excessit. Fuit primum Babylone in Chaldaea 1. Petr. 5. Deinde fuit in Pōto, Galatia, Cappadocia, Asia, Bithynia, vbi Iudaicas Ecclesias (quæ ibi erant, & ad quas præcipuè missus à Christo, destinatusq; fuerat. Gala. 2.) visitauit, inuisit, confirmauit, ad quas antea scripserat. 1. Petri cap. 1. v. 11. sicut Paulus Romanam Ecclesiam lubens vidit, ad quam antea scripserat Actor 28. ver. 15. Habet igitur, quod quærebat Bellarminus: & iam scit, quod antea nesciebat, vbi fuerit tunc Petrus, teste ipso met Bellarmino, col. 563. L.D.

Porro quod scribit Nos velle, & fingere Petrum fuisse Episcopum alicuius tantum particularis Ecclesiæ, commentitium est, & ab eo in nos confictum. Nos enim Petrum Christi fuisse verè Apostolum vbique confitemur, nusquam autem eum Episcopum fuisse fingimus.

Quod ad Patrum dicta, quæ hic quoque frustra ingerit & accumulatur Bellarminus, hæc est nostra breuis ad ea omnia responsio, nos non spectare quid Patres dixerint, sed quàm verè. Itaque ex aliqua illius ætatis vera historia confirmare, suam

sententiam debuerunt. Verùm illis accidit, hominibus parum curiosis, & de hac historia veritate sollicitis, vt quod de Petri Romæ facta morte, mansione, ex vulgi rumusculis aliquis artea scripserat, reliqui, velut verum sequerentur, & non discussa veritate amplecterentur, etsi falsum tamen erat. Ergo ista dicta nos neque ferunt, neque vrgent. Nam propter Patrum, aut nostrum opinari, negare, vel affirmare, nihil immutatur rerum natura & veritate, de qua inter nos queritur.

Cæterùm si, quia Petrus Romæ sedit, illi locus debetur in omnes Ecclesias Primatus: sedit idcirco Petrus & Antiochiæ prius: & Babylone. Ergo præcipuè Ecclesiis hic Primatus erit tribuendus & assignendus. Petrum enim ibi fuisse & sedisse certum est: Romæ verò, est incertum. Nam festum Cathedræ Petri, est festum de Cathedra Antiochiæ, non autem Romæ constituta à Petro, teste Durando.

Denique quod ad ipsorum Pontificum Romanorum testimonia ab hoc tanquam Grues volantes maioribus minoribusque literis & ordinibus collocata & picta, iniquè nobiscum agit iste hereticus, qui petat vt eos in hac caussa iudices feramus, quos habemus partes, & aduersarios. Sed numero, non ratione vincere vult Bellarminus, dum ait, plus quàm 1200. antiquos contra nos stare. Verùm his fortior est veritas, quæ pro nobis stat, vt ex Petri ipsius Epistolis apparet, & vera illius temporis historia.

Ad Cap. v.

Nostrorum argumenta diluere conatur hæreticus iste, quoniam iis premitur. Primum igitur argumentum est, sic, Vbi variât autores, ibi nihil certi constitui potest: In eo, Quando Romanam venerit, & vtrum venerit Petrus, prorsus variât: ergo nihil de eo certi affirmari potest. Respondet Bellarminus, Variant quoque in rebus nobis certissimis, velut in tempore, die, & mense passionis Christi: ergo de his nihil constitutum habebimus. Ast verò respondeo Bell. Quòd de his certissimis rebus nonnulli dubitant, id fieri Patrum istorum, & eorum, qui dubitant, incuria, negligentia, & ignorantia: non quòd ea perspicuè verbo Dei definita non fuerint. (Sunt enim:) sed quòd illi ad ea, quæ verbo Dei scripto comprehensa sunt, non attenderint, vulgi opinioni acquiescentes. Verùm quæ de Petri Romam aduentu, mora ibidem & excessu traduntur: ea neque ex Dei verbo scripto, neque ex vlla illius seculi certa historia haberi, aut confirmari possunt. Ergo meritò de his dubitatur, de illis autè prioribus nõ itè, sed immeritò, quia de iis constat ex Dei verbo certissimè.

Quod autem pugnam scriptorum suorum de successoribus Petri in Romano Primatu conciliare & placare vult Bellarminus, (Nã Petro alij Clementem proximè substituunt: alij Linum:) puerilem iste industriam suam ostentat. Fingit enim Clementem electum à Petro post mortem Petri recusasse postea: & eam dignitatem Lino & Cleto detulisse. Quis ista Bellarmino primùm reuelavit? Vnde probat? Quis non potest quemuis nodum

hoc pacto, & his supposititijs fictionibus solvere.
 Deinde Clemens iste fuerat vel à Petro solo deli-
 gnatus successor suus, & Episcopus Romanæ Ec-
 clesiæ: vel ex consensu & suffragio totius Ecclesiæ.
 Si à solo Petro, fingit Petrum Ecclesiæ tyrannum
 qui illi inuitæ Episcopum obtruderet. Si ex con-
 sensu Ecclesiæ factus est Clemens Ecclesiæ R. E-
 piscopus, eadem inuita ius suum in alium trāsfer-
 re non potuit: aut iam statim Romæ plures similes
 Episcopi, & Antipapæ fuerint ab ipso Ecclesiæ
 initio, uti postea sæpius ibidem accidit. Ex his duo-
 bus eligat, vtrum malit Bellarminus: aut se illo
 vinculo non veteraroriè extricet. Præterea, Linum
 Petri successorem esse volunt, quod est *ad uerum*
 Nam Linus hic ante Petrum mortem obit, teste
 Damaso in Pontificali, & ipso Pontifice Romano
 ergo Petro non successit.

Denique in suo Cleto, & Anacleto (quos modo
 duos facit, modo Vnum duntaxat, sic iste homines
 discerpit) Petri successoribus constituendis, &
 Clementi præferendis æstuat Bellarm., & se expli-
 care plane nõ potest, ut melius sit veros Christi-
 nos ista ignorare, quàm in re nihili, & tam incerti-
 rerum historia tantopere vexari. Hæc enim per-
 scrutari, est bonas horas perdere, & qui addit
 scientiam, procul dubio addit inanem laborem
 ut est in Ecclesiaste contra homines curiosos.

Ad Cap. v i.

Secundum nostrorum argumentum est eiusmodi
 di, pugnat vera rerum historia, & sibi cõsentie-
 cū ista Petri mora Romæ per xxv. annos facta, et
 go falso creditur, & affirmatur Petrus Romæ tã-
 tempor

tēpore sedisse. Imo ex eadē historia certa est pro-
 fus incertum, Vtrū vnquam Petrus Rom. venerit,
 nedum vt ibi sederit. Respondet Bellarminus, etsi
 Patres & historia sunt varij, incerti, & cōtradicūt
 sibi, & illi tam diuturnæ Petri moræ, quæ Romæ
 facta sit: fingi tamen historiam & supputationem
 à se posse, per quam tanta Petri mora reperiatur.
 Itaque istam nouam & inauditam historiam Bel-
 larminus strenuè impudens comminiscitur. Ma-
 uult enim mentiri, quàm se, suāsque Romanas in-
 fulas summittere, & victum se agnoscere. Res-
 pondeo verò Bellarmino, ac primū quo autore
 suam illam historiam, id est, à se confictam con-
 firmet, ab eo peto, postuloque. Nec enim tam
 veteris rei testis ipse idoneus esse potest. Dein-
 de ipse sibi in eadem fictione contradicit. Fin-
 git enim Petrum per septem annos Antiochiæ
 sedem fixisse, quibus tamen nunquam pene An-
 tiochiæ fuerit, sed Pontum, Asiam, Galatiam,
 Cappadociam peragravit, & Bithyniam iustra-
 rit regiones, & ab Antiochena remotissimas, &
 latissimas. Ergo Antiochiæ fuit, seu sedit Pe-
 trus, quæ manifesta est contradicōtio. Postea
 sibi aduersatur. Toto enim eo xxv. annorum
 spatio, quo Petrum Romæ fuisse vult, vix Petrus
 Romæ fuerit, quum ex Bellarmini confessione,
 & à Claudio eiectus Roma postea fuerit, & Hie-
 rosolymam redierit, & Hierosolymæ in carce-
 rem coniectus fuerit, deinde in Africam, Gal-
 liam, Hispaniam iuerit ibique Ecclesias plan-
 tauerit, hoc eodem Bellarmino teste. Denique
 quum demum nono Claudij Imperatoris anno

eiecti fuerint Roma Christiani, ac proinde Petrus, ut est apud Paulum Orosium lib. 7. cap. 6. Eusebium lib. 2. cap. 18. Nicephorum lib. 2. cap. 25. quomodo antea septem annis Romæ prædicare potuit Petrus, qui eo, antequam è carcere Herodis liberaretur, venire non potuit? Item quomodo suum illum xxv. annorum numerum, quo sederit Petrus Romæ, iste inueniet? Hæc conciliet, & erit Sphinx, & Oedipus Bellarminus. Nā tertio demum Claudij Imperatoris anno mortuus est Herodes, quo anno eodem, teste Luca, Petrum incarceravit.

Ad Cap. VII.

Quinq; nostrorum argumenta persequitur Bellar. quæ soluere nititur: verū non potest. Itaque hinc in luto & aqua hæret. Tantū intrepidus & audacter omnia negat, Hoc enim illi satis fuit, ut cōtra veritatē pugnaret. Petrū Roma excessisse fingit, quū ad Romanos Paul⁹ scriberet, Petrū statim Romā iuisse, & statim ex ea re diuise. Petrū totam Syriam, quæ latissima est regio, statim percurrisse. Mirum ni Bellarminus Petro Dædales & cereas alas quoque det, ut statim tot maria (quot inter Syriam & Romam interiacent) Petrus transeolet, velut Mare Syriacum, Cyprium, Pamphylum, Ægæum, Myrtoum, Creticum, Ionianum, Siculum, Italicum, ut statim Romæ conuersionis inueniatur. Obsecro vos. Pij lectores, ne hæc scribere, quæ facit Bellarminus, est plateè nugari & hominum otio abuti miserrimè? Denique impius iste hæreticus fingit Paulum mentitū, qui Galat. 2. v. 7. scribit creditum sibi, nō Petro

Euang-

Euangelium præputij. Quomodo hoc verum erit, si per xxv. annos continuos, Petrus Romæ & inter præputiatos prædicavit? R. Ista sunt blasphemia, quas in B. Paulum & S. scripturam euomere hæreticus iste non veretur, modo Ioui suo Romano & Capitolino, Papæ nimirû placeat, atq; assentetur,

Ad Cap. viii.

IN nostrorum argumetorum solutionib. partem diuinat, partem nugatur iste. Diuinat Petrû fuisse Romæ, quum ibi esset Paulus, etsi nullam illius mentionem Paulus facit in tot epistolis à se Roma scriptis, vbi lōge Petro inferiores alios idem Paulus commemorat. At alibi idem Paulus Petri meminit Galat. i. v. 18. Cur igitur in totaliis Epistolis tacuit. Nugatur. Fingit enim Petrum discursorem Episcopum, qui totis duobus annis Roma. i. à suo episcopatu abfuerit, quib. Romæ in libera custodia vixit Paulus & tot Epistolas scripsit. Deinde magnum comitatum, & famulitiû Paulo attribuit, velut suo Romano Pontifici, aut ipsius mancipiis Cardinalibus: quem tamē constat egentem, & vix vno aut altero comite contentum vixisse Philip. 4. v. 18. 2. Timoth. 4. v. 13. Philemon, v. 13. Sed quid non audet hæreticus, præsertim Monachus?

Ad Cap. ix.

ET hîc quoque, id est, in nostrorû argumento decimo sex to dissoluēdo strenuè diuinat Bel. quoniam alia rima euadere non potest: & Ambrosij verba, quæ cum Lini historia manifeste pugnât detorquet, & peruerit. Nec modo Ambrosius cû Lino: sed & alij quoque inter se pugnant de hac historia, Nempe de Petri & Pauli morte,

de eius loco, tempore, & modo. Nam Durandus in Enchiridio lib. 7. cap. De Petro & Paulo tradit Henricum Solitarium virum sua ætate doctum habitum in eo ab aliis dissensisse. Gregorius Magnus qui officium Romanum instituit, diuersis diebus mortem Pauli, & mortem Petri distinguit sepulcra ipsa Pauli & Petri diuersis locis constituta à Syluestro primo Romano Pontifice arguit eos & diuersis in locis passos, & non eodem loco & die, quemadmodum alij volunt. Imo quum de Pauli scriptis testimonium reddiderit Petrus in posteriore epistola sua cap. 3. vers. 15. apparet Petrum post Pauli mortem ex hac vita decessisse. Quare res est planè dubia, ac incerta tota hæc historia, de qua tamen Bellarminus, velut ex tripode, vel dictatoria quadam potestate, quia Romæ viuit pronuntiat, & sic affirmat, vt sibi *ἀπίστω* cre di velit.

Ad Cap. x.

IN nostro xvij. argumento diluendo verba Lyrani & peruertit Bellarmin. & eleuat, quia locuples aduersus ipsum testis erat. Sed siue Romæ mortuus est Petrus, siue non, quid hoc ad Rhombum Bellarmini, vt propterea vel ipsius Petri, vel Romanorum Pontificum in vniuersas ecclesias Primatus ac dominatio stabiliatur? Potius illa ex loco, in quo natus est: quàm in quo mortuus est Petrus, metienda fuit. Tot Imperatores Romani alibi quàm Romæ, defuncti sunt: ergo ibi, non Romæ sedes Imperij Romani collocanda fuit. Quis istas nugas, toties repetitas ferat?

Ad Cap.

Ad Cap. XI.

QUod ex lapideis, & æreis monumētis, morā, situm, & mortem ibidem alicuius contigisse colligi vult Bellar. puerilē suam ineptiem prodit. Quis enim ignorat Absalonem æneam colūnam pro monumēto, sepulcrōq; suo erexisse, qui tamē in eo loco minimē sepultus fuerit? 2. Sam. 18. vers. 17. 18. Tot νεκροτάφια. i. vacua corporibus sepulcra, & monumēta ab Atheniensibus Athenis posita sunt iis qui fortiter in peregrinis locis pro patria ceciderant, & quorum corpora in iis monumentis minime iacebant: Etiam ab aliis Gentibus, vt mirū sit Bellarminum hominem acutum scribere potuisse, & conclusisse, ideo Petrum Romæ mortuum esse, quoniam eius sepulcrum Romæ ostenditur. Id quod est omnino ἀσυλλόγιστον.

Ad Cap. XII.

Sequitur iam altera huius longissimi libri quæstio, & ipsa cum magno lectorum tædio longissimis quæstionib. & capitibus tractata. In qua tamen ipsa iam ab initio, & in ipso statim ingressu Paralogismū seu fallaciā cōmittit manifestē Bellar. Nempe quæ petitio principij nominatur. Est autem quum ea, quæ minime concessa, vel probata sunt pro concessis tamen, aut probatis ab aduersario sumuntur. Quo vitio in tota hac sequenti disputatione laborat iste hereticus. Quæstio est, Vtrum Romanus Pontifex, quicumque sit, Petro succedat in ecclesiastica Monarchia. Ista thesis seu quæstio tria falsa præsupponit, vnum quærit. Quæ falso præsupponit, sunt hæc. 1. Regimen ecclesiæ Christianæ esse Monarchiam. 2. Hoc regimē Mo-

narchicum datū esse à Christo Petro Apostolo, Datum esse Petro, vt etiam ad ipsius successores transfiret. Quæ tria neque cōcessa sunt à nobis neque à Bellarmino probata: sed hīc sumpta. Quærit iam, Vtrum Romanus Pōtifex velut Petri successor hoc ius habeat. Verūm alteram quæstionem, dubitationemque, (& illam quidem magis necessariam, quàm ea est, quā nunc proponit) nihilominus in tota hac controuersia prætermisit, Nimirū hanc, Vtrum solus Romanus Pontifex hoc ius velut Petri successor, habeat, quū multi alij sint Petri Apostoli successores quoque tā legitimo, bonoque iure, quàm Romanus Pont. Omnia enim testatoris aut auctoris iura perinde ad omnes & singulos hæredes pertinent. Ergo etiam ad alios Petri successores quoque hoc ius & hæc Monarchia in Ecclesiam pertinebit, contra quam tamen effectum Bellarminus velit. Hæc ab isto prætermissa quæstio tam necessaria reddit, & efficit totam huius tam longæ, prolixæ, & tædiosæ disputationis conclusionem ἀσυλλόγιστον, & inefficacem, & fallaciam A non consequente, quoniam illud ex quo verum & necessarium consecutionis totius huius loci fundamentum pendet, omissum est vel vt incertum, & idcirco sit incerta oportet, quæ illi innititur, & super fundatur, conclusio: vel vt petitum, & non concessum, & sic erit fallacia A Petitione Principij. Itaque in ipso huius argumenti ingressu apparet fallacia quintuplex, Quatuor, A Petitione Principij: Vna, A non consecute. Vident igitur pij lectores quid de reliqua parte

parte huius disputationis sperare debeant, quum in ipso illius frontispicio, capite, & primo aditu tot fallacias cernant.

Verū nihilominus tamen hæretici istius argumenta perpendamus, & quàm nihili sint, demonstremus. Primum illinc argumentum est col. 571. L.D. §. *Nos ergo.*

Petrus successorem habuit, ergo Romanum Pontificem, R. Nego consequentiam. Alios enim quam istum Romanum, veriore aut æque veros successores habuit, & habere potuit Petrus. Ergo quod tota col. 572. laborat iste in eo, Quod Petrus successores habere debuerit, probando, frustra laborat, Nos enim hoc concedimus: neque de eo, quod conceditur, litigandum est. Verū crambē suam, quæ bis repetita mors est, de Primatu Petro attributo per hæc Christi verba, *Pasce oves meas* regerere, & centies, non bis solum apponere voluit, veritus ne fortasse non satis illius suæ verbi diuini deprauationis non meminissemus. At nos satis ineptæ tuæ huius loci expositionis recordamur, & quid contrà vero responderimus.

Addit. At successor Petri vnus esse debet, Ergo ille est Romanus Pontifex. R. Huius argumenti & materia, & forma vitiosa est. Materia, quia falsa est, forma, quia ex Antecedēte cōcessō cōsequēs nequaquam efficitur. Nec enim sequitur, vt, si vnum duntaxat esse oportet Petri successorē, ille sit Romanus Pontifex. Potuit enim tam bono iure esse Hierosolymitanus, vel Antiochenus vel Babylonius Pōtifex: imo meliori iure, quoniā in illis locis vixisse Petrū cōstat ex Dei verbo: Romæ autē vel horā vnā fuisse nusquam extat, id est in nulla illius

ætatis historia certa, & irrefragabili. Cæterum falsum est, quod ait iste, oportuisse atque adeo oportere, Vnum duntaxat esse Petri Apostoli successorum: imo quo plures & sunt, & fuerunt, eo melius ecclesiæ Christi consulitur. Nam quo plures veri in ecclesia Dei doctores erunt, eo melius & ea instituetur, & gubernabitur. Est enim omnis ille successor Petri, inquit Hieronymus, qui doctrinam Petri annūtiat. i. eandem, quam Petrus de Christo prædicauit. Ergo quotquot sunt veri veræ Euangelicæ doctrinæ prædicatores, tot sunt Petri successores. Velle autem, quod hic contendit Bellar. vt vnus duntaxat in toto Terrarū orbe sit Petri successor, est cupere vt vnicus sit solūm in toto hoc mundo, qui vere Euangelij doctrinam prædicet: quod votum & omen est & ecclesiæ infaustum, & orbi terrarum perniciosum. Imo potius illud postulandum à Deo est, quod nos docet Christus ipse Math. 9. v. 38. vt mittat Deus plures operarios in suam messem: non autem vnicum duntaxat, quod iste vult & optat.

Excipit Bellarminus, Oportet Ecclesiam, quæ vna est, sic nunc quoq; regi sub vno capite, quemadmodum tempore Christi, & Petri regebatur. R. Hoc verum est, & sic fieri oportet. Sed caput illud vnum, sub quo ecclesia quouis tempore regi debet, est Christus ipse, non Petrus Ephes. 1. ver. 22. & versi. 20. Aliud autem ponere nemo potest, quàm Christum. 1. Corinth. cap. tertio, versic. vndecimo, Ex quo fit, vt Petrus ipse in priore epistola cap. quinto, versu. 4. doceat Christum esse caput, & Principē omniū Ecclesiasticorū Pastorum. Ergo quid

quid Romani Pontificis capite opus est? certè nihil est opus. At, inquit iste hæreticus, oportet hoc caput esse in terris. Ergo est Romanus Pontifex. R. Nego consecutionem. Quilibet enim Episcopus in sua Ecclesia est caput illud, quod debet esse in vnaquaque Ecclesia, ministeriale in his terris. Cyprianus de Simplicitate Clericorum. Hieronymus, Par est Eugubinus Episcopus Romano. Paulus Actor. 20. ver. 28. *Attendite gregi*, ait, alloquens Episcopos, cui vos præposuit Deus Episcopos. Quod verò repetit hic Bellarminus, col. 572. L. D. regimē Ecclesię debet esse Monarchicū, centies iam ex Dei verbo confutauimus, vt mirū sit hominem istum nervos suos toties refricare velle. Id quod est impudentis hominis. Verū iste est Monachus.

Iam propius vrgere velle videtur. Nam nititur probare, Romanum Episcopum potius, quàm vllum alium Petro successisse. In quo primū ex isto quæro, cur quum xi. fuerint Apostoli (quorū vnus fuit Petrus) de Petri successore potius, quàm de Iohannis, quàm Iacobi, (qui duo itidem sicut Petrus, inter Apostolos columnæ fuerunt, Galat. 2. v. 9.) quàm Matthei, quàm Andreæ, imò quàm de Pauli successore sit sollicitus Bellarminus. Quia nimirum putat soli Petro datam esse in Ecclesiis primatum. Falsum hoc. Nam omnibus & singulis Apostolis totius Ecclesię regimen à Christo datū est. Ait Paulus se de omnibus Ecclesiis, quia sit Apostolus, esse sollicitum, 2. Corinthiorum, capite vndecimo, versu 28. Idem docet Iudas in Epist. Idē Iohānes in 1. Epistola.

quæ propterea ad nullã particularem Ecclesiã scripta est. Idem Paulus Ephes 4. v. II. qui Apostolicum munus (quod fuit in singulis 12. omnibus aliis ecclesiasticis muneribus præficit. Quare tam de reliquorum Apostolorum successoribus querendum nobis est, quàm de Petri: & iis omnibus idem & æquale priuilegium est tribuendum, quoniam singuli æque sunt & pari dignitate, Apostoli. Præterea multi fuerunt Petri successores, velut Hierosolymitanus, Antiochenus, Babylonicus, cur igitur solum Romanum Pontificem præfert?

Sed Bellarmini rationes audiamus, etsi sunt omnes nihili.

Prima est, quia Romæ mortuus est Petrus, ergo Romanus Pōtifex solus est successor Petri. R. Fallaciã esse A nō causã. Ratio enim succedēdi alteri, nō ex loco, in quo ille, cui succedimus, mortuus est, sumitur: sed ex Testatoris voluntate, quæ expressius testamento apparet, & declaratur. proferant igitur aliquod Petri testamentũ Pōtificij, aut etiã codicillos, ex quibus appareat Romanum Pōtificẽ in isto Primatu à Petro successorẽ fuisse institutũ. Alioqui Romanus iste Pontifex, non vt successor legitimus: sed vt alieni iuris inuasor nefandissimus pronuntiabitur. Nam & Iacob Patriarcha testamentũ condidit, Genes. 49. vt scirent singuli ipsius filij, quæ ipsius hæreditatis pars, & ius ad se pertineret. Quòd si nullum testamentum de isto Primatu peculiariter ad aliquẽ suum hæredẽ transmittendo condidit Petrus, omnes Petri hæredes & successores, velut Babylonicus, Antiochenus, Hierosolymitanus Episcop. ab intestato equaliter Petro

Petro in ius illud successerunt: nec in eo plus habet Romanus Pontifex, quàm illi. Imo vel minus, vel omnino nihil. Nam illos tres Petri successores esse ex Dei verbo constat: de Romano vero Pontifice omnino incertum est. Petrus suæ mortis vicinus, quemadmodum ipse cap. i. vers. 14. posteriorem epistolam scripsit, in qua suum testamentum condidit. At illic nihil de isto Primatu, nihil de Romanis Pontificibus hæredibus à se institutis agit. Ergo nihil iuris ex testamento Petri Romani Pontifices prætere possunt.

Quare neque sunt in ea re, aut vlla re quapiam potius quàm quibus alijs ecclesiæ Pastores, Petri successores.

Secunda ratio Bellarmini est, Institutione Primatus in ecclesiam totam vsque ad finem mundi, & illius successionis est à Christo: Ergo Romanus Pontifex solus illi Primatui succedere debet. Respons. Neque antecedens verum est: neque ex eo etiam concessio consequens efficitur. Probet, quod nondum potuit, hæreticus iste, Primatum in vniuersam ecclesiam à Christo tributum vlli mortali, & vicerit. Ergo hæc est Petitio Principij, non autem argumentatio: est mera fallacia. Sed & hoc quoque falsum est, ex Christi institutione Romanum Pontificem Petro successisse.

Nam col. 573. L. B. §. *At vero* L. C. ingenue hic fatetur non esse ex instituto Christi. Quod Romanus Pont. est in isto Primatu Petri successor. Certè verè hic dici potest. Quod non capit & facit Christus, rapit & sibi vindicat Romanus Episcopus Antichristus. Vnde quàm sit nullum hoc Romani Pontificis ius & fundamentum ap-

paret ex his quoque Bellarmini verbis, *Non est improbabile, ait, Dominum etiam aperit iussisse, ut Petrus sedem suam figeret Romæ: item postea, Tanquam etsi non sit de iure diuino Romanum Pontificem succedere Petro, in præfecturam totius Ecclesiæ.* Hoc idem Anacletus Epist. 2. Julius 1. Epist. prima testantur. Quo modo Bellarminus melius, quàm his verbis, totam suam causam iugulare potest? Quid amplius quærimus?

Tertia ratio Bellarmini, etsi non est de iure diuino, quòd Romanus Pontifex Petro successerit in præfecturam totius Ecclesiæ, & sit caput totius Ecclesiæ: tamen id omnino est asserendum, & id credere ad fidem pertinet Catholicam. R. Falsum est, esse quicquam à Theologo Christiano asserendum, quæ ille est Theologus, quod non sit de iure diuino: item quicquam esse à piis, ut piis credendum, quod non sit in Dei verbo, & Sacris Scripturis comprehensum, & traditum. Ergo Bellarminus ad populum phaleras, & suos illos lucos, & e mentitas rationes deferat. Nos eas prorsus negamus.

Præterea fidem historicam imperitissimè cum vera fide, quæ Catholica vocatur, homo iste confundit hoc loco. Fides historica est cuiusuis, nec ut articulus fidei habetur: At fides Catholica est solum verè Christianorum, & Articulos credendos cõtinet. Quæ duo fidei genera iste *α' διαλύει* miscet, confundit, & perturbat.

Quarta Bellarmini ratio, Generalia Concilia, & Patrum consensus ostendunt Romanum Pontificem Petro successisse in Primatu. R. De his postea

postea suo loco & suis capitibus, nempe sequentibus, Hoc enim est falsum.

Quinta ratio Bellarmi. Romanus Episcopatus & totius ecclesie præfectura & Primatus sunt vñ actu: solùm potetiã & cogitatione multa sunt; & distinguuntur. Ergo qui ad Romanum episcopatum eligitur, ipso iure ad primatum, in omnes ecclesias ordinatur, licet id non exprimatur. R. Ex falsa præsuppositione & petitione principij falsum consequens est hoc argumentum. Nam ex falsis instrumentis falsa sententia, ex falsis præmissis falsa conclusio sequatur, necesse est. Quum igitur sit falsum Romanum Episcopatum, & in omnes ecclesias primatum esse vnum actu, & coherere: id falsum sit oportet, quod ex eo colligit Bellarminus. Ergo hic est fallacia duplex, Vna A petitione principij: Altera A non consequente, quibus addi potest tertia, A diuisis ad coniuncta. Nam hic coniungit Bellarminus, quæ toto genere diuisa sunt. Et hæc quidem inanes, imò nullæ sunt istius hæretici pro sua sententia rationes, ex quibus depulsus nostras impugnare, sed nullo felicitate successu, conatur. Prima ratio Nili col. 574. L. B. non refutatur: ergo valet, & colligit recte.

Secunda ratio fundatur in Dei verbo 1. Timot. 1. & 3. Tit. 1. Actor. 14. vers. 23. Apostoli nõ creabāt Apostolos, sed singulis ecclesiis Episcopos. Respondet Bellar. Romanū Episcopū non in totum Petro Apostolo successisse: sed tamen in duo quedam, nimirū hæc. Vt plātet ecclesias, vbi non sunt, & omnes summo iure regat. Non successit autem Petro R. Pontifex, in hoc, vt ab ipso Deo edoctus

fit; & sacros libros scribere possit. Respondeo Bellarmino, eum peiores partes suo Pontifici relinquere. Nepe tyrannidem in ecclesias, & a suo Episcopatu vagam discursionem: meliores autem adimeret, quae sunt a Deo edoctum esse, & posse absentes suis scriptis edocere. Nam, Bellarmine, si haec legerit Romanus Pontifex, non magnam ab eo inibi gratiam, qui tam absurda illi tribuas, bona auferas. Male sunt ista tibi diuisa. Praeterea dico, Si Papa non est a Deo doctus, ut hic fatetur Bellarminus, ergo non est in fidelium numero. Nam pollicetur Christus fore, ut omnes fideles sint a Deo docti Iohannes 6. vers. 45. Ex eodem hoc loco sequitur, quia nec ipse Papa teste hoc eodem, libros sacros scribere potest, non posse quoque eundem Romanum Pontificem sacros libros examinare: quae sententia totam controuersiam primam Bellarmini euerit ubi nos ad Romani sui Pontificis examinem in libris sacris a non sacris distinguendis remittebat. Denique non potest Romanus Pontifex successisse Petro in praefecturam omnium ecclesiarum. Nec enim tale dominium habuit unquam Petrus eodem teste Petro in priore epistola cap. 5. vers. 3.

Tertia Nili ratio est praegnantis & robusta. Eam solum negat Bellarmine. Nego verum Patres negare, quod iste negat. Vocant enim Romanum Episcopum. Vrbis solum Romanae Episcopum. Sic Cyprianus, Sic Augustinus, Hieronymus, Athanasius.

Quartam Nili rationem solum negat. Atque illa vera est. Nam Romanus Pontifex neque Antiochiae, neque Alexandriae Episcopos creat, aut unquam creauit. Imo teste apud Eusebium Irenaeo, Victor Romanus Episcopus

Episcopus graviter ab Orientalibus ecclesiis & Episcopis reprehensus est, quod in eos aliquid tentare vellet.

Quintam, & sextam Nili Theſſalonicenſis rationem neque refutat Bellar. (nec enim quintam poteſt) neque negat. Ergo illi manus dat victus. Sed ad D. Caluini rationes poſtea accedit, quibus non ſolum premitur ſed opprimitur proſus.

Prima Caluini ratio (quã quidẽ iſte refert, multas enim Bellar. omittit, quibus reſpondere non potuit) eſt eiufmodi, A diſſimilib. & diuerſis nulla fit par conſuſio. Regere paucos, & totum orbem terrarum differunt, quemadmodum regere familiam ſuam, & adminiſtrare regnum ampliſſimum (quæ ſunt duæ diuerſi generis ſpecies regiminis, vt docet Ariſtoteles: nec qui ad primum regimen & vnum aptus eſt, alteri quoque generi regiminis & regno eſt idoneus.) Ergo non ſequitur, quod eſſi concedatur Petrum potuiſſe regere xij. Apoſtolos, potuerit gubernare totum orbem terrarum. Reſpondet Bellarminus Petrum iam tũ rexiffe omnes orbis eccleſias, quia dixerat ei Chriſtus, *Paſce meas*. Itaque quum in Actis cap. 2. verſ. 41. 4. verſ. 4. 5. verſ. 14. quidam eccleſiæ Dei additi dicuntur: vult eos ad gregem Petri fuiſſe additos. Reſpondeo plane blaſphemum eſſe adſcribere Petro eos, qui ſunt Chriſti. Nam qui addebantur, & credidiſſe Domino non Petro dicuntur, & additi eccleſiæ Dei, non gregi Petri, capite 4. verſu 4. 5. verſu 14. 9. verſ. 31. & Paulus Roman. 14. verſ. 4. fideles, qui viuente Petro ſtabant aut cadebãt, aut ſtare, aut cadere Chriſto, non Petro verſ. 8.

Cur igitur aufert iste Christo, quod det Petro? Et semper veterem errorem & coccyfinum recoquit, & nobis occinit, *Pasce oues meas*, id est, habeto imperium summum in omnes ecclesias. Quam interpretationem nostri iam millies refutarunt. Et quod ait quò plures sunt, eò magis vno rectore egere, falsum est. Rectore quidem egent, sed non vno. Nec enim quisquam merus homo tam capax ingenio fuit, est, aut erit, excepto vno Domino nostro Iesu Christo, qui totum terrarum orbem regere, & administrare possit. Nā hominis qui est res finita, finitæ quoque sunt vires. Itaque adhuc immota manet D. Caluini ratio, & vera apparet.

Secunda Caluini ratio vanum ostendit fundamentum conclusionis istius Pontificiorum, quoniam mortuus est Romæ Petrus, est Romæ summum sacerdotium. Huic rationi nihil respondet Bellarminus: sed tantum falsum præsupponit. Fingit enim Christum abrogasse Petro munus Apostolicum, & per vocem *Pasce oues*, &c. ex superioribus ordinibus ad vrbis Romanæ Episcopatum & minores traduxisse Petrum, vt pro Apostolo efficeretur Pastor, & Episcopus Romanus. Nec enim hæc duo munerera, Nimirum Apostolatus, & verus Episcopatus seu Pastoratus sūt eadē, teste Paulo Eph. 4. vers. 11. sed diuersa. Ergo si fuit Petrus Romanus Episcopus, vt iste vult, desit Petrus esse Apostolus ex numero xij. Eorū enim nullus fuit, aut esse potuit Episcopus vnius vrbis seu Romæ seu alterius & simul Apostolus. Quare quum Bellarminus attribuit Petro vrbis Romanæ Episcopatum, eidem admittit

adimit Apostolatam, & curā de reliquis ecclesiis, qualem habuerunt Apostoli: sic dum eum ornare vult Bellarminus, de gradu deiicit, & minuit.

Tertia Caluini ratio, Si Petri Primatus est priuilegium Personale, non egreditur Petri personā, Si est reale & locale. Ergo vbicunque fuit Petrus, illi loco cōuenit: aut soli Antiochiæ, vbi primum sedem fixit Petrus, nec ei eripi potest. Sin est mixtum priuilegium, tandiu illi loco, in quo erat Petrus, competiit quandiu in eo fuit Petrus. Respondet Bellarminus, Petri Primatus fuit priuilegium personale ex institutione Christi. Respondeo ego, Ergo personam Petri ex Christi institutione egredi non potuit iste Primatus. Quod si egreditur, & fit vel locale, vel mixtum priuilegium, id fit præter Christi institutionem, præterquam in ecclesia Dei nihil admittendum, aut agendum est. Ait enim Paulus 1. Corinth. cap. 1. *Ego enim accepi à Domino, quod tradidi vobis, & quæ non dixit Dominus, laqueum aut necessitatem credendi, aut agendi non imponunt nobis* 1. Corinth. 7. vers. 37.

Quarta Caluini ratio est, Tollunt ipsi Pontificij Primatus istius, quem ex sedis & sessionis Apostolorum ratione sumunt, consecutionem, & analogiam. Ergo nulla est ista ratio, quàm ipsi euertunt. Bellarminus hîc hæret. Ait enim ex sola Petri voluntate sic fuisse confusas Patriarchales sedes, & hanc in ecclesiam perturbationem ab eodem Petro inductam. Ego respondeo Bellarmino. Probet Petrum id voluisse ex ipsis Petri scriptis. Nam contrarium ego doceo ex 1. Petr. cap. 5.

vers. I. ubi te nō primum Presbyterum, sed Com-
presbyterum solum vocat: & Christum, non se,
Principem Pastorum. Præterea sit summa iniuria
Petro si ecclesias perturbasse dicatur, quod hic
scribit Bellarminus.

Quinta ratio Caluini, Si quod est dictū à Chri-
sto Petro, pertinet ad eius successores, ergo & il-
lud Christi ad Romanos Pontifices pertinet *Va-*
de retro Satana, Respondet Bellarminus, hoc ad
solum Petrum pertinere. Respondeo ego, Imo i-
psemet Bellarminus superiore libro contendit
eidem à Christo dici. *Abi retro Satana*, cui dictum
est, *Tibi dabo claves*. Ergo uti claves ad Petri suc-
cessores transeūt, hoc teste, sic & appellatio Sata-
næ, ex istius interpretatione. Nam cui vnum di-
xit Christus, & alterum, ait iste. Vbi enim est ea-
dem ratio, & allocutio, & eadem consecutio. Et sic
quidem rectissime D. Caluinus.

Ad Cap. XIII.

Primum Nicenum concilium Primatum Ro-
mani Pontificis in alios Pontifices & Metro-
politicos Episcopos manifeste evertit. Eum e-
nim in ordinem cogit: nec concedit eidem plus
iuris, quàm cæteris omnibus Metropolitanis. De-
inde ostendit hanc Episcoporum quorundam in
alios Episcopos præfecturam nequaquam iure di-
uino niti aut fundari: sed sola hominum consue-
tudine, traditione, institutione, more: quod fun-
damentum est in ecclesia nihili, & ad nutum mu-
tabile. Canon ille Niceni Concilij primi est ca-
non sextus, in cuius interpretatione iste laborat,
& fal-

& falsum canonem pro vero substituit: verba autem eius sunt aperta. Scriptum enim est *ὅτι ἀρχαῖα ἴδιον πατέρα, ὡς ἔτις ἢ ἰσὺς ἢ ἰσὺς ἢ ἰσὺς*. *V. et us mos obtineat, &c.*

Quod ad reliqua concilia, quæ hic citat Bellarminus, partim nihil aliud docent, quàm consensum, non autem iussum & imperium, Romani Pontificis accessisse. Imperatoris enim Constantinopolitani iussu, & mandato, non ex Romani Episcopi edicto tunc temporis, & quum adhuc aliqua restabat illius imperij Cōstantini autoritas, Concilia conveniebant. Id quod omnes sciunt, qui vel à limine historiam ecclesiasticam salutarunt. Partim eadem Concilia monstrant etiam absque Romani Pontificis præsentia haberi potuisse, modò interpellatus, ut cæteri, fuisset. Quibus autem Conciliis oppono dictum Christi, Luc. 22. vers. 26. qui Monarchicum regimen ex ecclesia inter Pastores prorsus tollit.

Ad Cap. XIII.

Ineptus homo est hæreticus iste, qui pro Romani Pontificis tyrannide, & Primatu confirmando nobis citet Romanorum Pontificum (quocunque tempore fuerint, scripserintve) testimonia. Nemo enim, ait, & quidem verissime, ille, est iudex ferendus in propriæ ratione causæ. Quamquam & hæc Pontificum testimonia magnam partem supposita esse fatetur & agnoscit ipsemet Bellarminus col. 580. L. B. §. *Ad hæc*. Ergo sileant in hac controversia Romani Pontifices, & eorum epistolæ, & decreta.

Ad Cap. xv. & xvi.

DVpliciter hallucinatur in Patrum seu Græcorum, seu Latinorum scriptis pro Romani Pontificis Primatu cōfirmando proferendis Bellarminus. Primum, quòd & Græci, & Latini Patres consilium & auxilium à Romano Pontifice tanquam à fratre & Episcopo Christiano solum petunt: non iussum, aut edictum ab eo postulant tanquam à magistratu, & Rege in alienas ecclesias imperante, & dominante. Quamobrem illi afflicti consilium duntaxat & opem, si quam ferre potest, ab eo postulant, velut ab amico, & homine Christiano de fratrum iniuria sollicito ex charitate Christiana: non autem ab eo imperium, velut à Domino in ecclesias ius exercente, expectant, vt subleuētur: sed propter vrbis Romæ dignitatem, fuit magna Episcopi quoque Romani apud Imperatorem, & alias ecclesias autoritas, quæ in aliorum Episcoporum calamitatibus iniultis subleuādis auxilium aliquod afferre potuit. Quod igitur illi de fraterno auxilio dicunt, Bellarminus de Monarchico in omnes ecclesias imperio perperam, & in suum Deum Romanum assentatoriè interpretatur, & sumit. Hoc autem est fallere, non docere, non bona fide agere.

Secundò peccat iste, quòd etsi Patres omnes tum Græci, tum Latini hanc Rom. Pontifici in omnes ecclesias Præfecturā tribuerent, propterea tamen neque illi cōpeteret, neque ex his dictis confirmaretur. Quemadmodū enim priuatorū hominū consensus neminē Magistratū, aut iudicē facit, quemadmodū Iurisconsulti docent: sic nec totus orbis

orbis Primatum in ecclesias cuiquã afferre, & donare potest. Hoc enim dare, est solius Christi ecclesiarũ veri, & solius Domini, vt̃ docet Paulus, 1. Cor. 8. v. 6. Quare frustra & inutiliter hæc à Bellarmino testimonia proferuntur, quia Patres omnes simul collecti hanc potestatem nulli Episcopo dare possunt, penes quos nullo pacto est. Nemo verò dare potest, quod ipse nec actu, nec potestate: nec in re, nec in iure habet. Et hoc sibi accipiat responsum verum, & solidum aduersus has suas auctoritates. Præterea quis non videt ex istis Patribus nonnullos manifestè Romano Pontifici assentatos esse, velut Hieronymũ (qui ipse sæpe prudentior factus, hunc Episcopũ Romanum parem tantũ aliis Episcopis facit in epistola ad Nepotianũ & alia ad Euagriũ) velut Prosperum Rheimensem. i. Italicũ Episcopũ, velut Lyrinẽsem, Cassiodorũ, Bedam, Anselmum Italum, Hugonem de Sãcto Victore, Sentetiariũ, Bernardũ, qui quãuis Papam summè oderat, Papatum tamen probabat. Alij verò ex istis patribus omnino malè & peperam locũ Matt. 16. *Tu es Petrus*, &c. exponebãt nõ de fide Petri in Christũ, sed de persona Petri, reclamante August. & aliis doctis viris. Sed & ipsis Pontificib. quoq; Romanis Anacleto epist. 2. Iulio primo epistola 1. Gregor. Magno li. 6. epist. 37. ad Eulogiũ, Gregorio 7. Platina teste can. *Ego Ludovicus*. Dist. 63. resistentibus etiam Oecumenicis conciliis Chalcedonensi can. 28. concilio 4. sub Symmacho, & aliis. Ipso Bellarmino quoque repugnante, qui & hic colum. 594. L. B. & supra columna quingentesima septuagesima tertia L. B.

& D. aperte, & sine circuitione palàm testatur & scribit, Primatum Petri nequaquam ex iure diuino ad Romanos Pontifices pertinere, & deuolui. Quid amplius, vt confutetur, Bellarminus postulat?

Ad Cap. xvi.

Hic potius totum illud dominium euertit Bellarminus, quàm stabilit, quod antea Romanæ sedi, & Pontifici Romano attribuit. Nam ex quatuor sententiis à se prolatis, tres Romanum Pontificem ex hominū solo placito & volūtate monstrant habere istum Primatum: Vna tātum, eaque pessima, & nullo S. scripturæ loco fundata, illi assignit hanc præfecturam ex Christi dicto manifestè deprauato. Quare dum Romanum Pontificem suum ornat Bellarminus, dedecorat, cui ex falso fundamento hanc, nō dignitatem, sed in ecclesiis tyrannidem tribuit, & stabilit. Ceterum verissima est sentētia, A solis hominibus ortam & cōcessam esse eam potestatem, quam sibi Romanus Pontifex vindicat. Ac quidem Primum ab Imperatoribus Constantinopolitanis, velut Phoca, & Constantino Pogonato, qui dictus est quintus. Deinde ab aliis Imperatoribus, Pipino, Carolo Magno, & Ludouico eius filio. Quis enim est tam imperitus historiæ præteriti temporis, vt hoc ignoret. Hoc qui nescit neque natate nouit, neque litteras, id est, omnium rerum rudis est. Imo colum. 598. hoc ipsum agnoscit, & fatetur Bellarminus.

Porro ineptum est quod negat iste, Possē Cardinales Romanos, qui Pontificem creant, eundem deponere, antiquare, & magistratum ei arrogare.

rogare. Eiusdē enim est abrogare, cuius est, creare. Sic populus Romanus abrogabat imperium iis, quibus dederat. Sic electores Imperij Germanici deponunt Imperatorē, semp̄que deposuerunt: ordines Regni Regem congregati, & consentientes. Sic historia ipsa Papatum infinitos pene à Cardinalibus, imo à solo clero ipso, populóque Romano de gradu deiectos, depositósque testatur, quicquid dignitatem Pontificiam à persona Pontificis hoc loco futiliter potius, quàm subtiliter distinguat Bellarminus, quasi deposita à Pontificatu persona Pontificis, non auferatur illi ipsa dignitas ab hominibus deponentibus: & quasi illa dignitas absque subiecto pendens in aëre, velut chimæra quædam, subsistat. Hæ sunt Bellarmini nugæ nugerrimæ. Ergo & dignitatem, & personam homines deponunt, & ita creant, & abrogant eam. Denique quàm illud est absurdum, & secum pugnans, Cardinales seu Electores Pontificum Romanorū esse causam, cur tales sint Pontifices, & tamen non esse causam eius potestatis, quàm habent illi Pontifices. Non tam sapias, Bellarminè, quàm Saperda, qui hæc tam contraria dicas, & sentias. Quod si electores sunt causa, cur tales eiusmodi potestatem habeant, id est, Pontificiam, ergo eam illis ex causa abrogare, & auferre iidem possunt, ex communi regula Iuris, eius est abrogare, cuius condere & creare. Sed iste, tam est propter suam adulationem cæcus, vt iudicium commune nobis quoque eripere velit, si potest.

Eodem *ad oxim* profus iudicio & bestiali scribit iste hereticus, Phocā non instituisse Primatum

Papæ, quum omnes illi, quos ipse citat, autores id diferte tradât, Beda, Ado, Diaconus, Platina, imo hiftorici omnes. Cauffa tanti priuilegij cõcedendi fuit, vt Bonifacius 3. qui tũc R. Epifcopus erat, fibi populũ Romanũ placaret. Phocam enim oderat. Romani, vt parricidã, quia Mauritiũ optimũ Imperatorẽ occiderat. Ergo vt populũ fibi fauẽtem Phocas haberet, Sacrilegio parricidiũ iftud fuum redemit. Nam hac tyrannide in omnes ecclefias Romano Epifcopo, nimirũ Bonifacio iij. (quod fuit merè sacrilegum) conceffa, habuit poftea parentem, & fibi ministerio huius Bonifacij obiectem Populum Romanum, ac Italiam, & fuum parricidium aboleuit. Vident igitur iam omnes quàm fit impia, & fcclerata (velut dominatio Tarquinij superbi ex parricidio fui foceri, Scruij Regis) huius Primatus Romani Pontificis origo, & cauffa.

Cæterũ quod Monachus ifte Childerici Frãcorum regis abdicationem à Zacharia homine extraneo, & mero sacerdote, non autem Magiftrato, fed homine in ea re priuato (licet Epifcopo Romano) recte factam fuiſſe contendit, quĩ potest, obſecro, probare, & id tueri? Quid enim Zachariæ licuit, ſibi ius in Gallos uſurpare, quum eſſet extraneus: Regem deponere, quum eſſet priuatus: ius in Pipinum, quod ipſe non habebat, transferre, & tot ſimul ſacrilegia, ſcclerãque perpetrare? Furtum facere Chilperico, rem alienam, & non ſuam dare, Pipino: fidei frangendæ erga ſuum Regem ſubditis autor fieri, & imperium alienum alteri conferre, quum ſit ſolius Dei Reges creare, & regna

& regna dare Iob. 12. versu. 18. Daniël. 3. vers. 22. Psalm. 75. vers. 7. Quot immania scelera simul Zacharias tuus admiserit, vides: præterquam quod in alienam messem etiam suam falcem immisit, & Sutor iste vltra crepidam (nempe sacerdos de iure Regnorum) disceptorem se præbuit. Nam quod Gallicanas ecclesias ante Carolum Magnum Romanæ sedi subiectas fuisse credit & tradit iste, fallitur, quamuis illum suum coccysum occinat, *Pascite oves meas*, vt postea docebitur, & historiæ hunc refutant.

Ad Cap. xviii.

CONFIRMAT Bellarminus, si potest, sui Capitolini Iouis fulmen in omnes ecclesias, & potestatem in omnes Episcopos, quia aliquando R. Pontifex nonnullos eorum instituit, deposuit, restituit. Duos instituit Maximū, & Anatoliū: restituit tres, Athanasium, Paulū, Marcellū. Deposuit octo, vt Nicolaus 1. tradit. Ergo habet Pōtifex Romanus in singulas ecclesias Dei, & in singulos Episcopos Primatum, & summum imperium. Respondeo, Multis modis hic à Bellarmino peccari. Primum, A dicto secundum quid, In paucos Episcopos Romanus Pontifex hoc iure vsus est: ergo idē iuris in omnes habet. Deinde, A nō cōsequente, Hoc iure vsus est Romanus Pontifex: Ergo hoc ius habet. Imo non fuit illi ius hoc agere, sed tyrannis, & mera vsurpatio. Nec enim, vt aiunt Iurisconsulti, quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat, spectandum est. Quare non ex eo sequitur, id iuris R. Pontificibus competere, quoniam eo sunt vsi: sed vtrum eo iure legitime vti potuerint, prius

definiendum ex Dei verbo est. Tertio fatetur Bellarminus ipse, col. 601. L. C. Romanos Pontifices neque omnes Episcopos instituisse, neque deposuisse, qui depositi sunt. Ergo hoc idem iuris habent alij, vt Episcopos instituunt & deponant, sicut R. Pontifex: ac proinde est ius commune non proprium R. Pontificis: aut si illi ius peculiare est, neque rectè, neque ordine instituti, depositique fuerint, quotquot R. Pontifex neque instituerit neque deposuerit. Quod est falsissimum. Nam in instituendis, destituendisque singularum ecclesiarum Episcopis, neque B. Paulus 1. Timoth. 3. Tit. 2. neque canones Apostolici, vt canon 1. & 27. consensum Romani Episcopi requirunt. Denique Cyprianus lib. 1. Epist. 4. Stephanum Romanum Episcopum suum collegam appellat: & Leo primus epist. 84. in ecclesia Thesalonicensi nihil, ignorante Episcopo, fieri voluit permissive, teste Bellarmino. Nili autem argumentum valet, R. Pontifex ratione tantum aliorum Metropolitanorum Primus dicitur, quum illi inter se conferuntur: ergo non dicitur Primus ἀπλω̄ς, absolutè, & respectu totius ecclesiae. Bellarminus hic hæret. Ait Primatum eum habere in omnes: verum probet, & vicerit.

Secundum Nili argumentum est, Constantinopolitanus Episcopus Romano exequatus est Concilio generali vi. can. 36. Concilio 2. & 4. Concilio Chalcedonensi can. 16. teste Bellarmino: ergo Romanus Episcopatus non est superior dignitate Constantinopolitano. Respondet Bellarminus.

Illis tot Conciliorum generalium decretis non acquieuit Romanus Episcopus. Ergo nullam vim habent. At verò respondeo ego, totius ecclesiæ (qualia fuerunt illa generalia Concilia) scitum vnicus Episcopus infirmare, & antiquare non potest: sed solum Concilium generale: alioquin is Episcopus schismaticus vel hæreticus sit oportet. Ergo Romanus Episcopus est vel schismaticus, vel (vt iste putat, qui hoc caput Articulum fidei esse vult) hæreticus. Quanquam quæ ista est impudens obstinatio, tot conciliorum Oecumenicorum decretis super Dei verbo fundatis Luc. 22. nolle parere, & acquiescere? Et vt quisquam Rom. Pontificis decretis obsequatur, quum ipse totius ecclesiæ decreta tam manifestè repudiet, & negligat?

Tertium Nili argumentum, Æquum esse, vt cæteri eodem in alios sese inferiores iure vtantur, quo ex eisdem canonibus & decretis Romanus Pontifex in inferiores se vtitur. Hoc consequens negat Bellarminus, quod tamen omnes vident verissimum esse & æquissimum ex regula, vbi eadem ratio, & ius idem obtinere debet. In summa, Petit principium iste, nempe solum. R. Pontificem esse Primatum in tota ecclesia, non alium quoque quenquam: quod est eandem ineptam cantilenam canere millies.

Quartum Nili argumentum est, Romanus Episcopus non sic ordinat Patriarchas, vt Patriarchæ sibi subditos præfectos, nempe Metropolitanos: Ergo R. Pontifex non habet tantam in Patriarchas potestatem, quantâ illi in suos Metropoli-

tanos. Bellarminus cōcedit antecedens, negat cōsequens quod tamen necessario sequitur. Nam in ecclesiastico regimine ex potētia ordinandi appareret superioritas regēdi & dominādi. Ergo cui minor hæc ordinandi potestas data est: minor quoque illi potestas & autoritas in regimine ecclesiastico in alios cōpetit. Excipit Bellarminus, Quidam R. Pontifices alios Patriarchas deposuerunt. Respondeo ego, non iure id ab illis esse factum, sed tyrannicè: ergo nullum eis ius ex huiusmodi facto & tyrannide competit.

Quinta Nili ratio, Nicenum Conciliū primū can. 6. solas ecclesias occidentales attribuit R. Episcopo: ergo non omnes. Bellarminus negat. Sed mens Canonis hoc probat, qui est N. v. 1. Imo plus docet canon, Episcopū Romanum nullū ius in eas ecclesias habere, quæ se ei ante Concilium primū Nicenum non subiecerunt. Ex quo fit, ut nullam in Germanicas, Gallicas, Hispanicas, Britannicas ecclesias præfecturam habeat, quoniam illæ nondum sese R. Pontifici summisserant, ut ex perpetua rerum ecclesiasticarum historia constat. Ergo videt Bellarminus, quum omnes ipsius responsiones, & rationes sunt vere & luculenter refutatae, quàm nullus iam sit Iuppiter iste Capitolinus, & ut non Pontifex, sed Ponifex à ponenda vili fece sit nominandus.

Ad Cap. XIX.

VERè hîc exclamare licet, quod est apud Plautum, *Nec fallaciam astutiorē ullus fecit pota, atque ut hæc est fabricata.* Nam à Bellarmino, ut Romani sui Pontificis tyrannidem ruentem fulciat:

fulciat: verū pessimo, & nullo fundamento. Quic-
 quid enim hoc & duobus sequentibus capitibus
 xx. & xxi. agit, mera fallacia est, eaque duplex, V-
 na, A non causa pro causa: Altera, A dicto se-
 cundum quid, A non consequente. Sic enim ar-
 guit Bellarminus, Romanus Pontifex quasdam le-
 ges promulgavit, quasdam dispensationes, & cen-
 suras in nonnullos & pro nonnullis ædixit. Ergo
 habet plenariam leges condendi, dispensandi,
 censendi de omnibus potestatem. Sic iste. Sed
 quis hoc genus argumentationis vitiosissimum
 esse nō videt, vel nullo monete? Est enim fallacia
 A dicto secundū quid, Deinde A non causa. Nec
 enim ex eo apparet, aut probatur R. Pōtificem ius
 ista peragendi habere, quoniam hæc aliquando e-
 git, agitve: sed primum demonstrandum est, hæc
 iure, & ex potestate sibi à Christo concessa face-
 re Pontificem Romanum, tum hæc actio fidem
 faciet, & commendabit ipsius autoritatem. Nam
 non ex eo quod quis facit, ius habere intelligitur:
 sed ex iure quod habet, legitimè quidpiam ab eo
 fieri cōcluditur. Latro grassatur in sylvis, Tyrānus
 multos indicta causa trucidat: nec tamen propte-
 rea ius hæc perpetrandi isti habent, sed impiè &
 sceleratè agunt. Ergo nō quicquid tyrannus, latro
 alieni usurpator agit, ab eo iustè fit, quia fit: sed
 hæc iuste facerent, si ius & potestatem ista agendi
 haberent. Videt igitur Bellarminus, ut sit ista sua
 ratio vitiosa, imo scelerata, quæ scelera omnia,
 sceleratōsque comprobat, & tyrānos, tyrannicāq;
 facta omnia recta legitimāque esse pronuntiat,
 quia fiunt. Sed non pudet Bellarminum, obsecro,

hanc leges condendi potestatem tribuere suo Romano Pontifici, quam Christus ipse illi adimit. Magistratibus autem relinquit Rom. 13. 1. Timoth. 2. Luc. 12. versu. 14. *Quis me constituit iudicem super vos.* Ioh. 18. *Regnum meum non est de hoc Mundo.* Timoth. 2. *Nemo seruiens Deo implicetur rebus secularibus:* & quæ, quàm inepta sit, ostendunt ipsa Pontificum istorum decreta sibi ipsis contraria, & secum pugnantia, quemadmodum apparet ex can. *Euthemium* 2. quæst. 3. ubi Gregorius Gelasio, Gelasius Stephano prorsus aduersaturus item ex can. *Presbyteris* Dist. 27. can. *Laii* §. ceterum. Dist. 33. & aliis innumerabilibus.

Denique ab Irenæo Victor primus R. Pontifex propter istam in alienas ecclesias usurpationem fuit grauitè reprehensus, ac damnatus, teste Eusebio. Et quod Pascha inter Christianos 14. Luna celebrari desiit, id non ex decreto Victoris primi sed ex Niceni concilij primi præcepto & statuto obtinuit & inualuit, quia fuit generale Cõcilium.

Ad Cap. xx. & xxxi.

Capitis xx. argumentum, & cap. xxxi. eodem illo utroque vitio laborat, quo caput proxime superius. Misit R. Pont. legatos & Vicarios suos in varias orbis regiones: Ergo in omnes orbis terrarum ecclesias primatû habet. R. Quæritur primatû vtrum iure. Neq; enim curandum est quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat, vt hoc solûm probetur, nõ etiam illud, quod fit. Astutè enim id per cunctos tentabant Romani Pontifices, vt sibi vbique pareretur. Verûm pauci huiusmodi sedis Romanæ Vicarios admiserunt, neque etiam semper: plures reiecerunt.

reiecerunt, quòd se neque subiectos agnoscerent
 R. Pontifici, neque subiici vellent: quãdo ne nunc
 quidem tota Græcia, Thracia, Asia, Syria, Ægyptus
 (quibus in locis florent adhuc ecclesiæ) vllos Ro-
 manæ sedis Vicarios recipit, aut admittit, quam-
 vis sint hæ regiones afflictissimæ à Turcis imma-
 nis hostibus Christi. Techna verò, & pa-
 nourgia plane Rom. Pontificis fuit, quum Cele-
 stinus Papa Cyrillo Episcopo Alexandrino (quem
 illius totius actionis Præsidentem à toto cœtu dele-
 ctum nouerat) suas partes in Synodo Ephesina
 demandauit, vt hoc pacto ipse per Cyrillum Sy-
 nodo præfuisse censeretur. De Hormisda & Gre-
 gorio primo, quod Bellarminus scribit eos in
 Galliam & Hispaniam misisse suos vicarios, ad-
 uersus ipsum eum facit. Hos enim solos in exem-
 plum profert Bellarminus, quoniam idem alij
 Roman. Pontifices neque fecerunt, neque tenta-
 re ausi sunt. Neque etiam iidem isti duo suos vi-
 carios vbique habuerunt. Nam ne nunc quidem
 (quo tempore tanta est istius feræ beluæ autori-
 tas) in Galliam aut Hispaniam mittunt Romani
 Pontifices suos Vicarios ordinarios, habentve vl-
 los: & si quos nonnunquam mittunt, eos solùm ex
 Regis, & Senatus Parisiensis autoritate, arbitrato,
 & voluntate habent, qui Vicariorum istorum po-
 testatem, & facultates, quas vocant, restringit, mo-
 dificat, abrogat, prout vult. Præterea Hormisde &
 Gregorij Vicarij isti, quos commemorat Bellar-
 fuerunt in Gallia quarundã dütaxat eleemosynarũ
 (quæ R. Pont. fiebãt in honorẽ B. Petri) collectores
 & questores: nequaquam autẽ Episcoporũ iudices

& litium disceptatores, vt ex ipsis Epistolis eorum apparet.

Argumentum capitis XXI. eisdem vitiis duobus maculatum est, quibus omnia superiora, Nempe fallacia A non caussa, & A dicto secundum quid. Nonnulli ad sedē Romanam prouocarunt: ergo ex omnibus Ecclesiis ad eam prouocatio pertinet. Nam respondeo, Qui ad eam prouocarunt, non vt ad iudicem, sed vt ad auxiliatricem urbem & sedem duntaxat appellarunt, vt si quod possent per R. Pontificis autoritatem, suorum malorum subleuamen & remedium, non autem iudicium definitiuum acciperent. Tunc enim ad Imperatores, non ad Romanos Pontifices fiebat prouocatio, vt restituerentur deiecti. Quantumvis enim Athanasij causam probaret Iulius primus Pontifex Rom. nihilominus tamen exul Treuiris in Gallia mansit Athanasius, donec ab Imperatore, & quidē Iuliano apostata reuocatus fuit. Eodē modo Caecilianus. Ergo nō ad R. Pont. velut ad iudicē prouocabant illi: sed ad eum, velut auxiliatorē ex charitate fraterna & Christiana propter urbis Romae celebritatē confugiebant. Præterea quā pauci id fecere: & quo tempore? Nempe ex vn̄guerso terrarū orbe, & ex tota totius præteriti tēporis historia sex dūtaxat exēpla cōmemorat Bell. & quæ eo tēpore cōtigerant, quum vel essent omnino Eretnici Imperatores: vel hæretici, vt Cōstantius: vel minime autoritatis vt Mauriti⁹, & Germani Imperatores. Apparet autem ex Gallica & Auentini historia, ne Gallicos quidē Episcopos istis ad Pōntificem R. appellationibus quicquam, nisi quantum libuit

libuit, detulisse, quicquid in can. *Si quis*, & & seq. cā. *Decre. 2.* quę. 6. *statuatur*. Denique Africana synodus IIII. Generalis omnino Zosimo R. Episc. id iuris sibi asserenti denegavit in caussa Apianij, qui Romā appellauerat ex Africa, vetitumq; discrete ne in posterū id fieret, can. 23. & 28. In sūma, totum id, quod fecerunt isti fuit vsurpatio.

Ad Cap. xxii.

Bellarmini solutio ad primū Nili Archiepisc. Thessal. argumentū nihil valet. Negat. n. iste quod disertē Concilio Cōstatinop. scriptū extat.

Ad secundum eiusdem Nili argumentum solutio est inepta. Constituit enim Episcopū Romanū Nicolaum. i. iudicem suę litis & controuersię cōtra Archidiaconū, & Iohānem de Turrecremata. Et quod Sardicense Conciliū opponit Chalcedonensis can. 9. & 17. Bellarminus, rudem se rerum omnino prodit, qui nō animaduertat etiā ex ipsi⁹ Augustini sententia posteriora generalia Cōcilia (quale fuit Chalcedonēse) derogare prioribus. Nā Chalcedonense fuit posterius Sardicensi, annis plus minus cētum quinquaginta. Ergo in hoc posteriore Concilio illa præminentia & autoritas Romani Pōtificis abrogata est, si qua priorib. cōciliis fuerat ei cōcessa, & attributa velut Sardicēsi.

Ad Cap. xxiii.

Primum Orthodoxorum, id est, nostrorū (quos cōtumeliosē Lutheranos vocat hīc Bellarminus) argumentum tollere nullo pacto potest. Nam & concilij Africani, & Cypriani manifesta autoritas abrogat Romano Episcopo ab Africanis Ecclesijs appellationes recipiendi. Id quod sub Au-

gustino 4. Synodo Carthaginensi renouatum quoque est. Iste *ἡρισφουγιτὸν* sibi ex nescio quibus personarū, & criminum circumstantiis cōtra generalia Cypriani verba astute querit, quò, si pōt euadat.

Ad Cap. xxiiii.

SECUNDUM nostrorum argumentum sumptū est Sex ipsius Pōtificis Romani, Nēpe Damasi rescripto, quo ostēdit ne in Italia quidem sibi, licet Pōtifici licere de re iam iudicatā cognoscere. Respondet Bellarminus suo more, & omnium hæreticorum, negando ea omnia, quibus promuntur. Sic Manichei pugnauerunt. Deinde coactus restringit illa rescripta Damasi, & Mileuitani Concilij decreta cano. 22. ad solos clericos, etsi interim suum Gratianum falsi manifestè accusat, & arguit in can. *Placuit* 2. quæst. 6. Respondeo ego Verba & Damasi, & Mileuitani Concilij & Africani 4. esse generalia, can. 23. 28. Vbi autem lex non distinguit, neq; nos distinguere, effugij causa debemus.

Tertium nostrorum argumentum est apud hūc col. 613. L. D. §. *Quarto* hic autē procedit. Quæ ratio iudicij in Cæcilianū Carthaginensem Episcopum habiti administratiq; fuit, eadem est omnium aliorum Episcoporum. Atqui in Cæciliani iudicio neq; appellationē recipit Romanus Pōtifex, nisi ex Imperatoris delegatione: neque statim ipsius iudicio, sed ad aliū prouocatio fit, & post R. Pontificē de eadem Cæcilij causa iudicat Aretalis Episcopus. Ergo neque ipso iure Appellationes ad sedem Romanam deuoluuntur, neque habet summum, & irrefragabile iudicium Romanus Pontifex Bellarminus respondet, Quia non fuerat

fuerat ad se prouocatio facta, Romanus Pontificus de ea nequaquam iudicasse. Respondeo ego, Verum si R. iste Pontifex est ordinarius appellationum, in causis Ecclesiasticis Iudex, & quidem à Christo constitutus, quum Constantinus Imperator & Christianus, & istius R. sedis studiosus Prouocationem Cæciliani admisit ius alienum vsurpauit, Christi leges immutauit. Quod ne concesserit quidem Bellarminus. Præterea cur eam causæ cognitionem Miltiades R. Pontifex ex Imperatoris delegatione suscepit, quasi alioqui, ad se minime spectaret ista cognitio? Cur non reclamauit? Cur non est protestatus, hoc sui iuris esse, non Imperatoris. Satis enim sunt in suo iure tuendo acerbi isti.

Ad Cap. xxv.

Am ad firmissimum nostrorum argumentum accedit Bellar. quod ex Actis Concilij Carthaginensis III. iste sextum vocat, ducitur, sic, Tota Synodus Africana 217. Episcopis, (inter quos etiã vnus erat B. Augustinus) Constans ostendit nequius recipiendarum Prouocationum ab aliis Ecclesiis ad R. Pontificem pertinere. (Itaque neminem ex Africa Romam ire Appellationis gratiã permisit. can. 23. & 28.) neque verum esse quod ex Niceni Concilij primi decretis proferabat Zozimus Pontifex Romanus hoc ius sibi à Patribus Nicenis concessum. Ergo quod ius sibi in eo tribuunt R. Pontifices est mera tyrannis & vsurpatio, merumque Zozimi mendacium. Quid ad hæc Bellarminus? Primum ait, si denegetur omnino potestas cuiquã ad R. sedem appellandi sublatum iri ius omne Prouocationis & auxiliij aduersus Episcopos temere iudicantes,

impetrandi, & implorandi. Nego ego verò consequens. Nam ab Episcoporum iudicio ad concilia Prouincialia prouocare licet, vt ipsis etiam Synodorum decretis constitutum est. Antiochenæ can. 12. & 14. Constantinopol. primæ can. 2. Vel ad ipsum summum illius regionis Magistratum, qui alios Episcopos de sententiâ illa ab Episcopo pronuntiata iudicaturos dabit appellanti, & conuenire iubebit, quemadmodum dedit Constantinus Magnus in caussa Cæciliani.

Itaque Bellarminus priore sua solutione repudiata secundam cõminiscitur. Nempe ad vomitũ redit, & more suo omniumque hæreticorũ, negat illud, quod verũ est & vbiq; confirmatũ. Nempe Zosimum allegasse Nicenum Concilium, sed Sardicense Catholicũ (fuerunt enim duæ Synodi Sardicenses) in quo ea extãt, quæ postulabat Zosimus. Quis hæreticum istum ferat tam impudenter quæ vbiq; extant negantem, & in ipsismet Concilij Carthaginẽsis Actis sunt disertè scripta? Sic agẽs, Bellarmine, vbiq; vinces. Sed & hoc ipsum reuicte postea hæreticus iste, quod secundo loco attulit,

Tertiam igitur solutionem repetit, Concilium Nicenum scripsisse plus quàm xx. canones: sed neque in hac solutione hæret. Aliud enim est in Concilio illo Niceno primo de rebus aliis actum esse (quod iste vult & nos, facilè concesserimus) aliud plures quàm xx. canones cõscriptos, quos Patres illi pro canonibus haberi voluerint, quod negamus.

Quarta solutio, Zosimum ipsum fuisse deceptũ, & Nicenũ Conciliũ pro Sardicense allegasse, quia in eodẽ volumine vtriusque Cõcilij canones hæ-

rant in

rant in Romano Codice coniuncti. Quā solutio-
nem vt verissimā iste p̄fert. Est autem falsissima,
& omniū certe quidē ineptissima. Sed Bellarmino
placuit suus sc̄etus, quantumuis sc̄etidus, puerilis,
& putidus, quoniā in eo campū ingenij sui osten-
tandi nactus est. Verū sic veritas habet: Zosimus
impudentissimē, atque ex professo m̄titus est, vt
hanc sibi ex eumentito Niceno Concilio primo in
ecclesias Dei tyrannidē vsurparet, ac stabiliret. Id
quod Bellarminus ingenuē fateri noluit. Nā quod
ait Pontificē Romanū posse per viam appellatio-
nis iudicare de iis, qui vel à Concilio Episcoporū
frequentissimo sunt damnati, falsum est, quum illi
sui fines, & Iurisdictionis metā, sicut cæteris Pa-
triarchis, sint p̄scriptæ can. 6. Niceni Concilij
primi: nec magis à sententia Constantinopolitani
Patriarchæ ad Romanum appellare liceat, quàm à
Romani sententia & iudicio ad Cōstantinopoli-
tanum. Denique quod scribit Bellar. col. 622. L. A.
§. *Non diu*, Romanum Pontificē non diu post hæc
Cōcilij Carthaginensis decreta can. 23. & 28. tamē
hanc in Africanas ecclesias Præfecturā vsurpasse,
& cōtinuasse, & earū appellationes suscepisse, in-
iurium est in Romanos Pōtificates. Primū enim hæc
vsurpatio, & continuatio demōstrat, & immanem
istorum Episcoporū Romanorū pertinaciam seu
peruicaciam animi, (qui se sanctis Conciliorum
decretis summittere nequeunt) & pestilentē am-
bitionem, quā nullis ecclesiasticis repagulis vinci
& vinciri se sināt, dū non paret iste vnus toti Sy-
nodo Africanæ. Deinde hæc ipsa vsurpatio iuris à
R. Pontifice facta, est merum sacrilegium, ac ty-

rannis. Nec potest, aut potuit, quantumuis longo tempore iurisdictio hæc à R. Pontifice retenta, ius illi vllum per vsucapionem aut præscriptionem tribuere & acquirere. Nam in rebus sacris & diuinis nullum locum habere potest Vsucapio, aut Præscriptio etiam longissimi temporis, vt est in can. *Placuit* xvi. quæit. 3, quemadmodum neque in rebus fisci & Principis toto Titulo D. De iure fisci. Præterea etiam in vera, Christianaque Vsucapione bona fides ab initio statim interuenire debet: alioqui nullum ius acquirit D. can. *Placuit* qua quum ab initio istius vsus caruerit R. Pontifex, nullo tempore, nullo ve vsu quantumuis longo, hoc ius sibi comparare potuit.

Recurrit & hîc quoque Bellarminus ad suas il-
las infelices latebras, Nimirum vt neget Episto-
lam Bonifacij secundi esse ipsius. Nam ab ea iugur-
latur, & ostenditur Africanas Ecclesias per plus
quàm centum annos post Concilium Carthagi-
nense. Neque R. Pontificem pro suo iudice agno-
uisse: neque suum decretum violasse, etsi auxili-
caussa nonnulli Episcopi ad R. Pontificem pro-
pter autoritatem vrbs, velut ad fratrem & confer-
uum, non tanquam ad iudicem confugerunt, affli-
cti à Vandalis hæreticis aut aliis.

Ad Cap. xxvi.

IAm hoc caput Bellarm. refutauimus. Est enim
Petitio Principij, vel istomet teste col. 626. L. B.
Nam assumitur id, quod in tota hac disputatione
probādum est, vt scribit fateturque Bellarminus.
Nempe R. Pontificem esse Principem totius Ec-
clesiæ & supra Ecclesiā, quod pernegamus. Dein-
de quæ argumenta profert idē hîc, Vt probet suū

R. Pontificē à nemine iudicari posse, sunt prorsus nulla. Nā sumit ea ab autoritate Pōtificū, & Cōciliorū, quæ in Italia, vt Sumessæ: vel Pōtificib. præsentibus velut Cōciliū 5. sub Symmacho, Conciliū Rom. 8. conuenerūt. Nemo verò in sua caussa testis esse potest. Porro manifestissimè confutantur hæ rationes omnes. Nā Cōstantiense Conciliū simul tres R. Pōtificates deposuit, Iohannem, Clemētē, & Eugeniū 4. aliū elegit, vt ex illius Cōciliij verissima historia apparet. Quæ verò ex Græcis, Patribus citat, testimonia Bellar. itē ex Ambrosio & paucis Latinis, eum euertunt. Docent enim omnes & singulas Christi veras oues Ecclesię subiici. Quare aut non est ouis Christi Pontifex R. aut Ecclesię subiicitur Matth. 18. v. 17.

Ad Cap. xxvii.

PRimum Nili argumentum expressio Dei verbo nititur Gal. 2. v. 14. Respondet Bel. Nō fuit iudicialis cēsura, neq; vt Maior minorē reprehēdit Paulus Petrū & obiurgauit. Respōdeo Bel. Paulus corā tota Ecclesia Petrū arguit. Petrus reprehensus tacuit: ergo si ab vno Petrus Pastorū, vt iste ait Princeps (cuius Romani Pōtificates sunt solū vicarij, reprehēdi potuit, multo magis ipsi Pōtificates Petro Minores vel ab vno reprehēdi possunt, nedū à tota Ecclesia dānari. Tertia Nili ratio (Nā secundam in alium locū differt) ostendit Christo & ipsius Ecclesię parendū esse Matth. 18, Negat Bellarminus suum Episcopum R. vllis vel Christi vel Ecclesię legibus subiici: ac proinde ἀτακτοῦ eum pronūtiat quos homines in Ecclesia excommunicandos esse scribit Paulus 2. Thessal. 3.

Quarta Nili ratio sumitur à Concilij VI. auto-

ritate. Bellarminus more suo agit. Negat hoc in
 eo concilio esse scriptum, quod tamen disertè ex-
 tat: Item negat Canonē 6. Apostolorū esse posse,
 quoniam ab eo premitur. Atqui disertè & totidē
 verbis inter canones Apostolorū extat, quibus à
 Nilo viro eruditissimo profertur: uti & quintus
 canon Apostolicus, Nempe, ne Episcopi vxores
 suas abiiciant, aut dimittant: nō autē solūm ut eis
 prospiciant, ut iste cauillator fingit, verba ipsa &
 Græca, & Latina corrupēs. Idem Synodo Trul-
 lana, can. 30. constitutum & repetitum est ex hoc
 Apostolico canone. Ergo mentitur impudentissi-
 mē Bellarminus, dum hæc in Cōciliis & Canoni-
 bus Apostolicis scripta esse negat, quæ extant ma-
 nifestè & in omnibus Codicibus. Quinta Nili
 ratio probat R. Pontif. ab aliis Episcopis, & ab Ec-
 clesia iudicari & dānari posse: idque ipsum, quem
 admodū Synodo vi. Generali definitū est, ab ipsis
 quoque R. Pontificibus comprobatū esse. Quid ad
 hæc hæreticus iste? Veterē coccyimū nobis occi-
 nit, R. Pontifex est summus in tota Ecclesia Prin-
 ceptus: ergo à nemine iudicari potest. Verūm hoc
 illi iā eripuimus: sed quia nihil respondere potest,
 hoc suo de Primatu Papæ somnio contentus est.
 Sed sup. cap. 26. fassus est hoc ipsum affirmare, esse
 petere Principiū. Præterea summus etiā Princeps
 à toto corpore Reip potest iudicari. Denique ne-
 gat hic quoque Synodū illā vi. Generalē extare. I-
 stud verò est non nodū soluere, sed incidere, quo-
 niā clabi non potest. Nā quòd negant Pontificis
 mācipia quædam hæc Synodū vi. & illius canones
 à Romana sede recipi, nil mirū, si quæ in rem suā
 minimè esse videt aliquis Pōtifex R. repudiet, li-

cet alij ipsius prædecessores eam Synodū, vt verissimam approbant, ac laudarunt. In summa tantum hic negatur Bellarminus.

Sexta ratio Nili, Qui cæteros Ecclesiæ Patres contemnit, à cæteris contemni debet. Id quod facit R. Pontifex, horrenda, & Diabolica animi superbiâ. Respõdet Bellarminus, Petrum à Christo, non ab aliis Patribus habere hunc in Ecclesiâ principatum. Ergo nemini parere eū debere. Vnde verò probat? Certè ex nullo S. Scripturæ loco, licet in eo multū æstuarit, & se fatigarit. Deinde quòd ait iste, Papã suis ipsius canonibus nõ subii-ci, primū est inanis ratio & responsio Innocētij 3. in cap. *Solito*, Ext. Maioritate & obedientia centies cõfutata. Nã isti R. Põtificis canones, vel sunt Christi doctrinæ conformes, aut non. Si primum, ergo iis parere debet Põtifex R. quoniã sũt Christi præceptū & doctrina. Si secundū, nihil omnino valent in Ecclesia, quia cum Christi doctrina non consentiũt. Deniq; ineptus est Bell. & cauillator, qui quũ R. Episcopus *Pater* appellatur, putat eum ratione aliorũ Episcoporũ Patrẽ vocari, ac propterea reuerentiam illi ab aliis Episcopis deberi colligit. Imò Pater appellatur R. Episcop. tantum sui, Romanique gregis ratione, non respectu ad alios aliarũ Ecclesiarũ Episcopos. Itaque nugas agit iste hæreticus.

Ad Cap. xxviii.

QVòd ad Caluini argumētū solutionē differt iste, & nos quoque. De eo enim cogitandum illi fuit, vt illud eluderet. Sed quòd ait iste Imperatorē esse ouẽ, & ideo Pastori subii-ci, verū est in rebus spiritualib. vti vicissim Pastor, & R. Pontifex

est ciuis, ac proinde Imperatori, vt ciuis & illi subditus subiicitur. Est enim par in ciuilibus negotiis Imperatoris in Pontificem autoritas, & ratio. Nam tam sunt danda Cæsari, quæ sunt Cæsaris ex Christi præcepto, quàm quæ sunt Dei, & Pastori, Deo, & Pastori, Math. 22. v. 21. In summa, quicquid sit, agnoscit Bellarminus R. Pontificem Gregoriū paruisse Mauritio Imperatori, & eius iussa & mandata, quæ ciuis erat Romanus, executum fuisse. Nā quod negat Romanos Pontifices vnquā fuisse ab Imperatoribus iudicatos, infinitis Constantianopolitanorū, & Germanicorū Imperatorū exēplis refellitur, velut Martini, Agapeti, Sylucrij, Vigiliij & Leonis, Symmachi, Theodori Clementis, & aliorū Pontificum Romanorū, & ipsemet Bellarminus, inf. cap. 29. col. 632. L. B. C. plures ab Imperatoribus etiam fuisse depositos fatetur.

Ad Cap. XXI

Pertinax est Bellarminus in sui Iouis Capitolini numine tuendo, si potest: sed meminere egregiæ illius Solomonis Sapientis sententiæ, Ecclef. 6. v. 10. *Nemo vincit se fort. orem.* Ergo neque Christum, qui est Rex Regum, & Deus Omnipotens, vincet Bellarminus, Apocal. 19. v. 6. 16. Verū ex his ipsis, quæ ex suis Sententiariis profert, argumentis intelligit hæreticus iste, nō solū à Nilo; Luthero, Caluino, Illyrico, & nostra ætate subuersam, & oppugnatam esse istam R. sui Pontificis in Ecclesiam tyrannidem: sed quavis ætate, & multis ante Lutherum & Calvinum seculis. Voluit enim Deus, isti blasphemix in se semper à pijs viris contradici. Primū igitur Veterū argumentū est, Christus ipse Regibus subditus fuit, Iohan. 29. ergo &

Petrus, Matt. 17. v. 17. & omnes Episcopi, Rom. 13. sunt Magistratibus subditi. Bellarminus ad hoc Respondet, Christum, qui verus Dei filius est, Cæsari fuisse subditum, quia voluit. Respondeo ego, Hoc quidē de Christo verū est: sed de Petro, qui verus Dei, & æternus Filius non fuit, quid respondebit? Nec enim eadē Petri, quæ Christi ratio est, aut fuit. Deinde fatetur Petrus se, vt Deum timere, sic regē, & Magistratū etiā quēlibet honorare, debere, 1. Petr. 2. v. 17. Quare Bellarmini responsio neque Petrū, neque Pontifices Romanos eximit à potestate Cæsaris, & aliorum Magistratum. Nā Responsio Innocentij tertij, hominis ambitiosissimi in cap. *Solita*. Ext. de Maioritate & obediētia, *In præcepto nō cōtineri personam loquentis*, est prorsus inepta, quoniā hoc Petri præceptum, vt Reges honorentur, non est Petri, vt auctoris, sed est Dei ipsius. Petrus enim illud dūtaxat, vt præco & Minister recitat: non vt primus autor & ipse Legislator sancit. Tenētur autem præcones obsequi & ipsi legibus, quas Principis sui iussu promulgant. Deinde Paulus. Roman. 13. ver. 1. disertè addit, omnes, quicunque sint, Magistratum honorare debere, *omnis anima subiecta sit*, ait, *Potestatibus*. vbi annotat Chrysost. etiā Apostolos cōprehendi. Denique nō oporteret Petrum, & Apostolos timere Deū & sanctè viuere, quoniā hæc aliis præcipiūt. Quare valet & vrget Veterū argumentū, & Romani Pōtificis ex Dei verbo Magistratibus subiiciuntur, vt ex eo loco apparet.

Quod ad Iohan. locū 19. v. 10. verba Christi sunt manifesta. Itaq; in eludēdo isto loco perplexus est

Bellarminus varians in solutionibus contrariis, quas tamen in eiusdem loci interpretatione probat, tam est incōstans & incertus. Deinde veterem suorum errorem renouat, de sola Dei permissione in Actionibus hominū, qui impius est. Ergo Christus sancit in omnes auctoritatem Magistratus: quod negat iste hæreticus.

Secundum Veterum argumentum est ex Act. 25. vers. 10. vbi ait Paulus Apostolus *ante tribunal Cæsaris sto, vbi me iudicari oportet*. Ergo & Petrus & reliqui Apostoli sunt, fueruntve Cæsari & Magistratibus subiecti Act. 16. vers. 37. Respondet Bellarminus, Quādiu fuerunt Principes Ethnici de Christianis, vti de reliquis suis subiectis, iudicarunt: Postquam facti sunt Christiani Christianorum iudices esse desierunt. Respondeo Bellarmino. Primum falsam esse hanc rationem. Pugnāt enim cum verbis Pauli manifestè 1. Timoth. 6. vers. 2. qui præcipit seruis, vt non minus sint subditi suis Dominis Christianis, quā si iidem Domini infideles & Ethnici essent. Præterea Christianitas ius suum adimeret Magistratibus, & ita Principem aliquem Christianum fieri, esset actus iniustitiæ, per quam ille ius suum perderet. Denique hoc pacto vtilius esset Principibus nunquam fieri Christianos, vt etiam, in omnes suos subditos ius suum retinerent, & haberent. Id quod est vel cogitatu sceleratissimum. Hæc tamen est Bellarmini sententia: sed est hæreticus.

Tertium argumentum Veterum est ex loco Pauli Roman. cap. 13. *Omnia anima sunt subdita potestatibus sublimioribus*. Respondet Bellarminus iu- bere

bere Paulum & Petrum, vt quisque Christianus pareat ei, cui subiectus est iure: non autem velle, vt vnusquisque pius & Episcopus sit subditus Magistratui politico. Respondeo ego Chrysostomū Episcopū & piū refellere interpretationē istius hominis, qui & Apostolos omnes, & Monachos & quosuis Christianos ex eo Pauli præcepto Magistratibus subiici probat, & arguit. Alioquin erunt Christiani Episcopi, suntq; vt isti Pōtiffices Romæ ex eorū hominū sceleratorū genere, qui Dominationes despiciūt, & quos Petrus in posteriore epistola c. 2. v. 10. & Iudas in Epistola v. 8 plane & perspicuè damnant, & ex Ecclesia eiiciendos docent, & monent.

Quartū veterum argumentum est. Ex 1. Reg. 23. Solomo Rex deposuit summum sacerdotē Abiatharem iure suo: ergo summi Pontiffices Regibus & Magistratibus subiiciuntur. Respondet Bellarminus dubiè, suo more, & perplexo, quod vates Ethialis, & Romani similitudinē. Deinde eā admittit: demū ad quasdā circūstantias de Vitulo & Hirco, qui sacrificabatur, cōfugit, i. p̄ter casā fugit. In quā responsionum varietate sic sese implicat, vt tandē in teterrimam quoq; hæresim incidat, hāc nempe, Veteris Testamēti promissiones fuisse tātū tēporales: qui fuit error impuriss. Serueti, & qui manifestissime cōfutatur in Epistola ad Heb. c. 11. Eas. n. illis & ciuitatem cœlestem, & bona æterna obtulisse Spiritus Dei testatur. Tandem negat Solomōnem: vt regem deposuisse Abiatharem, in quo pugnat aperte cum ipsis S. scripturæ verbis cap. 2. ver.

26. sed vt prophetam, quia tunc Dei verbum fuit impletum, quasi verò soli Prophetæ Dei voluntatem impleant, non etiam & Reges, & priuati pl. 143. versi. 10. Imo hanc ipsam Dei voluntatem, de qua agit textus, impleuit Salomo nihil tunc de ea cogitans, vt ex historia apparet.

Quintū Veterum argumentū est, Imperatores Christiani sæpe Rom. Episc. iudicarunt, ac deposuerunt. Hoc verum esse concedit Bellarminus, ac proinde fatetur eos Imperatoribus subiici. Quod enim dubitat, vtrū iure fecerint Imperatores, idcirco facit, vt suo Deo Romano assentetur miser.

Sextum Veterum argumentum, Ipsi Romani Pontifices hoc fatentur & concedunt iuis decretis & scriptis can. *Adrianus* Dist. 63. can. In synodo Dist. 63. can. *Nos si incompetenter* 2. quæst. 7. Bellarminus respondet more suo, Negat hæc scripta vera esse & ita suum Gratianum arguit falsi. Deinde ait illic non de coactiuo, vt ipse loquitur, sed de discretiuo tantū iudicio agi, quod Romani Pontifices de se imperatoribus concedebant, quantum ipsimet Pontifices volebant. At verò ex ipsis illis Pontificum rescriptis, imprimisque ex can. *Adrianus*, & cæt. canone. In synodo. cano. *Nos si incompetenter* 2. quæst. 7. apparet manifestè Imperatores ius penes se habere confirmandi vel reiiciendi Romanos, quicumque vnquam creantur, aut creantur, Pontifices, pro suo arbitratu. Item de eorum vita inquirendi, ac iudicandi, & tuendique de illis ius habent.

Septimū veterū argumentū, R. Pontificē occidere licet cuius homini etiam priuato, quem Pontifex

tifex inuasit: ergo multo magis Magistratus Romanū Pontificē coercere potest malē agētē. Refpōdet Bel. nullā requiri autoritatē, vt quis se à latrone se inuadēte defendat, & vim illatā repellat. Fallitur iuris ignorantia, lex ipsa & Magistratus eam sui tuendi aduersus latronem, aut inuasorem potestatem priuatis hominibus cōcessit, ita dictā: te ipsa rerū natura, quemadmodum in ea pro Milone testatur M. Tullius Cic. & est manifesta lex in Codice Iustiniani Tit. *Unde vi.* Alioquin, & si sine permissu legis ac Magistratus id facerent homines priuati, pro homicidis haberentur, meritorie punirentur. Ergo si qui à Magistratu potestatem habet, potest R. Pontificē interficere contra leges se inuadentem & agentem alioqui priuatus: multo magis ipse Magistratus id iure potest, id est, potest Romanum Pontificē male agentem iudicare & punire, ac proinde Magistratus in R. Pontificem ius habet per Regulam, per quod vnū quodque tale, & illud magis.

Octauum Veterum argumentum, Confessionarius Papæ in Papam ius habet in negotiis conscientia: ergo & Imperator in negotiis Politicis. Bellarminus respondet. Habet eam potestatem Confessionarius, quia est Dei instrumentum. At respondeo Bellarmino, Et Magistratus ipse, teste Paulo, Dei Minister est Roman. 13. v. 4. Tit. 2. Ergo habet potestatem in Romanum Pontificem.

Nonum argumentum veterum, Par est ratio, relatiōque, vt quemadmopau Pontifex potest suæ sponsæ dare libellum repudij, eique

renūtiare: sic Ecclesia Pontificē Roman. reiicere
 Respondet Bell. non sequi, quia Papa sit supra totā
 Ecclesiam, quod & impium est, quia tota ecclesia
 potius Christum representat, quā vnus Pontifex
 Romanus: & ineptum, vt in corpore plus possit v-
 nica pars, quā totū corpus. Nam quod ait sub le-
 ge non licuisse Sponsæ libellum repudij suo Spō-
 so mittere, verum est, quia quum istud esset odio-
 sum, mittere repudiū, odiosa illa permissio restrin-
 gi debuit: lex enim tātūm id Viris permittebat, nō
 etiam fœminis. Deinde in eo est dissimilitudo in-
 ter sponsam illam sub lege veteri carnalē, & spon-
 sam Christi spirituales. Ecclesia enim, sed tantūm
 ex iusta causa suum Pastorem dimittere potest: vti
 & Pastor suam Ecclesiam. Est enim vtrinque ius
 par & æquale. Id quod verum esse docet omnis æ-
 tatis praxis & vsus. Vnde Titulus inter ipsos Pon-
 tificos *extra, de Renuntiatione* consentit, concor-
 datque nostra sententia etiam cum ipsis Pontifi-
 cum Romanorum rescriptis, can. *Sicut. 8. Ecce. &*
can. Qualiter 7. quæst. 1. quæ id concedunt.

Ad Cap. xxxi

Quam astutus & Nugator sit Bellarminus iste
 vel ex hoc vno capite certè apparet. Quæstio
 est, Vtrum Pontifex Romanus à quoquam deponi
 possit, ac proinde, Vtrum quisquam in eum pote-
 statem ac iurisdictionem habeat. sique ipse vlli in
 his terris subiectus, quādiu est Pontifex, & Epi-
 copus Romanus Propositum est Bellarmino, vt
 ipsam animam suā perdere potius, quā vt fate-
 tur R. Pontificem cuiquam, vel etiam vniuersæ ec-
 clesiae, subdi, & fasces suos summittere debere. Ad
 tera

tera ex parte omniū suorū contrario cōsensu pre-
 mitur, & extāt non modo Canonistarum, & Sen-
 tentiariorum (è quibus vnus est iste) autoritates;
 sed etiam can. *Si Papa* Dist. 40. & can. *sunt quidā*,
 25. quæst. 1. vbi disertè affirmatur Romanum Pon-
 tificem propter hæresin ab Ecclesia deponi posse:
 ac proinde eo saltē casu, Ecclesiæ subiicitur Ro-
 manus Pontifex. Quid igitur hīc agat miser Bell-
 paratē. Hinc metus à suo sodalicio, ne flagris lanie-
 tur, si R. Pontificem cuiquam vlla ex caussa subii-
 ci concesserit. Inde pugna à reliquis scholasticis,
 si illud negauerit. Ergo coarctatur vtrinque. Mo-
 uet omnem lapidem, plures sententias recenset,
 si qua subleuari possit, refutat, pugnat declinat,
 fugit, negat quædam, alia fatetur, vertit se in om-
 nes formas, & æstuat, Ne quo pacto in aliorum
 Hæsitatarum sæuissimorum suorū sodalium cru-
 deles manus flagellandus incidat, si ab Articulo
 voti sui de sublimatione Papæ supra omnes, etiam
 supra ipsam Ecclesiam discesserit. Ergo quid faciat
 miser? Astutus rimam, velut forex, & foramen
 commētus est, ac repperit, quo claberetur, & ter-
 rorem à sua secta & pugnam à sua schola effugeret.
 Nempe hæc ipsius rima est, & astutia, Propter hæ-
 resin quidem deponi posse ab Ecclesia cum, qui
 ante hæresin erat R. Pontifex: sed tamen propter
 ea non deponi R. Pontificem ab Ecclesia, quoniā
 iste Pontifex, esse Pontifex ipso iure desierit sta-
 tim, & in temporis articulo & instanti, quo hære-
 ticus fuit, & hæresin suscepit. Nam quemadmodū

post quinque vocū, *Hoc enim est corpus meū*, pronuntiationem, substantia Panis è Pane statim euolat, & Panis cessat esse Panis: sic R. Pōtifex, postquam agnitus ac manifestatus est esse hæreticus, definit esse ipso iure, & absque vllō præeunte Ecclesiæ iudicio Pontifex Romanus. Nam ista Pontificia dignitas statim ab eius persona fugit: adeo vt cutis quidem color, barba, statura, & alia accidentia, vt in Pane transubstantiato, sic in isto Pontifice remaneant externè: imo etiā sæpe ipsamet Pontificiæ insulæ & Pompæ: Ipsa verò dignitatis Pontificiæ essentia & substantia, & ipsæ conditionales illius essentielles à momento formatae in cerebro Pontificio hæreseos abscedūt, euolant, diffugiunt, & colliquefcunt: Ergo ista dignitas in Pōtifice hæretificato transubstantiatur in nihilum puncto temporis absque alia vlla cuiusquam sententia, ne Pontificia dignitas vlli subiciatur. Quare quum talem hominem deponit Ecclesia non Pontificem deponit, nec de eo iudicat: sed tantum personam, quæ antea fuerat Pontifex, & iam non est, à se sua sententiâ, Ecclesia separat, & reiicit. Quid obsecro, ista dictinctione subtilius, & quis iste homine versutior esse, vel etiâ animo fingi potest? Quanquam autem, vt ad hanc tandem sententiam, & dictinctionem descenderet multa nugatur, & Albertum Pighium hæreticum, Iohannem de Turrecremata Monachum abiectissimum & Sententiarium, Caietanum seu Thomam de Vico, & alios Papæ sectarios, confutare quidem est conatus (qui putorem istius Bellarmini dictinctionis iam suo seculo natum extinguere voluerunt)

luerunt) tamen tam est in toto hoc capite xxx. perplexus iste vti fraudulente rationis semper est obliqua oratio) vt ne seipsum quidem intelligat. Disputat de fide, & caractere, quem alij in Christianis, & presertim in ordinib. Ecclesiasticis ponunt. De conditionibus simpliciter necessariis ad esse Papam, vel ad bene esse Papam: de Manifesto: & occulto: de Nouo & antiquo circa hæreses & hæreticos iure: de sententia & excommunicatione prægressa vel non pronuntiata. Verum, tam est acutus, rimam, & rationem ad hos laqueos omnes perripendos, tamè cominiscitur, Nã metiri fortiter, & strenuè, quò modestè & Christianè ipsimet veritati cedere mauult, ne spem sacerdotij obtinendi speratam amittat.

Verum mihi perfacile fuerit, si velim, quas aduersus Caietanum rationes affert, refellere omnes: sed malo istos inter se digladiari, quàm falsam istorum omnium ullam sententiam tueri. Nam & errat hinc quoque Caietanus, qui & Papam negat ab Ecclesia iudicari, damnarique posse, quum Synodus Constantiensis Clementem, Eugenium, Iohannem Cossam remouerit à Pontificatu: & Characterem Papæ indelebilem tribuit. Sed ad Bellarm. hæreticum orthodoxæ Ecclesiæ antagonistam redeamus. Habebit enim suos fautores & defensores, & quidem breui, Caietanus etiam ex Scholasticis.

Vult iste Pontificem Romanum aut alium quouis Episcopum, si sit hæreticus, & hæresin suam manifestè tueatur, ipso iure, & facto absque vlla Concilij vllius publici, vel Ecclesiastici cognitione, vel sententia de eo lata decidisse, ratione

hominum, de suo gradu, & Pōtificem vel Episcopum esse desiisse. Hæc omnino falsa est sententia. Primum, quia alicuius damnationem semper præcedere debet causæ cognitio. Nā & Dominus ipse ait Genes. 18. vers. 21. *Descendam & videbo.* Deinde Paulus 1. Corinth. 5. vers. 4. 2. Thessal. 3. vers. 14. iubet refractarios, & in ecclesia rebelles notari, denuntiari, & à fratribus in Christi nomine collectis damnari. Tertio, in Concilio generali sub Innocentio tertio sic constitutum est, sicut apparet in cap. *Sacro approbante concilio.* Ext. *De sententia excommunicationis*, ut nemo nisi & monitione præmissa, & præeunte causæ cognitione excommunicetur, aut pro excommunicato habeatur. De his enim quæ non sunt, & quæ legitimè non apparent, idem est iudicium, ea non esse, nimirum. Quarto & æquitas ipsa naturalis id postulat, & usus ita rem semper obtinuisse docet. Ergo & Pontifex Romanus, & Episcopus ille manet Episcopus, qui nondum damnatus est legitima sententia. Nec obstant can. *Achatius primus*, & can. *Maiores 24. quæst. 1. vbi*, qui incidunt in hæresin iā damnatā ipso facto damnati dicuntur, nec egerè noua sententia. Respondeo. Hoc quidem verum esse ratione hæresis ipsius iam damnatæ. Nec enim noua opus habet sententia, qua hæresis ista declaretur & dānetur ut hæresis. Sed ratione personæ, quæ in eam hæresin incidisse dicitur, & causæ cognitione, & sententia omnino opus est, ut illa persona hæresis illius iam damnatæ reus & conuictus dicatur, & censeatur: & in damna hæreticis à lege pronuntiata incurrat. Ex quo fit, ut Romanus Pon-

mus Pontifex maneat Pontifex, & in illa sua dignitate, usque quò de eo & cognitum & iudicatum sit ab ecclesia. Quod quum ecclesia, vel Magistratus, vel Imperator facit, proculdubio ecclesiæ & Imperatori subiicitur R. Pontifex, quicquid tergiursetur Bellarminus.

Verùm contrà obiicit duo. Primum ex epistola ad Titum capite tertio vers. 10. Hæreticus post unam aut alteram admonitionem est euitandus: Ergo ipso factò absque vlla alia sententiæ pronuntiatione in eum sua dignitate, loco, & gradu (quem habet in ecclesia) excidit hæreticus. Respondeo, Primum verbum *παρρησι* significat non euita tu priuatim, sed *Rei*ce prolata nimirum publicè in eum legitimè sententiâ, vt fecit Paulus in Hymæneum 1. Timot. 1. vers. 20. & in incestuosum 1. Corinth. 5. vers. 4. Sic 2. Timoth. 2. vers. 23. idem verbum sumitur. Deinde euitandus est quidem is, qui apparet manifestè hæreticus, Ratione priuatæ & familiaris conuersationis cum eo nostræ: non tamen publica, quam habet autoritate ante legitimi ipsius iudicis sententiâ, priuandus & à nobis priuatis spoliandus est. Nam in ea manet in qua publicè constitutus est, donec ab eadem publicè deiciatur. Nihil enim tam naturale est, quàm aliquid contrariò modo dissolui, quàm contractum est, aiunt Iurisconsulti.

Secundum Bellarmini argumentum est ex eadem ad Titū epistola capite tertio versu vndecimo. Hæreticus suo iudicio damnatus est: ergo alterius. i. Iudicis legitima sententiâ non eget, vt à reliquis damnatus & hæreticus esse intelligatur.

Responsio. Nego consecutionem. Omnes enim malefici à propria conscientia damnantur, Rom. 2. ver. 15. ergo malefici à Iudice non sunt damnandi. Falsum hoc esse omnes intelligunt. Sed damnatur à propria conscientia, ratione nostrâ: damnatur à Iudice quoque ratione aliorum, quibus innotescere debemus.

Tertium Bell. argumentum omitto, quod sumit ab autoritate Patrum, quia quum Patres nobiscum omnes sentiant, damnari prius hæreticos oportere, iste eorundem sententiâ detorquet, & euertit.

Ad Cap. xxxi.

HOc capite se stultitia sua superauit Bellarminus, qui Romani Pontificis Primatum probet ex communibus illi cum cæteris Episcopis nominibus, quale est nomen *Papa*, teste Cypriano, Ambrosio, Augustino, Hieronymo: *Pastor ouilis Domini: Pater, Doctõr, Rector domus Dei*, 1. Timoth. 3. ver. 15. Ephes. 4. ver. 11. *Custos vineæ Dei, & Episcopus*, 1. Timot. 3. ver. 1. Tit. 1. partim ex assentatorie tributis illi quibusdam Titulis falsis, & futilibus, quales hi, *Summus Sacerdos, Princeps Sacerdotum, Sponsus Ecclesiæ, Caput, Fundamentum*, quæ appellationes à mera parasitatione profectæ sunt, & manifestam in Christum ipsum unicum Ecclesiæ veræ Sponsum, caput, fundamentum, Principem Sacerdotum seu Pastorum omnium, blasphemiam continent, 1. Corinth. cap. 3. versic. 1. Ephes. cap. 1. versic. 23. 1. Petr. 5. ver. 4. Iohan. 3. ver. 29. Denique nomen *Vicarius Christi*, omnibus veris Ecclesiæ Pastoribus conuenit, 2. Cor. 5. ver. 20. & *Pater Patrum*, omnibus Metropolitanis &

nis & Patriarchis competit. *Summus autem Sacerdos & Episcopus Vniuersalis*, teste vel Gregorio Magno, & ipso Pontifice R. congruit soli præcur-
 fori veri Antichristi. Gregorius lib. 4. Epist. 32. can. *Prima*. Dist. 99. & Concilio 4. Africano. Ergo Bellarmine Ad populum phaleras, nos intus, & in cute te, & tuum Antichristum Romanum nominimus Parepiscopum esse, Meretricem illam Apocalypseos, Pseudopropheta Satanae Primarium, filium perditionis, Antichristum, & si plura vis, latronem orbis, Ecclesiae totius perturbatorem, filium iniquitatis, & quid non? Sed quam ineptus est iste, qui in Abstracto nomine *Apostolatus* philosophatur, quum pro concreta voce, nempe Apostolicæ sedis Episcopo, positum illud esse, vel pueris ipsis appareat.

Deniq; quod afflictis Græciæ Ecclesiis à Turcarum Imperatore iste quoque homo impius insultat, & ingerit adhuc maledicta & conuitia, meminert Solomonis sententiæ, Prouer. 24. v. 16. *Iustus septies cadit, & resurget: verū Impius, qualis R. Pont. in malū perpetuū incidet*. Maledictus est Dei ipsius ore sacratissimo, Bellarmine, qui afflictio afflictionē addit, Ps. 69. v. 27. *Quanquā & tu ipse, & tuus iste Iupiter Capitolinus R. Pōtifex sibi ab eodem Turcarum Rege caueat. Nā tua res agitur, paries quū proximus ardet*. Vicinus est tuæ Romæ Turca, illi insidiatur, illi inhiat, bolū hūc vix sinet sibi è faucibus eripi: & lōgè munitiores, & copiosiores quàm sit tua Roma, Vrbes iā plures ille cepit. Denique Apocal. 18. 21. *quid de tua illa Roma Rom. Pontificis fouea Spiritus Dei prædixerit,*

audi, *Tunc, ait, sustulit quidam Angelus fortis lapidem instar mola magna, & proiecit in mare dicens, Ita cum impetu proicietur Babylon vrbs illa magna.* (Nam & tu ex I. Petri 5. v. 13. vis Romam tuam esse illam Babylonē) *nec amplius inuenietur.* Ergo hoc tibi accipe dictum, & afflictos fratres, quales sunt procul dubio Ecclesiae Græcæ, miser consolare, non autem, vt facis, conuitiis eas onera, & irride, Sed hæc hæctenus.

Censura, & Examen Libri Secundi.

QVæ tria vitia in scriptore præsertim Theologo maximè flagitiosa sunt, ac vituperanda; ea Bellarminus habet omnia, nempe Mendacium, Inconstantiam iudicij, & Præuaricationem in defensione.

Ac Mendacia quidem, quauis sint in hoc libro Bellarmini secundo penè innumerabilia, tamen imprimis hæc duo quilibet obseruare potest. Primum (quod etiam impudentissimū est) illud, quod est in capite XII. Nam sic habet *ἔπι τῶν παπῶν*, & inscriptio huius capitis, *Romanum Pontificem Petro succedere in Ecclesiastica Monarchia probatur ex iure diuino:* tamen hic idem eodem capite, col. 573. L. D. §. *Et si autem, disertè scribit, Romanum Pontificem succedere Petro, non habetur expresse in Sacris scripturis.* Quis magis & verius suum ipsius effatum mendacij arguerit, quàm qui sic scripserit, quemadmodum Bellarminus?

Alterum est cap. 17. col. 598. L. B. & C. vbi explicat causam, propter quam Phocas Imperator Romanum Episcopum prætulit Constantino-politæ-

politano, illique Vrbi, in qua ipsemet Phocas cō-
morabatur. Ait iste, vt Episcopi Constantinopo-
litani superbiam contunderet, & comprimeret.
Atqui Romani Pontificis (qui acrius hunc Epi-
scopi Vniuersalis titulum expetebat) arrogantia
potius fuit reprimenda, quam tamen & fouit, &
auxit Phocas, dum ambitiosiori Romano Ponti-
fici, iniquum illud suum postulatum de Primatu
in omnes Ecclesias cōcedit, sancit, largitur. Quid
igitur? Vera ratio istius concessionis à Phoca Ro-
mano Episcopo factæ, fuit, vt odium Romani Po-
puli in se propter cædem Mauritij Imperatoris o-
ptimi conflatum placaret. Nec dum enim accla-
matum Phocæ, vt Imperatori à Populo Romano
fuerat. Itaque Phocas suum illud parricidium in
Principem suum Mauritium perpetratum sacri-
lega illa Primatus in omnes Ecclesias concessio-
ne Romano Pontifici, Romæque vrbi facta, rede-
mit impiissimè: quemadmodum omnes autores &
Græci, & Latini, & Itali, & Germani inter se con-
sentientes, testantur. Et hæc quidem sunt mani-
festa Bellarmini mendacia. Nam & ipse in Illy-
ricum scribens, appellat falsa dicta, mendacia.

Leuitas, animi & inconstantia scriptorum Bel-
larmini in hoc quoque libro summa apparet:
Quòd iis autoribus fidem ipse detrahit, quorum
tamen scriptis vbique suam sententiam confir-
mare conatur. Clementem Romanum sæpe citat,
vt probet Petrum imminente morte ipsi, Roma-
noque Episcopo futuro reliquisse Primatum in
Ecclesiis, capite quarto, col. 559. L. D.

At tamen eius libros reiiciendos esse docet,

cap. 2. col. 553. L. C.

Dorotheum in Synopsi velut testem fidelem suę sententię laudat, cap. 4. col. 559. L. A. eandem tamen Dorothei Synopsin plenam esse fabulosis narrationibus testatur capite secundo, columna 553. L. C.

Lyranum vbique allegat pro sua sententia, hęc eundem tamen, vt scriptorem nihili, vituperat c. 10. col. 570. L. C.

Eusebij Cæsariensis testimonio vbique vtitur iste: tamen eum in multis fuisse deceptum tradit cap. 6. col. 564. L. C.

Pontificalem Librum Damasi Papę (cuius auctoritatem & alij vbique, & ipsemet Bellarminus commendat, & eius testimonio vtitur) capite sexto, col. 563. L. B. & col. 564. L. D. §. *Quod autem* probat: at eundem Pontificalem Damasi Librum dubię auctoritatis esse, ait, & affirmat, col. 563. L. A. §. *Iam verò.*

Marianum Scotum Pontificum Romanorum historicum & scribam, velut testem fidelissimum producit capite vicesimo septimo, col. 567. L. A. & libro primo, Translatione Romani Imperij, capite quarto, col. 172 L. B. & D. eundem tamen reprobatur vt falsum scriptorem huius libri, cap. 5. col. 561. L. D. in fi.

Fasciculum temporum eodem loco habet, cuius tamen auctoritate sæpe vtitur. Eodem modo de reliquis. Ecquę igitur Bellarmini doctrinę certitudo & fides esse potest, quę his præcipuè autoribus, velut fundamentis, nititur: & ecquę hominis istius, obsecro, leuitas est, & inconstan-

ria: Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.

Præuaricatio denique eiusdem Bellarmini apparet scæda & scælesta. Nam Romanos Pontifices Deos suos, quos defendere suscepit, manifestè prodit: eorum dignitatem & Primatum, quem stabilire videtur velle, prorsus deiicit, & euertit: nec id quidem vel in vno hoc libro semel, sed sæpius, vt omnes intelligant, hoc ipsum verè & ex animo à Bellarmino summo Romanorum Pontificum patrono affirmari. Et primùm quidem Romanum Pontificem non ex iure diuino successisse, aut succedere Petro in totius Ecclesiæ præfecturam: sed ex sola Petri voluntate, qui sedem, & Urbem Romam suo arbitratu aliis prætulit, docet, scribit, affirmat, contendit multis in locis huius libri Bellarminus.

In capite duodecimo ter ad minus, columna quingentesima septuagesima tertia, L.B.L.C.L. D.S. *At verò. & S. Obseruandum.* primo & secundo. *Quòd Episcopus Romanus, ait, quia Episcopus Romanus est, sit Petri successor, ex facto Petri ortum habuit, non ex prima Christi institutione. & postea, obseruandum est, quòd non sit de iure diuino Romanum Pontificem, quia Romanus Pontifex est, Petro succedere in præfecturam totius Ecclesiæ.*

Hoc ipsum ne ter satis esset dictum, repetit capite decimoseptimo, columna 594. L. B. & colum. 596. L. D. Cardinales & Clerici Romani, qui Gregorium septimum nomine, Hildebrandum Romanum Pontificem creant, sic loquuntur, teste etiam Bellarmino ex Platina, *Hunc volumus cum ea potestate Ecclesiæ Dei præesse: qua*

*Petrus quondam Dei mandato præfuit. Ex quo facile colligitur Romanum Pontificem Primatum ecclesiæ sibi non ex Christi, sed Clericorum Romanorum decreto, tribuere & vsurpare, Bellarmino sic sentiente & prædente. Secundum contendit & probat Bellarminus Primatum Romani Pontificis non fuisse ab initio in ecclesia, & quum Petrus viueret: sed postea Conciliorum, id est, hominum duntaxat, qui post Apostolos annis cccc. vixerunt, decretis & statutis constitutum. Nam etsi hoc planè gloriam & auctoritatem R. sedis evertit (quam iste in cœlum vsque vult elatam, & supra vniuersam ecclesiam) tamen hoc quod dixi ab isto confirmatur manifesta auctoritate Anacleti Pontificis Romani epist. 2. ab hoc citata & laudata, *Ceteri Apostoli cum eo, ait, (Petro) pari consortio honorem, & potestatem acceperunt.* Bellarminus cap. xviii. col. 594. L. A. §. *Prima:* idem auctoritate Concilij Chalcedonensis can. 28. *Nouella Authentica Constitut. Iustiniani 131. confirmat, secundum Synoderum decreta Veteris Romæ Episcopus est primus sacerdos eò, quòd illa ciuitas primum orbis imperio potita fuit.* Sic colum. 594. §. *Alter.* & L. D. §. *Hanc eandem.* Iohannes de Turrecremata. Lib. 2. cap. 39. *Summæ de Ecclesia* ab hoc ipso citatus quoque.*

Tertium præuaricatur. Nam si Pontifex Romanus est Vniuersalis Episcopus, qualem se prædicat, certe cæteri Episcopi sunt illius delegati, & tãquam Vicarij. At iste hominem eum profanum, sacrilegum, Antichristum, & impium appellat, qui talem sibi dignitatem arrogat. col. 642. L. A. §. *Respondet.*

spondeo. cap. 31. & merito. Sic enim Gregorius Magnus, & ipse Pontifex Romanus lib. 4. epist. 34. & ad Eulogium epist. 32. scribit disertè.

Quartum prævaricatur, sed libro seq. cap. 19: & 20. col. 704. L. C. & col. 705. L. B. dum ait, re-
petitque R. Pontificem nec noua sacramenta posse instituere, nec media salutis, neque ex plenitudine potestatis quemuis pro arbitratu ligare, aut soluere posse. Ergo qua fide in hac Romani Pontificis causa tuenda, & peroranda versetur, utque tam prodat Bellarminus, apparet, ut sibi à Romano Episcopo, quam sperat mercedem merito denegari posse cognoscat, quum sit tam perfidus. Nos verò in vera, Christi quæ doctrina constanter perseverantes, ista ex patribus testimonia proferimus, ex quibus Primatus iste Romani Pontificis in omnes ecclesias prorsus subruitur, & deiicitur funditus. Irenæus Lugdunensis Episcopus grauitè Victorem primum Pontificem Romanum reprehendit, quod Orientales Episcopos sibi subditos arbitratus esset. Socrates lib. 5. Historiæ cap. 22.

Origenes Homil. 1. in Matth. *Non soli Petro dantur clauæ à Christo. Sed & singuli fideles,* ait, *sunt Petra, & Petrus.*

Cyprianus de Simplicitate Prælatorum, *Hoc errant utique alij Apostoli, quod Petrus: unus est Episcopatus, cuius in solidum participes sunt singuli Episcopi.*

Hilarius lib. 2. & 6. de Trinitate, *Supra confessionem Petri edificata est Ecclesia Dei.*

Chrysostomus opere Imperfecto in Matthæum, *Sacerdotibus,* ait, *& Pastoribus omnibus data sunt*

claves ecclesiae non soli Petro.

Ambrosius de incarnatione Christi cap. 5. *Non super carnem, id est personam Petri, sed super fidem Christi fundata est ecclesia.*

Hieronymus in Epistola ad Nepotianum, *Par est auctoritate Eugubinus Episcopus Episcopo Romano.*

Augustinus in Sermonibus, & Tractatu 124. in Iohannem, *Non a Petro Petra: sed Petrus a Petro, id est, Christo, dictus est Petrus. Non ego me super te inquit Christus: sed te super me fundato.*

Gregorius Magnus lib. 4. epist. 32. ad Eulogium *Antichristi praecursor est, qui se Vniuersalem Episcopum dici & agnosci vult.*

Bernardus denique totis quinque de consideratione libris in istam Romani Pontificis praesenturam in ecclesias acerrime declamat, & inuehitur.

In Decretis can. *Prima sedis* Dist. 99. Concilio item Africano quarto, R. Pontifex primae tantum sedis episcopus, nequaquam autem Vniuersalis esse, & dici iubetur. Durandus lib. 4. sentent. Dist. 13. *Quaest. 2.* Vnum Christum caput esse totius ecclesiae docet. Haec igitur tibi habeto, Bellarmine, testimonia, ex quibus veram de hoc, quod imperite, & blasphemè tractas, argumento doctrinamodum facis, parasitari, & ridiculè assentari. Et haec quidem hactenus,

Ad libri Tertij Cap. 1.

Quod nostri Romanum episcopum esse Antichristum ex Dei verbo demonstrantes, colligunt

ligunt ergo minime eum esse Christi vicarium, & ecclesie Dei caput, ex hoc fundamento verissimo pendet, Quod Antichristus nempe neque Christi Vicarius esse potest: neque ecclesie Dei caput. Quamobrem antecedente comprobato & confirmato necessario verum est consequens. Nam ista sunt *ἀντίχριστος* Antichristum Christi Vicarium esse, 1. Iohan. 2. vers. 18. 22. & 4. vers. 31. quum illi nempe Christo sit contrarius, non suffragator, quicumque est Antichristus. Id quod vocis quoque ipsius etymon declarat. Porro quod de grāmatica notatione vocis, *Αντίχριστος*, tā laboriosè, aut ambitiosè annotat iste, facile est: sed in re, vel nihili, magis iste operepretiū facit, ingenij ostētādi gratiā, & quoniā in simpulo turbas mouet, & in lente vnguentum quærit. *Αντίχριστος* igitur primū generaliter dicitur omnis *αντιχριστος* teste Paul. 2. Thess. 2. vers. 4. idque generaliter, id est, quicumque sese quocunque modo opponit Christo, Christi que doctrinæ. 1. Iohan. 2. vers. 18. 22. 4. vers. 3. 2. Ioh. vers. 7. At κατ' ἐξοχῶν vocatur *Αντίχριστος* ille, qui Christi locum in templo Dei ac dignitatem sibi tribuit, seque propterea supra, & aduersus id, quod dicitur Deus & numen, extollit, 2. Thess. 2: quod quum Romanus Pontifex apertè contendat, quique, (velut iste Bellarminus) illius Præfecturam in omnes ecclesias tuentur, illi tribuant, certe Romanus Pontifex est vere ille, qui κατ' ἐξοχῶν vocatur Antichristus. Non videt autē homo acutus Bellarminus Vvolfangū Musculum per deridiculū *Αντίχριστος* appellasse Christi Vicariū, vt facilius ex iis titulis, quos sibi Romanus iste

Pontifex assumit, demonstraret eum verum esse Antichristum, atque ita eum suo ipsius gladio iugularet.

Ad Cap. II.

QUOD aduersus Petiliani Donatista hæretici de ecclesia disputantis epistolam respondet Augustinus orthodoxus cap. 2. & 3. hoc tibi, Bellarmine hæretice, de Antichristo quærenti & audenti itidem respondebo, ego Evangelicus. Quis sit verus Antichristus, non in nostris, sed in Domini nostri Iesu Christi, qui Veritas est, & bene eum nouit, verbis quærare debemus. Ergo ne audiamus, hæc dico, hæc dicis: sed audiamus, hæc dicit Dominus. Sunt enim libri Dominici, quorum auctoritati vtrique consentimus: ibi quæramus Antichristum, ibi discutiamus causam nostram. Nō ergo, quid tui, quid nostri senserint, spectandum est: sed quid sacra cœlestisque doctrina de Antichristo tradat, perpendendum est.

Ac primum eum complecti statum, corpus, & regnum plurium: non autem vnicam duntaxat personam singularem quæ semel exitura sit, & breui tempore ostendit Sacra scriptura. Nam qui in illo hominum à veritate Euangelij seu Christi recedentium, & mendacio credentium, se tamen interim domus & Templi Dei nomine venditantium cœtu sunt, illique ex animo adhærent, omnes & singuli sunt Antichristi: sed inter eos ille imprimis & insigniter qui istius Apostatarū cœtus caput & principem se gerit, & prædicat. Sic Paulus illum Antichristum, de quo in posteriore ad Thessalonicenses epistola agit, desinit cap. 2. verbi:

vers. 2. vbi cum *Apostasiam* abstracto nomine, & plures complectente, non autem *Apostatam* concreto vocabulo nominat: vers. 4. vbi docet Dei Spiritus Antichristum istum in templo & domo Dei, quæ neque vnus hominis est, neque vnus tantum seculi: sed multarum ætatum (quas omnes vnus & singularis homo viuere non potest) esse regnaturum: vers. 12. vbi Paulus nomine multitudinis & collectiuo, *ut damnentur omnes*, vtitur, non autem vocabulo vnum duntaxat hominem, & ὁ ἑὶς ἀμείων significante. Confirmatur hæc sententia Apocalypf. 17. vers. 1. 18. vers. 3. 12. vers. 14. vbi & multorum etiam regum & regnorum fit mentio: & diurni temporis, quo in exilio futura erat ecclesia, & Antichristus in orbe regnaturus. Imo cap. 19. vers. 2. mille annos commemorat Scriptura, quos nemo homo vnus & singularis in his terris viuere potest, aut vnquam vixit: ac ne quidem primo illo primi mundi seculo. Confirmatur ab ipso Bellarmino cap. 15 col. 691. L. D. in verbo Dabunt ex Matth. 24. vers. 24.

Quid contrà disserat & afferat hæreticus iste, videamus. Primum profert locum ex Iohannis Evangelio cap. 5. vers. 43. *Ego, ait Christus, veni in nomine Patris, alius veniet in nomine suo*, Ergo Antichristus ille insignis & verus erit vnica hominis, vt ita dicā, quædam persona, quæ brevissimo tempore futura sit, nō corpus, aut cœtus Apostatarum aliquis, vt Christus fuit vnus. Respondeo, fallacia est, A non consequente. Nec enim Christus se cum vnico duntaxat aliquo homine comparat: sed cum omnibus, qui ecclesiā deceperūt, pseudo-

prophetis. Sic Paulus ad se, verum Apostolum, & ad pseudoprophetas sui seculi omnes, ipsum hoc Christi dictum accommodat 2. Corinth. II. vers. 20. 21. Sic in Actis ca. 4. vers. 36. Theudas in nomine suo venisse dicitur. Sic Christus ipse Iohan. 10. vers. 8. se omnibus falsis prophetis, non vni tantum alicui homini singulari opponit Christus, *Quotquot, ait, ante me venerunt* (in nomine suo) *fures sunt.* Sic Math. 24. vers. 23. 24. ille, qui venturus est in nomine suo, multos, non vnum solum pseudopphetam complectitur, interprete ipsomet Christo, & Actor. 4.

Secundo loco citat locum ex 2. Thess. 2. vers. 3. vbi Antichristus ille insignis & *Homo peccati, & filius perditionis* appellatur singulari numero. Ergo erit vnica tantum persona. Respondeo fallacia esse à figura dictionis. Nam singularis illic numerus pro plurali, vti Genes. 2. vers. 10. & Ps. 10. vers. 18. ponitur: & nomen *Homo & filius* collectivum est, vti vox *Turba*. Denique *Homo peccati, & perditionis* dicitur quicumque est sceleratissimis, & perditissimis moribus Ephes. 5. vers. 16. Sed qui in toto eo Apostatarum & hominum perditorum cœtu caput erit quocumque tempore (qualis est quilibet Romanus Pontifex) ille erit *ὁ ἄρχων* *Homo peccati.*

Tertium Bellarmini argumentum est, Addit Scriptura articulū Græcum, Antichristo illi & insigni, ergo erit vna tantum persona, non plures sibi in cœtu Apostatarum illorum succedentes. Respondeo Articulos a Græcis sæpe non ἀντιχριστος causa, sed ex communi loquendi more addi sole-

re, vti Iohan. 3. vers. 35. τῆ χειρὶ & 2. Thessal. I. vers. 6. ὁ ἰσχυρὸς 2. vers. 12. τῆ ἀδυναμίας. Quare quia articulus Græcus non nunquam ἐξ ὀχθῆς ἐνεκα, additur, colligere ergo semper addi, est fallacia A dicto secundū quid.

Quartum Bellarmini argumentum falsum omnino est. Nam Daniel agit & loquitur de toto regno: non de vnica duntaxat persona. Textus id docet: etsi illorum regnorum fundatores κατ' ἐξοχῶν illic, & quidem primum, describunt.

Quintum Bellarmini argumentum, prorsus ineptum est, & ex mera loci Apocalypseos cap. 17. vers. 13. & seqq. ignorantia profectum. Nos hunc locum in libro nostro de Antichristo cap. 28. copiose & vere exposuimus, ad quem breuitatis gratiā, lectores remittimus.

Testimonia Patrum, quæ citat iste, nullius sunt momenti. Sunt enim partim eorum leues coniecturæ tantū, partim nullo S. Scripturæ fundamento nituntur & ab ipsa experientia confutantur.

Verū nostrorum rationes quoque refellere conatur Bellarminus col. 549. ac primum Th. Beza, qui, quia mysterium iniquitatis ab Apostolorum temporibus vsque ad hæc nostra peragi cœpit (quo tanto tempore, tamque diuturno nemo vnus quispiam vixerit, aut vixit) colligit & verè Beza, Ergo de vnica tantum persona hoc iniquitatis mysterium, & Antichristi regnum intelligi non potest. Respondet Bellarminus per præcursores Antichristi cepisse peragi hoc mysterium, non per ipsum Antichristum. Atqui respondeo Bellarmino, omnes istos præcursores dictos fuisse, & quidē verè, veros Antichristos, & tales extitisse

1. Iohan. 2. sed temporibus Apostolorum nondum in Templo Dei sedebant, ac praesidebant illi. Id enim demum fieri coepit, quum Praefectura in omnes ecclesias à Romano Episcopo sacrilego fuit usurpata, & à Phoca Imperatore Constantinopolitano impie concessa postea, & confirmata. Quare mera impostura est, eaque impudens, fingere Paulum & Petrum fuisse Antichristos, quum neque illi Episcopi Romani fuerint: neque nata sit ista Romani Pontificis tyrannis, id est, iste manifestus Antichristus fuerit, in Dei Templo, nisi post sexcentos ferè à morte Apostolorum omnium annos.

Quod autem de Elia adhuc venturo assert Bellarminus ad sui erroris de vno solum Antichristo confirmationem: Primum merum est suorum somnium, deinde Christi verbis Matth. 17. vers. 12. aperte refutatur, illisque repugnat. Ait enim Christus, *Dico vobis Eliam iam venisse.*

Bellarmini responsio ad secundum nostrorum argumentum iam à nobis confutata est, & refellitur ab ipsomet Bellarmino, qui concedit per vnam Bestiam totum regnum significari, non solum vnum quendam hominem. Deinde falsissima est. Ex ea enim efficit paruum cornu, de quo agit Daniel cap. 8. vers. 9. esse ipsummet Antichristum insignè, fuit cornu illud Antiochus Epiphanes, qui vixit ante Christi incarnationem pene ducètis annis. Ergo Bellarminianus Antichristus & insignis ille, de quo loquitur Paulus 2. Thessal. 2. fuerit extiteritque ante aduentum Domini nostri Iesu Christi. Id quod est falsissimum.

Respon-

Responsio Bellarmini ad tertium & solidum illud D. Caluini argumentum, est nihili. Primum est omnino dubia, nutans, & incerta. Deinde inepta, pugnat enim secum, quum Caluino concedat suam de Apostasia interpretationem, & tamē eam veram esse nolit. Ergo ex superioribus efficitur Antichristum esse eum qui in Apostatarū à Christo cœtu (qui se (sed falso) Catholicos & Templū Dei vocant) longa temporum serie sedet, & præest, id autem quum Romanus Pontifex faciat, & sibi vindicet, apparet Romanum Episcopum, quinque est, esse verum illum, & insignem Antichristum, de quo in posteriore ad Thessalonicenses epistola loquitur D. Paulus.

Ad Cap. III.

Quæstio est inter nos, & Bellarminū hereticū, utrū iam appareat insignis ille Antichristus. Ille apparere negat, nos affirmamus, quia quæcumque de eius aduentu prædixit S. scriptura, ea iam sunt impleta, ut suo loco docebimus. Quod autem variæ de hoc Christi aduentu, & illius tempore fuerunt, Patrum sententiæ, ex eo accidit, quòd notas & signa aduentus Antichristi à S. scriptura prædicta omnia non obseruarunt: sed quædam prætermiserunt, alij ea ne attenderunt quidem. Transsylvanorum sententiā quanquam improbat Bellarminus, quam & nos quoque dānamus, eam tamen Bellarminus non refutat. Nam quas affert rationes, ex ipsum, non autem Transsylvanos premunt, quia Pontifex Romanus se Deū, & Numen in his terris vocat: & quū ad tēpus præualuit Antichristus ecclesię, Christi promissio Matt. 16. propterea

ptereà falsa non est vers. 18. & *porta inferi non prae-
ualebunt aduersus eam.* Nam id fore prædixerat,
& prædixit quoque Dei Spiritus, vt ad tempus
ecclesia Dei opprimatur ab Antichristo Apocal.
12. vers. 6. Id quod omnino proptereà fuit imple-
ndum: sed postea hunc ipsum Antichristum supera-
bit, vti nunc, summo Dei beneficio, superat eccle-
sia Apocal. 12. vers. 10. idque vi, & spiritu oris &
verbi diuini 2. Thessal. 2. vers. 8.

Illyrici opinio etsi in eo vera est, quòd Anti-
christum ante annum Dominum 400. conceptum
scribit: deinde Animatum, & formatum postea
tamen quæ de Antichristi regni duratione addit,
& definit idẽ Illyricus, ea nos nõdũ probare possu-
mus: quæ tamen ipsa perperã refellit Bellarminus.

Dauidis Cythræi, & D. Martini Lutheri senten-
tiam potius omittimus hoc loco, quàm impro-
bamus: nimium tamen vterque tempora ista præ-
cisè definit. Neutrum tamen verè confutat Bellar-
minus. Nam Leonis Iconomachi Imperatoris
Constantinopolitani excommunicatio à Grego-
rio secundo facta, ius gladij Romano Pontifici
nequaquam acquisiuit, quum Imperatori Caro-
lo Magno, Ludouico Pio, Otthoni primo nihi-
lominus maneret & subditus adhuc Romanus
Pontifex, vt ex historiis apparet. Verùm post quã
Henricum IV. Imperatorem Germanum magno
scelere Gregorius septimus, Victor 3. & Paschalis
2. (armato filio in Patrem) deposuerunt, tũc omnis
imperatoria dignitas collapsa est, & sibi prorsus
ius summum gladij, etiã temporalis, arripuit impie
R. Pontifex. D. Hærici Bullingeri *sententia nihil est
verius,*

verius, quæ verbo Dei scripto manifestè nititur. Numerus enim hominis, & Aduentus ipsius, & totius istius regni, isque perspicuus, manifestus, & apertus incidit in annū Dominū 763. Nempe annis 666. post scriptā Apocalypsin à Iohanne, vt est Apocalypsi. 13. vers. 18. Tunc enim Constantinus Pogonatus præter priuilegiū à Phoca Pontifici Romano donatum, iam dederat aliud quoque, Nimirum vt Romanus Pontifex esset *ἀντιχριστός* i. nulli mortali alij subiiceretur, sed sui iuris esset. Tunc etiā iam Pipinus Francorum Rex Romanæ sedi exarcatū Rauennatē, & viā Flaminīā dederat. Nā quòd iste putat Numerū hominis in Apocalypsi designare numerū quendā, quæ nomen seu litteræ nominis proprii, quo Antichristus vocabitur, significant, & complectantur, pueriliter fallitur, & hallucinatur. Verba enim hæc *Numerus hominis* idem volunt, quòd hæc, Numerus facillè numerabilis, sicut in nostro de Antichristo libello cap. 7. luculenter exposuimus.

Ad Cap. IIIII.

Iam sex totis sequentibus capitibus nihil Bellarmino ineptius, & nugacius, Nugas enim nugerrimas agit, & nusquā maiores, adeoque seipsum iā stultitia superat. Affert sex *ὑποφύλαξ* & subterfugia infirmissima, ne cogatur fateri Antichristū verum iam pridem existere cepisse, & nunc adhuc esse Romæ. Primū est, Oportet Euangeliū Christi prædicari, quàm detegatur insignis iste Antichristus, autem prædicatum est: ergo nōdum patefactus est verus Antichristus. Respondeo, falsa est assumptio Bellarmini. Euangeliū enim Domini nostri

Iesu Christi iam pridem per vniuersam terrā annuntiatū est, quia vox Apostolorū eorūmq̄ doctrina tum per ipsosmet Apostolos, tum eorū successores iam ante mille trecentos annos vniuerso terrarū orbi insonuit, innotuit, audita, explicata, & prædicata est. Nec enim prædicare per vniuersum orbem est per singulas orbis gentes, & nationes, & populos illud Euangelium circumferre, & doctrinam illam singulis illis annuntiare: sed est patefacere hanc doctrinam Euangelij omnibus & singulis populis, qui eam exoptent, & velint annuntiarī posse, debere, eamque salutarem iis esse, non solis Iudæis, vt ceremoniæ olim & veteres. Sic Paulus Roman. 10. vers. 18. Coloss. 1. vers. 6. 23. ait suo iam seculo Euangelium per totū mundum prædicari, & quidem prædicatum iam à se ab Vrbe Hierusalem ad Illyricum vsque Roman. 15. vers. 19. non quòd singulis interiacētibus populis illud nominatim prædicasset, sed quòd eā doctrinam indiscriminatim omnibus audire volentibus annuntiasset, Roman. 1. vers. 13. 14. docuissētque Euangelij doctrinam omnibus gentibus, nō autem solis Iudæis esse Dei potentiam ad salutem omni credenti vers. 16. Quin imo Euangelium ipsum nonnullis populis à Paulo prædicari vetuit Dei Spiritus, velut Asianis & Bithynis Actor. 16. vers. 6. & 7. Quare Bellarmini argumentum est fallacia à falsa interpretatione verborum Christi, seu ab Æquiuocatione. Sic Apocalypsi cap. 7. vers. 9. ex omnibus gentibus, & populis, non ex singulis per se cōsideratis & singulatim, dicūtur dati Christo electi & fideles. Denique hic verè impius est Bellar-

Bellarminus, qui col. 658. L. B. Apostolos incendiariis hominibus manifestè comparat §. *Ad loca.*

Ad Cap. v.

Secundum *προφουετόν*, Bellarmini (quam impropriè & imperitè Demonstrationem secundā appellat) est, Quòd Antichristi his in terris insignis apertam manifestationē, patefactionem & aduentum perspicuum præcedet primum diuisio Imperij Romani in duo Imperia seu capita, Apoc. 13. ver. 3. deinde abolitio seu euersio, quæ per decē Reges breui tēpore regnatos sibi que successuros fiet 2. Thessal. 2. vers. 7. Apocal. 17. 12. quæ duo quum ne hoc quidem tempore, quemadmodum putat Bellarminus, impleta sint, neque etiā adhuc Antichristū illum insignem patefactum fuisse, aut manifestatum scribit iste. Atqui fallitur. Nam vtrumque manifestè suum habuit implementum. Ac diuisio quidem Imperij Romani in duo capita iam pridem impleta fuit. Nempe quum Constantinus primus Imperator sedem Imperij Romani transtulit Cōstantinopolin. Cepit enim tūc imperium Romanum esse biceps: Alterum enim caput habuit Romā veterē: alterū Romam nouam seu Cōstantinopolin, è quibus Vnū nempe primū seu Cōstantinopolin, Nam omnia perrupit, dū Romæ illius sedes fuit. Alterū caput, nempe secundū & Cōstantinopolitanū, fuit terrenum, & infirmū, quod sese vix sustentauit. Sic Daniel fore quoque prædixerat cap. 2. vers. 33. & 41. & 42. Euersio verò Romani imperij, quam fore prædixit Iohannes Apocal. 13. vers. 3. idque per decem continuos, sibi que successurus Reges Apocal. 17. vers. 12. 13.

omnino contigit. Illi enim decem Reges fuerunt
 proculdubio reges Gothorum, qui fuerunt & nu-
 mero decem, sicut docet Paulus Diaconus, Caro-
 lus Sigonius, Flavius Blondus & alij: & ij quidem
 successione continua. Omnes autem in Urbis il-
 lius (quam Iohannes meretricem vocat) excidium
 coniurati, adeo quidem ut bis eam ceperint: imo
 etiam Totila vnus ex illis decem regibus totam
 incendit, effecitque ut, (quod etiam fore prædi-
 xerat Sibylla) *ῥώμην* illa antiqua *ῥώμην* & vicus so-
 lum, & penè rudera duntaxat euaderet. Quæ om-
 nia vaticinium Iohannis de Decem illis Regi-
 bus tunc impletum fuisse demonstrant, quod est
 Apocal. 17. vers. 12. 13. 14. 15. 16. & Daniel 8. vers. 7.
 20. Quare fallitur, fallitque Bellarminus, dum ea
 quæ de Romani Imperij & diuisione, & remotio-
 ne tum à Paulo 2. Thessalon. 2. tum Iohanne A-
 pocal. 17. scripta sunt, nõdum peracta putat. Nam
 & secundum illius Imperij cornu (quod erat ter-
 renum & infirmum) à Turcis omnino sublatum
 est, nempe Constantinopolitanum, capta à Maho-
 meto secundo Turcarum Rege Constantinopoli:
 & primum eiusdem imperij cornu (quod & fer-
 reum & firmum erat) nempe Romanum & Itali-
 cum lethalerè à Gothis fuerat vulneratum: sed ab
 Antichristo, id est, Romano Pontifice postea in-
 stauratum, translata nempe ea Romani Imperato-
 ris dignitate ad Carolum Magnum, & eius succes-
 sores. Quid igitur ex ea parte iam obstat, quo mi-
 nus insignem illum Antichristum, qui sedet Ro-
 mæ, estque Romanus Pontifex, iam pridem pate-
 factum fuisse, & aduenisse dicamus? Certe nihil;
 vt

vt vides Bellarmine.

Quod enim excipis, dum Roma à Gothis caperetur, seruatum Honorium Imperatorem, quia tantis periculis caput suum non obiecit, sed Rauenne abditus latuit, hoc quidē verū est: sed tandē ipsa Romani Imperij dignitas à Gothis & illis de Regibus, non solum labefactata fuit, sed penitus euerfa, vt caput iterum attollere nequaquā potuerit. Ergo lethaliter vulnerata ab illis fuit: sed ab Antichristo (quæ est bestia illa è terra ascensens, & secunda, de qua Iohannes Apocal. 13. vers. 11. & quæ duo cornua habet Agni similia) sanata, quantum ille potuit.

Ad Cap. VI.

Tertium Bellarmini subterfugium est merum Rabinorum Iudæorū, vt est Matth. 17. vers. 10. somnium, & delirantium Monachorum de Henocho & Elia ante Christi plenam manifestationem, aut in ipsa illius manifestatione in hunc mundum venturis, & prædicaturis. Fabulæ sunt istæ, & mera ægrorum hominum somnia. Respondeo igitur ad quattuor illos, quos pro ista sententia tuenda profert Bellarminus, locos:

Primus est ex Malach. 4. vers. 5. *Mittam ad vos Prophetam Eliam.* Hoc Malachiæ dictum non de ipso Elia, teste Angelo Gabriele: sed de alia persona, nempe Christi præcursores Iohāne Baptista, est intelligendum, qui Spiritu Eliæ ornatus fuit, id est, virtute, & constantia eadem præditus, qua vetus Elias Luc 1. vers. 16. 17. Teste Christo ipso Matth. 11. vers. 14. *Ipsè est Elias ille, qui venturus erat.* Quod autem Bellarminus scribit apud Mala-

chiam cap. 4. agi de secundo Christi in has terras aduentu, errat toto cœlo. Agitur enim de primo, seu de Christi filij Dei incarnatione, qui primus Christi aduentus quoque *Επιφάνεια*, & illustris à Paulo nominatur 2. Timoth. 1. vers. 10.

Secundus locus est ex ecclesiastico cap. 44. vers. 16. 48. vers. 1. & 10. *Enochus translatus est, ut sit exemplar resipiscentiæ hominibus. Elias fuit à Deo ordinatus, ut homines sui temporis reprehenderet.* Respondeo, Primùm liber iste est Apocryphus, & nullius, quod ad fidei articulos, autoritatis. Deinde hi loci nihil de primo, vel secundo Christi aduentu vel etiam Antichristo agunt. Ergo falsitas est Ab æquiocatione seu potius falsa interpretatione, teste vel Iansenio Papali Episcopo, quem citat Bellarminus.

Tertius locus est ex Matthæi capite decimo septimo versu vndecimo, *Elias primum veniet, & restituet omnia.* Respondeo ex ipsius Christi verbis ibidem, *Dico vobis Eliam iam venisse.* Is autem fuit Iohannes Baptista, teste eodẽ Christo Matth. cap. 11. vers. 14. Et certè quidem ineptus est Bellarminus, qui Iohãnem Baptistam veri Eliæ venturi typum fuisse vult scribitque allegoriam esse in Christi verbis tam apertis. Sed quid non audeat impudens Monachus?

Quartus Bellarmini locus est Apocalypsis cap. 11. vers. 3. *Dabo duobus testibus meis ut prophæcent.* Ergo illi sunt verus Henochus, & verus Elias. Respondeo, Nullã esse consecutionẽ istius argumenti. Imo Bellarmine audi, quid viri pij de huius loci interpre-

interpretatione, & de duobus illis testibus sentiant. Illi iam venerunt, illi iam suo munere functi sunt, illi iam in allegorica Sodoma occisi sunt, illi iam quoque in veris Christi Ministris post eos à Deo excitatis surrexerunt, & quidem post tres dies, id est, breuissimo post eorum mortē tempore. Illi igitur duo testes, filij oleę, qui prophetarūt, qui potestatem claudendi cœli habuerunt, quorū cadauera & cineres insepulti in plateis Sodomæ Urbis allegoricæ iacuerūt, sunt Iohānes ille Hufsius, & Hieronymus Pragensis, in quibus & viuis & occisis omnia sunt impleta, quæ illic fore prædixerat Dei Spiritus. Hæc tu ignorabas, & ignoras, quoniam es assentator Pape, stulte Bellarmine, quę norunt omnes pij viri.

Ad Cap. VII.

Proficat in peius, atque iam magis, quā antea, delirat Bellarminus, qui non animaduertit persecutiones Ecclesiæ Dei, quæ ab Antichristo vero erant inferendæ, iam pridem cepisse & continuari adhuc in Ecclesiâ, ergo & hoc quoque vaticinię Danielis cap. 7. ver. 25. 26. 27. & cap. 11. ver. 36. tum Iohannis, Apocal. cap. 12. cæput de Antichristi insignis regno, aduentu, & potestate quottidie & iam pridem impleri: Sed quoniam iste temere sibi persuasit Antichristum illum insignem fore vnum quendam hominem, qui paucis annis victurus sit, decipitur miserè, & hallucinatur. Ait Bellarminus Antichristum aboliturū iuge sacrificium, fallitur. Christus enim verus, non autem Antichristus iuge sacrificium, (quod suæ mortis & plenæ nostrorum peccatorum coram Deo sa-

tisfactionis typus, & vmbra fuit) moriēs aboleuit
 teste Angelo apud Danielem cap. 9. ver. 27. 11.
 ver. 11. Nam quod iste citat ex eodem Daniele
 cap. 12. ver. 11. perperam intelligit. Christus enim
 sed de Urbis Hierosolymæ & Templi, quod in eo
 erat, destructione per Titum Vespasiani filium
 futura hoc Danielis dictum interpretatur Matth.
 24. ver. 15. Quid igitur hîc cauillatur Bellarmi-
 nus? Cur omnia pertubat? Cur quę sunt Christi o-
 pera & sancta tribuit Antichristo? Cur de rei
 quam ne primis quidem labris vnquam attigit
 tam asseueranter, tanquam ex Apollinis tripodis
 pronuntiat?

Antichristi illius insignis denique Regnum
 sensum stabilitum est, & per gradus, non vno, vt
 iste deceptus putat, momento fuit constitutum.
 Ex quo fit, vt ista progressus Regni istius tempo-
 pora intuentes nostri, modo citius, modo tardius
 illud cepisse dicant, quandoquidem & Paulus
 ipse iam suo tempore peragi hoc iniquitatis My-
 sterium cepisse scribit 2. Thessal. 2. v. 7. Qui igitur
 istius regni erigendi in Dei Templo manifesta i-
 nitia prima obseruant, illi citius aduenisse dicunt
 qui verò maiores eiusdem Antichristi progressus
 spectant, illi tardius aduenisse scribunt. Sic diuersa
 ratione omnes nostri pulchrè inter se consentiunt
 id quod non videt Bellarminus, tam est cæ-
 cus.

Quid ve:ò impudentius, quàm quod iste scri-
 bit col. 665. L. A. C. col. 666. L. B. Diabolum
 ipsum per-

ipsum personaliter esse contra pios pugnaturum quasi Diabolus, qui Angelus est, videri possit: & Eucharistiæ usum (quæ est S. Domini Iesu Christi Cœna) adhuc inter Romanæ Ecclesiæ homines vigere, quum inter eos S. Cœna prorsus sit, magno scelere, iam pridem abolita & sublata, & illius loco sacrificium substitutum sacrilegum, Nempe Missa. Quid igitur ais, Bellarmine? quæ te furia agitant?

Ad Cap. VIII.

Vera est illa Aristotelis, & longa rerum experientia comprobata sententia, Posito, vel Dato vno absurdo multa postea alia absurda consequi. Ergo quum hoc absurdum semel tuendum sibi susceperit Antichristus, Nimirum Antichristum illum insignem fore vnicum duntaxat hominem singularem, qui brevissimo tempore sit regnaturus, ex eo penè infinita absurda colligit, colligētque sequentibus huius libri capitibus.

Quale istud est, quod hoc capite scribit, Verum illum Antichristum per tres duntaxat annos & semestres regnaturū, non longiore tempore. Id quod esse falsissimum res ipsa probat. Antichristi enim istius regnum iam per plus quàm nongentos annos manifestè durat, à Phoca Imperatore videlicet ad tēpora vsque Lutheri, qui hoc regnum succutere, & funditus evertere cepit. Imperavit autem Phocas post annum Domini sexcentesimo quintū Martinus autē Lutherus floruit post annū Dōi millesimū quingētesimū decimū septimum.

Post Lutherum enim verè fuit impletum, quod est Apocal. 12. vers. 10. *Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri: & potestas Christi eius, & deiectus est accusator fratrum Diabolus.* Itaque tunc peperit mulier illa amicta Sole, id est, Ecclesia Dei, quæ antea cruciabatur, vt pareret filium ver. 5.

Verùm suam sententiam confirmare nititur Bellarminus ex Apocal. 12. vers. 14. vbi dicitur Ecclesia futura in deserto *per tempus, & tempora, & dimidium temporis*, quæ verba tres annos cum dimidio significare tradit, & Antichristi durationem complecti vult. Respondeo verò, Vtrumque falsum esse. Ergo fallacia est A falsa huius loci interpretatione: Ac primum verba illa, *Tempus, tempora, & dimidium temporis* non referuntur ad dies sed ad annos, quorum certus numerus duplicatus reddet nunerum à Spiritu Dei disertè illic commemoratum. Id quod ex consecuta rerum experientia, & huius Prophetiæ implemento (quod iam extitit) colligendum est. Apparet autem Ecclesiam Dei, seu Mulierem amictam Sole fugisse propter illatas sibi à Dracone .i. Antichristo Romano persecutiones in deserta, & tesqua, & abdita loca, syluosa, & montosa, vbi latuerunt verè pij & veram Christi fidem profitentes Vualden- ses dicti per trecentos quinquaginta annos, qui continent *tempus*, Nempe centum annos, *tempora* videlicet ducentos annos, & *dimidium temporis*, Nimirum quinquaginta annos, qui sunt dimidium centum annorum. Hoc verissimum esse confirmat rerum præteritarum historia certissima. Nam

ma. Nam fratres Vvaldenses (qui fuerunt vera Dei Ecclesia) fugati sunt à Pontifice Romano, & ab eius m̄cipiis Regibus & Monachis anno Domini. millesimo centesimo sexagesimo primo: Restitui cœpit Lux Euangelij per Lutherum anno Domini 1517. qui numeri inter se comparati & minore subducto ex maiore numero relinquunt annos treccetos quinquaginta, quibus exulauit vera Dei Ecclesia. Ergo apud Iohannem Apocal. 12. versu decimo quarto non de tempore, quo regnatus est Antichristus verus, & durabit ipsius regnum omnino, agitur: sed solum de tempore, quo Ecclesia ab eo in exilium pulsa & reiecta est, seque illa in deserto abdidit.

At confert Bellarminus c. 11. ver. 2. & 13. ver. 5. eiusdem libri Apocalypsis, vbi fit mentio quadraginta duorum mensium, qui efficiunt annos tres & anni dimidium, quod tempus vult Bellarminus esse explicationem obscure illius cap. 12. v. 14. sententię. Nempe *Tempus, Tempora, & dimidium Temporis*. Fallitur quod vnũ locum alterius interpretationem esse vult. Non est. Nam vterque locus de rebus diuersissimis, & quę diuersis temporibus contigerunt, agunt: non de rebus iisdem: propterea quod locus cap. 12. ver. 14. quem admodum iam ostendi, declarat tempus summę afflictionis, fugę, & latitationis Ecclesię propter vim illi à Dracone, & Antichristo Romano factam, quod prius accidit, quàm duo illi viri filij oleę, de quibus cap. 11. ver. 2. 3. 4. extiterint: ac penè prius totis annis ducentis quadraginta sex, v

ex vera rerum historia colligitur. Hi igitur men-
 ses XLII, seu dies M. C. C. LX. (qui idem tempus, ni-
 mirum tres annos cum dimidio, complectuntur;
 referri debent ad tempus prædicationis Euange-
 lij verè à Iohanne Hussio & Hieronymo Pragen-
 si in Bohemia factæ, ante quàm Concilium Con-
 stantiense cogi cœpit. Id quod contigit circa an-
 num Domini 1413. Fugerat autem Dei Ecclesia in
 desertum multis antea seculis, nempe circa an-
 num Domini 1167. vti supra docui. Quare si hic
 minor numerus ab illo maiore 1413. subducatur,
 restant anni 246. post quos demùm exiit illud
 yaticinium Iohannis cap. II. ver. 2, 3, 4. de Iohanne
 Hussio, & Hieronymo Pragensi duobus filiis o-
 leæ, & candelabris Ecclesiæ. Ante annum verò
 millesimum quadringentesimum decimum ter-
 tium, yterque ille Dei Propheta Hussius & Pra-
 gensis, acerrimè, & liberrimè in Bohemia Verum
 Euangelium contra errores sui seculi prædicau-
 erant per tres annos continuos cum dimidio An-
 ni, id est per quadraginta duos menses, seu dies
 Mille ducentos sexaginta, post quam suam Euan-
 gelij veri prædicationem à Concilio congregato
 Constantiæ Rhetorum decepti & circumuenti
 capti sunt, & perfidè trucidati in eadem ciuitate,
 quæ à Dei Spiritu *Sodoma* & *Aegyptus* appellatur,
 Apocalypsis vndecimo, versu octauo, vbi Domi-
 nus noster crucifixus fuit: vbi illorum Dei Mar-
 tyrum crematorum cineres insepulti & abiecti in
 illius vr̄bis plateis iacuerunt, vers. 9.

Atque hæc omnia, quæ dicimus, vera esse, ipse
 rerum exitus & euētus (qui est omnium Dei Pro-
 phetia-

phetiarum verissimus interpres) comprobavit.

Nec obstat quòd hoc genus loquendi videtur sumptum ex Daniele, cap. 7. ver. 25. *Tempus, Tempora, pars Temporis*, quod spatium tres annos continuos cum semestri significat, quemadmodum apparet ex eodem Daniele, capite quarto, versu decimosexto, & vndecimo, versu decimotertio, & *Tempus* complectitur duntaxat annum. Nam sic ipsemet Dei Spiritus eam suam sententiam & locutionem interpretatur, quod non facit, Apocalypsis duodecimo, versu decimoquarto. Deinde rei ipsius euentus, & Prophetiæ Danielis implementum sic illa verba pro tribus annis & semestri accipienda esse docuit, quemadmodum præclare & eruditè explicat D. Franciscus Iunius popularis meus. Atqui hic idem rerum euentus probat aliter verba ista, *Tempus, Tempora, & dimidium Temporis* exponenda esse, Apocal. 12. vers. 14. Ex quo fit vt tota hæc Bellarmini demonstratio & interpretatio illius Iohannis loci falsa sit, & appareat manifestè eiusmodi.

Quòd ad Patres, quos citat hîc Bellarminus, illi neque nobis nocent, neque Bellarminum iuvant. Id enim, quod ait iste, senserunt illi quidem: sed communi, & iam recepta sui seculi opinione, quæ à Iudæorum Rabbiniis profecta est, decepti, (est enim, ait Augustinus, cõsuetudo, & sententia iam recepta tyrannus) propterea quòd ad illius Iohannis Prophetiæ, quæ est Apocal. 11. versu secundo, tertio, & 12. v. 14. dissimilitudinè & eueniũ qui est fidelissimus Vaticiniorũ divinatorum testis,

& interpres) minime attendebant: aut cum euentum nondum viderant, quem sequens ætas postea vidit, & sensit: & nos iam Meridiana luce clariùs agnoscimus, & perspicimus. Vnde enim locum à explicare facile possumus, qui fuit ignotus & obscurus Patribus. Sed facile fuit Bellarmino in locorum istorum Apocalypseos, certe quidem obscurorum expositione ludere, & triumphare ad tempus: donec eam explicationem à nobis audiret, quæ vera est, & quam omnibus quoque bonis & piis viris probatum iri confidimus. Nam ab historia, & rerum euentu manifestè confirmatur.

Ad Cap. IX.

Quod sextum & vltimum erroris sui de Regno Antichristi tribus tantum annis cum semeltri duraturo: & propterea nondum patefacto fundamentum ponit Bellarminus, illud est & vanum, & instabile. Est autem hoc, statim post illos tres annos & dimidium, & post patefactum Antichristum. Mundum hūc periturum, error errorem parit, quia vnumquodque gignit sibi simile. Est enim error hic grauissimus. Vsq̄ue ad consummationem seculi huius durabit quidem ecclesiæ persecutio, & Antichristi regnum, si velit, ex Apocalypf. cap. 20. vers. 3. 4. Matth. cap. 24. vers. 14. Hactenus verè sentit Bellarminus: errat autem in cæteris, Velut quòd Regnum illud Antichristi nõ per multas ætates, sed tantum per 42. menses, i. tres annos cum anni vnus dimidio perstaturum putat: item, Quòd terra illa nouissima, de qua Iohannes 1. epistola 2. vers. 18. sit momentum temporis

poris breuissimum: Vox enim *ώρα* apud Iohannem generaliter *tempus* significat vltimum, quod multis seculis est duraturum, teste Paulo 1. Corin. 10. vers. 11. teste Petro 2. Epist. 3. vers. 3. 4. Nam dies vna, cuius sunt multæ horæ, sunt mille anni apud Dominum vers. 8. Sic vox *hora* sumitur pro diuturno tempore Apocalypf. 8. vers. 1. Id quod & Hieronymus, & Erasmus in Nouum Testamentum annotarunt alibi quoque, & aliis in locis. Est enim duplex totius huius mundi durationis tempus, vnum, Primum, quod ætates omnes complectitur, quæ à creatione mundi ad Crucifixum Christum fluxerunt. Alterum est Tempus vltimum, quod à Christi morte ad finem, & consumptionem mundi per multa secula durat, quod & *Hora Nouissima*, & *finis seculorum* in Sacra scriptura vocatur. Quare fallacia est ab *Equiuocatione* vocis *Hore*, quum statim post insignis illius Antichristi patefactionem & aduentum colligit Bellarminus mundum hunc desitutum. Nam per multas ætates, non momento horæ durabit hoc Antichristi regnum etiam patefactum. Hæc solutio vera, & perspicua est ad omnia ipsius in hoc capite argumenta. Docet enim eum decipi.

Porro quos locos ex Daniele profert Bellarminus, omnes sunt ad fidem de Antichristi regni duratione & patefactione, & cum mundi fine conjunctione faciendam inepti, & *ἀποσπασθῆναι* prorsus. Nam cap. 7. vers. 8. & 25. pertinet ad Antiochi Epiphaniis regnum quod Christum præcessit, capite duodecimo versu vndecimo, itidem de

Antiochi eiusdem sæuitia in Iudæos agit, & Iudæ Machabei victoriis. Id quod & luculenter & eruditè docet D. Franciscus Iunius. Locus ex 2. Thessaloni. 2. ver. 8. citatus à Bellarmino nequaquam connectit huius Mundi finem cum paterfatione Antichristi, vt iste putat: sed ostendit hoc Antichristi regnum virtute & efficacia verbi Dei prædicati esse euertendum: quam efficacitatem vocat quoque Paulus illustrem aduentum Domino, quemadmodum Daniel 7. ver. 13. & 14. appellat apparitionem Domini Dei, quia quum Deus aliquid extraordinaria sua potentia efficit, & peragit, adesse, apparere, aduenire dicitur Pl. 10. v. 12. 74. v. 3. 18. ver. 10.

Quod ad nonnullos, & quidem paucos Patres, quos suæ sententiæ testes producit Bellarminus, illi nos nequaquam lædunt, quia, sicut antea demonstrauimus, errore sui sæculi vulgari decepti sic senserunt, quum Apocalypsis locos propheticos non intelligerent, quia nondum suum implementum habuerant teste Bellarmino ipso col. 674. L. C. quemadmodum nos ipsi multa quoque in eodem illo libro prædicta ignoramus, quia nondum sunt impleta, quæ tamen sequens ætas post implementum intelliget facillimè.

Ex superioribus autem efficitur, Quod quum falsæ Bellarmini omnes rationes fuerint demonstratæ, propter quas solas negari potest, Romanum Pontificem esse insignem illum Antichristum, & iam manifestè Mundo patefactum: omnia autem vera veri Antichristi signa in eo appareant, & quo-

& quotidie deprehendantur, suntque iam pridem deprehensa, Se supra Numen extollat, Se Deum in his terris appellet: in Templo Dei (qualem se cœtus ille, cui præest, iactat) sedeat: post Imperij Romani euerfionem se stabilierit. Illius tota doctrina sit vera à pura Christi doctrina Apostasia: Sit Meretrix illa, quæ supra Septem colles sedet, id est, Romæ & quæ scortationis suæ vino reges omnes inebriarit: sequitur vnum Romanum Pontificem esse insignem illum Antichristum, quem & Paulus 2. Theffal. 2. & Iohannes in Apocalypsi cap. 12. & 17. prædixerunt & designarunt,

Ad Cap. x.

Pene piget, puderque hæc legere, quæ hîc, & totis nouem capitibus sequentibus tractat Bellarminus. n. prorsus curiosa, inepta, matæologiæ plena, quæ in Theologicis disputationibus dānat Paulus, 1. Timoth. 1. v. 6 deniq; falsa: Quale istud de nomine Antichristi proprio, quod efficiat ex literis suis numerū aliquem significantibus (& quæ vocātur. Numerales, velut inter Latinos M. quæ mille significat & notat: D. quæ quingenta: L. quæ quinquaginta,) reddat & efficiat, Numerum inquam 666. quia dicitur Apocal. decimo tertio versu decimo octauo numerus Bestiæ & Antichristi esse hominis *Numerus*, id est, numerabilis, efficereque 666. In quo variè Bellarminus fallitur. Primum quòd verba hæc Iohannis, *Numerus hominis* exaudit, quasi scriptum esset, *Numerus nominis*. Nam numerum istum 666. refert ad nomen, & appellationem: non autem

ad hominem ipsum contra & verba, & mētem Iohannis, seu Spiritus Dei. Nam eodem cap. 13. vers. 17. & Nominis & Numeri nominis meminit, qui procul dubio diuersus est à Numero hominis. Numerus nominis est catalogus & descriptio eorum qui Bestiam adorant, in quo sunt omnes professi se Papistas esse. *Numerus hominis* dicitur Numerus numerabilis, cuius notus, vulgaris: non obscurus, quales septimanæ annorum apud Danielem, capite nono. (Nec enim, vt Iudæi, sic reliqui populi annos continuos per annorum septimanas numerant) non numerus nobis ignotus, qualis dicitur lingua Angelorum, & lingua Hominum, hæc nobis nota & vulgaris, illa ignota. Corinth. cap. 13. versic. primo. Ergo sic anni Antichristi & Bestiæ erunt numerandi, vt omnes vulgè homines annos numerant, 1. 2. 3. 4. continua serie. Id quod est facillimum.

Deinde fallitur Bellarminus qui numerum hominis & nominis sumit de certo quopiam vocabulo, quod 666. literis suis numerabilibus reddat (Sunt enim huiusmodi vocabula pene infinita, vt ipsemet Bellarminus fatetur columna sexcentesima septuagesima prima & sexcentesima septuagesima secunda, neque distinguit, aut definit Iohannes, Vtrum tale nomen & vocabulum Græcum, Latinum, Hebræum, Syriacum, Gallicum aut Hispanicum esse debeat. Ergo nos plane incertos dimitteret.) Intelligitur locus de tempore quo verus & insignis ille Antichristus manifestabitur, & patefiet aperte Mundo. Erit autē annus 666. ab eo anno, quo hæc scribebat Iohannes,

nes, qui annus statuitur Annus Domini 95. qui anni si cum 666. coniungantur, efficiunt annos 761. quo tempore Pipinus Rex Francorum Romanum Pontificem in summam dignitatem exulit, Exarchatum Rauēnatem illi dedit, cepitque Romanus Pontifex manifestè iis privilegiis vti, quæ tum à Phoca, tum à Constantino quarto Pogonato antea acceperat, & Imperatores Constantinopolitanos prorsus aspernari, & excommunicare: denique in Ecclesiam furere, & se Antichristū in tuēdo idolorū cultu manifestè prodere. Tertiò ineptus est Bellarminus, qui quum col. 673. L. B. §. *Verissima* fateatur longè satius esse hāc de nomine isto reddēte numerum & summā 666. totam quæstionem prætermittere, & ignorare, quàm scrutari, in ea tamen explicanda & quærenda, & hoc & sequēti capite immoratur, & prolixus est in eadem tractanda. Quod enim ipsemet damnat vt curiosum, in eo se iactare neq; debuit, neq; potuit, citra ineptiæ homini Theologo indecorā.

Ad Cap. xi.

Responde stulto secundum suam stultitiam, ne sapere videatur, Prover. 26. ver. 5. Planè se stultū hic Bellarminus prodit, qui de re sibi prorsus ignota disserit, & refutat quod non nouit. Nā si Characterem Antichristi scit, cur non eum declarat. Sin autem eum nescit, cur de eo quicquam affirmat? Ecquæ enim, obsecro, est ista temeritas in ea te ingerere, quæ ignores? quam damnat Paulus, Coloss. 2. v. 18. Characterem autem Antichristi à Bellarmino prorsus nesciri, vel ex eo apparet,

quòd tres suorum de isto Charactere sententias profert sibi contrarias. (Alij enim cum literas nominis cuiusdam esse volunt: alij non literas, sed signum crucis in aëre. Alij in fronte descriptum quo fautores Antichristi volent uti:) neque tamè quæ sit sequenda definit: sed incertos nos dimittit, col. 677. L. A. Discat igitur ex nostris, quis sit ille Antichristi character, quem qui Bestiæ illi fauent, gestant in fronte, in manu, præsertim dextera, Apocal. 13. ver. 16. 17. 14. ver. 9. 15. ver. 2. 20. vers. 4. Character ille est professionis & confensus sui erga Antichristum; & Antichristi doctrinam manifestum iudicium, confessio, signum, & testimonium publicè inter istius doctrinæ sequaces institutum, vel receptum ab eo, qui huic doctrinæ fauet, exhibitum. Quemadmodum enim testimonium Christi, (quod qui habet, verè Christiani censentur, Apocal. 12. ver. 17.) est manifesta doctrinæ Christi professio: sic character Bestiæ, aut nominis eius: (sic enim indiscriminatim appellatur 13. ver. 17. 14. ver. 11.) est professio manifesta doctrinæ Antichristi: cuius professionis vel nota aliqua externa & visibilis inter Antichristianos ipsos instituta, aut recepta est: aut nulla est omnino externè præcepta; sed dūtaxat illius publica professio, & confessio doctrinæ. Quod scelus nos in Gallia post Bartholomeanæ Laniænam vidimus. Itaque quis sit iste Bestiæ character, re ipsa didicimus. Fallitur igitur Bellarminus qui characterem illum Bestiæ putat præcisè esse notam aliquam externam & visibilem, quam in fronte, vel in aliqua manu, vel brachio gestent
singuli

singuli Antichristiani. Sæpe enim nulla est inter eos instituta, nota visibilis & synthesis vel recepta. Sed ipsa doctrinæ duntaxat Antichristi approbatio est ille Character Bestiæ, & Nominis, id est, potestatis ipsius eiusdem Bestiæ. Sic Ezech. cap. nono versic. sexto. inepte quis existimarit literam & characterem *Tau* visibiliter frontibus piorum & seruandorum fuisse inscriptum. Nouit enim Deus, ut ait Paulus, absque his externis notis, qui sui sint, 2. Timoth. 2. versu 16. Sic calculus ille, qui piis & Dei timentibus à Deo datur, in quo Nouum nomen scriptum est, Apocalyp. secundo, versic. decimosextimo, nequaquam est alia visibilis nota, vel lapillus corporeus. Nimum carnalis est Bellarminus, qui has spirituales locutiones, notas, & phrasas carnaliter interpretatur.

Quòd autè nostros diuersè hūc characterē designasse scribit Bellarminus, dum eorum alij volunt esse Papisticam Vnctionem chrisimatis, alij Vnctionem Papisticam ordinis, alij Professionem falsæ, & Dei verbo contrariæ alicuius doctrinæ, fallitur Bellarminus turpissimè. Nam nostri inter se pulchrè consentiunt. Verùm Synecdochicòs se pulchrè consentiunt. Verùm Synecdochicòs partem pro toto velut vnus partis Antichristi doctrinæ pro totius illius doctrinæ professione, more Sacræ Scripturæ, sumunt: alij Metonymicè signum pro re signata. Nempe Vnctionem, vel Ordinem aliquem sacerdotij Papistici pro ipsa doctrinæ Papisticæ & Antichristianæ approbationè accipiunt. Vti, si qui

vera Christi Sacramenta suscipiunt: vel Vnum Deum inuocandum, Vnum Christum Mediatorem docent, & profitentur, Christiani appellantur, rectè dicitur. Sæpe enim ynam cultus Dei partem pro toto cultu sumit scriptura ipsa, nempe vetat Iuramentum per Nomen Domini, Il. 45. v. 23. Hierem. 12. ver. 16. Vel Sacrificium, Vel Thuris incensum. Malach. 1. v. 11.

Sed quid isti homini facias, qui vel prima S. Theologiæ rudimenta est adhuc docendus. Quis igitur illud tempus & iam pridem extiterit, & nunc quoque extet, quo nemo emere & vendere possit & potuerit, nisi qui illam Antichristi, id est Romani Pontificis doctrinæ professionem faceret, ac proinde nisi Bestiæ characterem manifestè: (Hoc enim significant voces *Frontis & Manus*) gestaret, certè verus Antichristus iam patefactus est, isque certissimè & verissimè demonstratus est esse Romanus Pontifex seu Episcopus.

Ad Cap. xii.

Accumulat ineptias ineptiis homo iste. Quid enim inanius est, quàm de Antichristi genere, familia, Matre, Patre, generatione agere, quod hoc toto quàm longo capite facit Bellarminus? Quam omnem quæstionem incertam esse fatetur: & vt ex Patribus quis eam deffinire velit, nisi ex allegoricis interpretationibus, quæ sunt vanissimæ, nihil afferet: atque etiam illud ipsum, quod sequetur, tantum probabile, non autem necessarium erit. Itaque iste ipse omnes & Patres, & suos, quos citat, flagellat, & errasse scribit. Sed ne vllam matæologias aut vanæ ingenij ostentationis partem

partem prætermitteret Bellarminus, hanc quoque sibi cruxem fixit, vt de Generatione Antichristi disputaret. Quid autem de ea statuit tandem? Nihil. Ait col. 678. L. D. verisimile esse, vt ex tribu Dã nascatur. Hoc ipsum postea col. 679. L. A. cõfutat. Ait ex Dæmone aliquo & muliere fortasse nasciturum. At ex Monacho & Monacha potius oriundum esse alij malunt, quoniam hæc hominũ genera & sectę sunt generis humani pestes, & pernitias. Verũ & hoc ipsum quoque refellit idẽ Bel.

Ait fore & Iudęum, & Circuncisum, & inter Iudęos versaturum, ne verũ Antichristum, qui Romanus est, & Romanus Pontifex & ex Gentibus, agnoscere cogatur. Denique sese in omnes facies vertit, & nullum non lapidem mouet, vt nostrorum rationes euitet, & eludat, per quas Papa Romanus verus esse Antichristus verisimẽ probatur. At vero, ait Messiam, ergo & Antichristum, à Iudęis expectari. Atqui respondeo ex Paulo, Antichristus in Tẽplo Dei, nõ extra Tẽplũ Dei sessurus est. Verũ Iudęi isti circũcisi sunt extra Dei tẽplũ manifestè, cuius signũ est Christi baptismus, quo carẽt. Ergo inter eos non erit Antichristus. imo ipsimet Iudęi, teste Bellarmino col. 680. L. C. Romanum Pontificem pro vero Antichristo, & Ecclesię Pharaone agnoscunt, & in suo Mahasor scribunt fol. 26. Ergo eum non expectant Iudęi.

Testimonia patrum, quę citat hic Bellarminus, nihil nos lædunt. Nam eos omnes vel errasse, vel leui tantum cõiectura ductos nullõque S. scripturæ loco nixos illa scripsisse affirmat idem hic col. 678. L. D. §. Denique.

Ad Cap. XIII.

CERTÈ Bella. tā diuinare potuit, se Mergum, vel Merulam, vel Vpupam futurum, quàm sedem Antichristi fore Hierosolymam illam veterem, quæ fuit Metropolis Iudææ in Syria, in hoc capite diuinavit, & affirmavit col. 681. L. B. §. *At nihilominus* cōtra expressissimum Dei verbum Apocal. 17. ver. 9. & 18. Erit autem ea sedes Roma illa, quæ fuit olim orbis terrarum Metropolis, nūc autem Veteris Romæ rudera tantum, & ad illius primæ cōparationem *ῥῶμην* .i. Vicus, sicut Sybilla prædixerat. Denique erit Harmagedon locus ille, quoniā in eum locum conueniunt omnes eorum Principes, qui Christum, & Christi doctrinam infestissimè oppugnant, vt est Apocal. 16. ver. 16. Est autem Harmagedon locus destructionis & demolitionis Veteris illius & insignis Romæ, quæ à Gothis & x. illis Regibus, vt est prædictum Apocal. 17. facta fuit. Ergo quin Roma, quæ nāc est in Italia sedes Romani Pontificis, sit Antichristi, & omnium (quæ in Christum, & veros Christianos fuit) coniurationum sedes & officina nemo dubitare potest, qui verbo Dei scripto se credere fateatur.

At inde colligit Bellarminus col. 681. L. C. §. *Primum*, quum illa sedes Antichristi sit Dei templum, teste Paulo 2. Thessal. 2. v. 4. Templum autem Dei sit vera Dei veri Ecclesia: ergo Romana Ecclesia in qua sedet Antichristus & Romanus Pontifex erit, estque Dei Ecclesia, à qua quicūque se separant à Dei Ecclesia sciungunt. Sic Bellarminus. Cui

nus. Cui ego respondeo. Primum Vtor concessis,
 Nempe Pōtificem Romanum esse Antichristum,
 teste iam Bellarmino, & sedere vbi debet sedere
 Antichristus. Deinde ait locum, in quo sedet An-
 tichristus, dici Templū Dei equiuoce, & *κατά τι*, nō
 propriè, quia, quemadmodum ait D. Calvinus, ali-
 quod veræ Ecclesiæ vestigiū, velut Christi Ba-
 ptismus, in eo cœtu adhuc restat: vti si rudera do-
 mus disiecta, & parietes nudi reliqui appellentur
 Domus æquiuocè & *ὁμωνύμως*. Sic Hæreticorum
 cœtus vocantur Ecclesiæ, à quibus qui sese separāt
 non tamen à vera Dei Ecclesia recedunt, quem-
 admodum hic putat. Est enim ipsius conclusio fal-
 lacia duplex, Vna ab Æquiuocatione vocis *Eccle-*
sia, quoniam quod est solius veræ Ecclesiæ priuile-
 giū, iste tribuit falsæ, Nempe papisticæ: Altera,
 dicto secundum quid. Nam quod de Templo &
 Ecclesia quæ secundum quid tantum talis est, enū-
 tiatur, iste transfert ad Ecclesiam, quæ simpliciter
 & absolutè est eiusmodi. Quæ duo sunt grauissi-
 ma peccata. Nam de sola vera Dei Ecclesia intel-
 ligi oportet eum, qui se ab Ecclesia separat, esse
 à Christo seiunctum.

Quod verò ex nostra responsione colligit Bel-
 quoniam inter Pōtificios ruit Ecclesia: ergo apud
 nos Euangelicos nullam Ecclesiam esse. Fallitur.
 Primum enim eadem de diuersis, Nempe nobis
 Euangelicis, & Pontificiis Antichristianis collig-
 git: & affirmat, quod est ineptissimum. Deinde
 quæ causa est cur apud eos ruerit Ecclesia, eadem
 causa est, ob quam apud nos sit. Ruit apud eos
 vera Ecclesia, quoniam veram Christi doctrinam

abiecerunt, quæ est Ecclesiæ fundamentum. Apud nos est vera Dei Ecclesia, quia veram Christi doctrinam restituumus, & amplectimur Dei optimi Maximi summo erga nos beneficio.

Verum nititur Bellarminus suum, suorumque commentum de Sede Antichristi Hierosolymis futura confirmare. Vnde verò? ex allegoricis & deprauatis apertè S. scripturæ locis & interpretationibus. Primum ex Apoc. II. v. 8. vbi quæ ciuitas Sodoma appellatur, vult esse Hierusalem illam (quæ Sancta vbique appellatur, etiam quum ibi Christus, aut iuxta eam crucifixus esset Math. 27. ver. 51.) Nugatur iste. Vbique enim in Apocalypsi Hierusalem ciuitas pro vera Ecclesia, & in bonam partem sumitur. vti apparet ex c. 21. ver. 10. & seq. Deinde Paulus Orosius lib. 1. Historiæ cap. 6. Romam Italicam, non Hierusalem Iudæam cum Sodoma comparandam docet. Denique ista ciuitas, quæ spiritualiter Sodoma vocatur, Apocal. 15. est Constantia Rhetorum, in qua damnatis Iohanne Hussio, & Hieronymo Pragensi, Christus fuit crucifixus. iuxta illud Christi: S aule, cur me persequeris Act. 9. ver. 4.

Secundū Bellarmini argumentū est, Roma erat à x. Regibus Gothis destruenda, quomodo igitur futura sedes Antichristi? Respondeo, quoniam eadem post suam euerfionem erat restituetur, licet nō in eundem, quem prius, vrbis splendorem: sed in Harmagedon Apocal. 16. ver. 16. vti dixi, & vicum nobilem, qui iā in pratis Neronianis est, vocatur: que ciuitas Leonina, quod ibi Papæ leones, & feræ bestiæ inhabitent, non oues, & agni. Ergo falluntur &

tur & Hieronymus, & Lactatius, & Theodoretus, qui ex loco Danielis c. 11. v. 45. malè intellecto aliud sentiūt, quā id, quod nos hoc loco tradimus. Nā quod in Antiocho Epiphanię ante Christum fuit omnino impletum, iste ad futurum Antichristū quasi nōdū peractā rē ante Christi aduētū, im- peritē trāsfert: atq; sic tēpus quod Christi natiui- tatē multis seculis præcessit cōfundit cū eo tēpo- re, quod Christi mortē est consecutum, quod est hebetis ingenij, quia verā illorum locorum inter- pretationem à nostris discere renuit, refugit, & re- cusat, odio nostri Bellarminus.

Tertium pro se locum citat Bellarminus 2. Theff. 2. v. 4. *Sedebit Antichristus in Templo Dei:* ergo Hierosolymis, quæ fuerunt in Iudæa. Respō- deo, At iste supra col. 681. L. A. scripsit hæc Hiero- solyma nunquam esse restituenda, & reedificanda: uti neque Solomonis Templum: quomodo igitur erunt antichristi futuri sedes? Deinde vocis huius Templum Dei, apud Paulum variam esse & incer- tam interpretationē vult Bellarminus, præsertim pro Hierosolymis: quum omnes fere interpretes de Ecclesiis Christianis illud Templum accipiāt, quæ futurę erant inter Gentes, non Iudæos: & nūc quoque sunt: nullæ inter Iudæos. Præterea nun- quam suum in Orientales & Iudæas Ecclesias im- perium exercuit verus & Romanus Antichristus. Ergo de ijs Pauli dictum intelligi non potest.

Fallitur autem Bellarminus col. 683. L. C. qui existimet Paulum nomine *vaðv* Basilicas, & loca intelligere propriè. Cœtus enim & cōuētus ipsos hominū sese Catholicā Christi Ecclesiā (quanquā

nunc falso) nominatum appellat *vadon* qui maiores alibi, quam Hierosolymis, Pauli & sequenti tempore florebant, & futuri erant. De re enim futura, non presenti loquitur Paulus. Id quod fuit observandum à Bel. Quod ad Patres, quos citat. Neque omnes sentiunt, & idem, quod iste: neque hi ipsi, qui de Templo Hierosolymitano locum Pauli sumpserunt, attenderunt ad locum Daniel. 9. v. 26. vbi templum Hierosolymitanum negatur unquam instaurandum, ac reaedificandum. Hoc enim vaticinium profus eorum sententiam oppugnat.

Cæterum conatur Bellarminus pervertere ipsammet Spiritus S. non solum Patrum interpretationem, qui Romam eam, quæ septem colles (& ideo Septicollis dicebatur) complectebatur, esse Meretricem illam purpuratam, quam Antichristi sedem fore præmonuerat, disertè docet & interpretatur Apoc. 17. ver. 9. & 18. quæ quæquam Iohannis tempore erat Ethnica posteaque facta est Christiana: tamen à vera Christi fide erat discessura, & istius discessionis caput & exemplar aliis futura, 2. Thess. 2. ver. 3. & 11. Apocal. 13. ver. 12. 13. Est enim, & iam pridem extitit Roma hæc Bestia, quæ duo cornua Agni imitata effecit, facitque, ut prima illa Bestia lethaliter vulnerata, adhuc adoretur, & nomen Romanum Italicum omnes gentes formident. Eadem Roma in deterius semper ruit, atque in dies, magis magisque euadit Christo contraria, & infesta veris Christianis, quos tamen ipsi Turcæ vivere patiuntur.

Responsio Bellarmini ad locum Danielis cap. 9. v. 26. quod est secundum nostrorum argumentum, nihil va-

hil valet. Nam manifestè pugnat cū ipso Daniele, qui negat vnquam Templum instaurandum post illius destructionem à Romanis factam. Pugnat cum ipso rei euentu. Nam quum Iudæi sub Iuliano Imper. Apostata vellēt illud reædificare, à Deo destructa & impedita fuit ædificatio. Socrates lib. 3. Historiæ Ecclesiast. c. 20. Pugnat cum ipso Bel. qui col. 681. L. A. fatetur Templum Hierosolymitanum nunquam ædificandum.

Denique quod Bellarminus Gregorij magni verba circūscribit, & in ijs cauillatur, ineptum est, Ait iste, Si Episcopus, qui se vocat Vniuersalem, est præcursor Antichristi: ergo non est Antichristus. Respondeo ex mente Gregorij, Præcursor est ille, qui primus hunc sibi titulum arrogabit: sed qui illi succedent, erunt ipsi Antichristi, quales Romani Episcopi omnes, qui illi successerūt, Nēpe Bonifacio tertio Romano Pontifici, qui se appellari fecit à Phoca Imperatore Episcopū Vniuersalem, Ergo habemus & Præcursorem Antichristi & Antichristos veros. Nēpe Romanos Episcopos Bonifacij, illius successores, qui se postea pedetentim manifestius, vt sese obtulit occasio, Antichristos esse prodiderunt, & supra omne nomen sese extulerūt. Ex quo fit, vt quū ex ipso Dei verbo scripto verissima sedes insignis illi⁹ Antichristi, & Deo aduersarij (qui est homo peccati, filius perditionis, & se supra Deum euehit) sit Romana ciuitas in Italia sita, vbi imperat Romanus Episcopus, sit ille verus ille Antichristus à Paulo & Iohanne prædictus.

Ad Cap. xiv.

Mirum est Bellarminum ausum fuisse de doctrina Romanæ ecclesiæ disputare, eamque negare merè Christi doctrinæ esse contrariam: quum toties facta utriusque comparatio id ipsum luce meridiana clariùs ostēdat. Hinc tot libelli & Latine, & Gallice scripti de hoc argumento, Quales ille qui inscribitur *Chypens fidei*, *Baculus fidei*, *Collatio fidei*, item *Decades Bullingeri*, *Institutio* (vel parvam Bezae confessionem omittam) *Christiana* D. Caluini, imprimis autem eius epistola ad Regem Gallorum Franciscum, illi institutioni præfixa. Verùm quid sibi velit, & quomodo Romanum Episcopum, vel doctrinæ, quam præscribit vel potestatis, quam in ecclesia usurpat esse verum Antichristum neget, & hoc nostrum telù firmissimum euitet, perpendamus, & examinemus.

Primum quicquid de Antichristi doctrina futura Euangelio contraria scribitur a Paulo, iste ad Antichristum suum, Iudæum natione futurum, refert, putatque se hac leui corporis declinatione iustum nostrum effugisse. Nec enim admittit futurum ex Gentibus verum Antichristum. Nugatur iste. Supra enim docuimus Romanum Episcopum, siue ille ex Iudæis, siue ex Gentibus parentibus sit, Christi nomen falsò profitentem, esse verum Antichristum. Nam is est futurus Antichristus, qui in vrbe septicolli apocal. 17. vers. 9. Romano Imperio iam destructo, prætextu veræ religionis succedet, seque suosque pedes, velut numen, adorandos præbebit Regibus 2. Thess. 2. vers. 4. 6. & cunctos populos, vino suæ scortationis inebriabit, apocal.

Apocal. 18. Ergo sub nomine Christianismi, non autem Iudaismi, & Iudaicas ceremonias, (mutatis nominibus) in ecclesiam inuehet, & Christi doctrinam oppugnabit. Nam in templo Dei post prædicatum Gentibus Euangelium est sessurus, sed & iste verus Antichristus (quod tēplum sunt ij, qui se & Baptismi, & Christi nomine venditāt) non autem in cœtu Mahumetanorum, aut Iudeorum, quia cœtus illi Templū Dei neque sunt, neque dicuntur: sed solæ ecclesiæ Christianæ. Quæ omnia manifeste Romanis Episcopis quadrant. Ergo sunt illi veri Antichristi.

Cæterum ecquis negare potest Episcopum Romanum sibi nomen, id est, dignitatem & Christi, & Dei ipsius assumere, & arrogare? Ac quidem Christi, quia se *Principem* Episcoporum (quod soli Christo competit, 1. Petr. 5. ver. 4.) vocat: summum *Sacerdotem*, qui Indulgentiis, operibus, & ceremoniis a se præceptis Deum placare possit, imo placet: summum *Prophetam*, utpote ex cuius pectore, velut Spiritus Sæcti scrinio, totius S. Scripturæ distinctio, definitio, explicatioque pēdeat. Hæc tria sunt solius Christi propria Ps. 110. Apoc. 1. ver. 6. Dei autem nomen & numen sibi vsurpat idē Romanus Episcopus, dum suum esse ait *Regna*, cui velit, tradere, quod est solius Dei proprium, Daniel 4. ver. 22. Iob 12. ver. 18. Nouas leges conscientias hominū imponere: de legibus a Deo positis dispensare. Quæ quum agat apertè Romanus Episcopus, procul dubio sibi numen vsurpat, & est verus & insignis ille Antichristus. Nec obstat, quod & Christi nomen Antichristus iste Romanus

nus in ore habet, & se vocat Christi vicarium. Fecerunt enim, suntque hæc nomina honesta manifestissimi & impudētissimi in Deum, & ipsum Christum sacrilegij sui vela, technæ, ac tegumenta. Solent enim domestici & teterrimi latrones prætextu amicitia, sanguinis, familiaritatis, maiora dāna inferre. Sed res, non verba: Veritas, non fucus, quem iste facit, est spectandus. Quare est Episcopus Romanus verus Antichristus. Nam ex operibus eius, qualis sit, apparet, ac iudicandus est, non ex phaleris suis.

Porro Patres, qui istius Prophetia de Antichristo implementum nondum viderant, illam non intellexerunt: ac proinde eorum dicta nequaquam ipsi rerum euentui sunt præferenda. Nam amicus quidem Plato: sed magis amica veritas, inquit ille.

Porro quòd Bellarminus canino viros doctissimos arrodendi animo, col. 689. L. B. & C. *Σέβας* & *Σέβασμα* sic distinxit, vt *σέβας* cultum, *σέβασμα* idolum significaret, ineptissimum se prodit. Est enim generalissima vocis *σέβασμα* significatio, & illud omne complectitur, in quo Deus vel religiosè & sanctè, vel supersticiosè colitur. Hoc iste, vel ex D. Bezæ annotationibus Maioribus in Nouum Testamentum: vel ex Henrici Stephani, viri in Græcis eruditissimi, Thesauro discere potuit, si quid præter suos rabulas Hispanos legeret: imò ex libro Acto. cap. 17. ver. 23. *Λόγῃ* verò ineptiorè se demōstrat, col. 690. L. C. dū vocē *Μαοζ* explicare conatur, qua Daniel vtitur, c. 11. quia nostrorū hominū doctissim. velut D. Caluini, & D. Francisci

Frâncisci Iunij, cōmentarios nō adit miser: & de re sibi ignota Suffenus iste affirmare nō erubescit: nā Deū Maozin primū vult esse locū Thesauri Antichristi munitissimū: deinde vult esse ipsūmet Antichristū: deniq; vel alium Deū. Quis verbi Divini interpretem tam dubium ferat? quis non irideat? Præsertim qui se Magistrum in Israel, & Achillem Pontificem, quod iste facit, profiteatur? Disce igitur Bellarmine, Primum totum illum Danielis locum pertinere propriè, & verè ad solum Antiochum Epiphanem, qui penè ducentis annis Christi incarnationē præcessit: non ad Antichristum, qui post Christi mortem longo tempore venturus erat. Deinde disce *Deum Maozim* à Daniele vocari verum Deum, & Deum Israelis, cui summum robur competit, & Templum ipsum Dei, seu Sanctuarium Hierosolymis olim à Zorobabele excitatum appellari *Maços*, Dani. 11. v. 31. Ergo neque Thesaurus, neque Gazophylacium, neque Antichristus, neque idolum vllum, quemadmodum tu imperitè, & ignoranter scribis, Deus *Maozim* apud Danielem appellatur: sed ipsissimus verus Deus. Verè autè sensit Illyricus R. Pōtificè, dū se Christi Vicariū vocat, se supra Christū & Deū extollere. Nomē enim illud, & titulū vsurpat, vt dū nomine Vicarij & verbis se Christo minorē astutè profitetur: re ipsa tamē se supra Christi ipsius dignitatē efferat, & Christum tollat. Sic Papæ Moderni, dū se seruos seruorū Dei nomināt, tamen se supra Reges, & regna constitutos plenis buccis crepant, & scribunt. Id quod ex Leonis x. bulla de Cōcordato cū Francisco Gallorū Rege apparet: tam sunt isti vulpes cautæ.

Quod autem negat Bellarminus Christum, Vt hominē, se subiecisse scripturis sanctis, planè impius est: imò hoc, quod vt homo faciebat, fecisse sese ex præscripto Sacrarum Scripturarū testatur, ac docet Christus ipse Math. 26. v. 24. *Filius quidē hominis abit, sicut scriptum est de eo: docet Iohannes in Euangelio, c. 19. v. 36. 37. Facta sunt hæc, vt Scriptura impleretur.* Alioqui non fienda, nisi prædicta in Scripturis essent. Docet Paulus 1. Corinth. 15. v. 3. 4. Nec valet distinctio Bellarmini, vox *Vt* non causam, sed euentum significat. Imò causam, qua Christus vt homo: non vt Deus consideratur & spectatur. Confundit enim iste causam salutis nostræ cum modo & ipsa executione. Causa est Dei decretum. Modus est Christus homo Crucifixus. Causa, propter quam hunc modum decreuit Deus, non est quoniam Isaias prædixerat, aut prædixit id fore. Decretum enim illud fuerat à Deo antequam esset Isaias. Contra Isaias prædixit, quia Deus ab æterno decreuerat. Verùm quum hoc Dei decretum fuerit ab Isaias, aut per Isaiam declaratum, causa exequendi, & modi huius peragendi fuit prædictio ipsa Isaiæ, vel Hieremiæ, &c. quatenus ibi decretum Dei continetur. Sic Augustinus, sic Chrysostomus intellexit, quos autores iste citat, ignorās quid sibi voluit. Itaque col. 691. L. C. se reuocat, & negat quod prius affirmavit. §. *Deinde.*

Negat denique impudentissimè Bellarminus, Papam suum de legibus à Deo positis dispensare, quum de gradibus Consanguinitatis à Deo, Leuitit.

uit. 18. prohibitis quoque dispenset, de Homicidiis, de furtis per suas indulgentias, imò sententiam Dei de Animabus in Purgatorio constitutis, & de tempore à Deo illis præscripto, quotidie se dispensare palam iactet Romanus Pontifex: & si hoc negare ausus fuerit Bellarminus, caueat sibi à flagris sui sodalitiij, quicquid hic dicat, col. 704. L. C. se à Papa Romæ nihil dum molestè perpeffum: nimirum quia suam animam Satanæ vendidit, vt Papæ tyrannidem tueatur.

Ad Cap. xv.

Hic mos est hæreticorum, qualis est certè iste Bellarminus, vt semper querant, inquit Paulus, 2. Timoth. 3. ver. 7. sed nunquam ad veritatis cognitionem perueniant, quoniam opprimendæ ipsius veritatis studio sic disceptant, & curiosis quæstionibus se, & suos discipulos miserè inuoluunt. Languent enim & insaniunt, ait idem Paulus, 1. Timoth. 6. vers. 4. circa quæstiones inutiles, qualis est hæc à Bellarmino inuecta, De Miraculis Antichristi, Quòd ab eo fient. Quis dubitat, nisi qui Sacram Scripturam ne quidem attigerit vquam, 2. Thessal. 2. ver. 9. 10. Apocal. 13. ver. 13. 16. v. 13. 19. ver. 20? Qualia illa erunt, Respondet Paulus ex efficacia Satanæ cum omni fraude, vt viros pios & electos, si possit iste Pseudopropheta, decipiat, Matth. 24. Quot erunt, Quæ est quæstio ineptissima & curiosissima.

Tria solum enumerat Bellarminus, col. 692. L. C. quasi recens de cælo, Deique consilio dimissus descenderit. Non intelligit enim homo iste hebes, etsi pauca enumerantur vocabula per synec-

dochen plura esse cogitanda: sed quæ præstantiora hominû iudicio censentur, ea dûtaxat ^{κατ' ἰζαζωλδ} commemorauit Dei Spiritus. Cur autem hæc tam curiosa omnia tractat Bellarminus? Ne nos veritati assentiamur, Nempe ne Romanum Episcopû esse Verum illum, de quo iste agit, Antichristum agnoscamus.

Tandem seipsum in laqueos induit Bellarminus, è quibus extricare se non potest. Videt enim in Apocalypsi, cap. 13. esse duas Bestias, Vnâ priorem, quæ ex mari ascendit: Alteram posteriorem, quæ è terra. Prior in vno suo capite lethaliter vulnerata fuit, sed plaga hæc lethalis sanata est, cap. 13. Apocal. ver. 12. Posterior duò cornua similia agni habet, facitque suis miraculis vt prior illa bestia vulnerata ab incolis terræ, in ipsius imagine excitata & restituta adoretur. Has duas Bestias fingit, Vnû & eundê hominê dûtaxat significare, qui fit Antichristus suus triennalis cum semestri. Sic iste 693. L. A. fallitur turpissimè. Nihil enim sui ipsius imago est, vt omnes sciunt. Est autem secunda Bestia prioris Bestiæ imago, quæ in ista secunda Bestia adoratur propter varia signa, & mira, quæ hæc secunda Bestia Ouium, & agni pelle, & vestimento ornata (licèt sit lupus rapax) edit, quale est penè ipsi cælo imperare, diras, & anathematizata, & pestes, & morbos, & bella, (quæ omnia cælitus à Deo mittuntur) denunciare, immittere, excitare, & infundere in mundum, quod suis excommunicationibus, Anathematismis, factionibus, terroribus, & fulguribus fictitiis facit Iupiter iste Capitolinus, id est, Pontifex Romanus, vbi semel splendida

splendida bilis & ambitio eum aduersus aliquem vel priuatum, vel Magistratum commouit. Horum ab Antichristo Romano æditorum miraculorum exempla sunt bella, seditiones & motus in Germania contra Henricos Imp. I V. & V. excitati: aduersus Othonem & Fridericum primum, & Secundum, teste ipsomet Bellarmino ca. 16. col. 695. §. *Denique*. L. C. Deinde Vna & prior Bestia nihil nisi horribile habet, pedes Vrsi, os Leonis, colorem & faciem Pardi: Altera, nempe posterior, contra Agni similis est. Prior è mari, & ex variis iam gentibus domitis ascendit, & oritur. Posterior è terra, & è vili prius abiectoque, hominum ratione, statu nata est, & prætextu mansuetudinis & agnæ simplicitatis, ac veræ in Deum pietatis inter homines Romæ creuit, & in eo ipso loco, vbi erat prior Bestia, id est, Romanum Imperium ad huc existens Idololatricū florebat. Vidēt igitur omnes Bel. decipi, & falsas esse eius diuinationes.

Verū in piorum gratiā breuiter has duas c. 13. in Apoc. descriptas Bestias explicabo. Hæc .n. oīa copiosè cap. 9. & 10, exposui, copiosius in meo De Antichristo libello, ad quē lectores remitto. Ergo prima illius capitis xi. Bestia tam horribilis fuit Imperiū Romanū Idololatricū. Hoc Imperiū Romanū duo cornua habuit p̄cipua & duas sedes, Vnā in Italia primū, nēpe Romam ipsam: Alterā Cōstātinopoli, quò trāstatū est à Cōstantino Magno, quū hoc Imperiū Idololatricū esse desiit. Prius cornu & sedes lethaliter vulnerata fuerat, quū nulli iā Imp. in Italia & Romę essēt: sed oēs Cōstātinopoli. Hoc primū Bestiæ cornu fuit in homines pios & Christianos sæuissimū, vtpote quod erat Ethni-

cum. Verùm hæc illius Bestiæ plaga lethalis, fuit
 postea sanata. Nam & Honorius Imperator, &
 Valētinianus, Primus, Secundus, Tertius, & Gra-
 tianus, & post hos Maximus, Auitus, Maiorianus,
 Seuerus, Anthemius, Olibrius, Glycerius, Iulius
 Nepos, Augustulus hoc caput seu cornu Romani
 Imperij vulneratum sanasse videbantur, quum in
 Occidente, præsertim in Italia & Romæ regna-
 rent, etsi nõ pari maiestate, quæ sub Ethnicis Im-
 peratoribus fuerat, vt docēt in Decadibus Flauus
 Blondus, & in libris de Occidentali Imperio Ca-
 rolus Sigonius.

Quum igitur Prioris illius Bestiæ lethaliter in
 vno suo cornu vulneratæ plaga sanata sic exigua,
 & leuiter esset, extitit post hos omnes Reges Ita-
 licos à me commemoratos secunda illa Bestia è
 terra nascens, de qua est, Apocal. cap. 13. ver. 11. quæ
 Agni similia cornua habebat. Est autem iam hæc
 secunda Bestia Antichristus ille insignis, de quo
 Paulus 2. Thessal. 2. Hæc Bestia est Episcopus Ro-
 manus, qui postea se Vniuersalem Episcopum vo-
 cari fecit, & hoc ab Imperatore Phoca impetra-
 uit. Hæc secunda Bestia potestatem prioris Bestiæ
 omnem exercuit Romæ, & in eius conspectu. To-
 tum enim Imperij Romani idololatrici, & quum
 adhuc Romæ erat, statum instaurauit, reposuit, &
 mutatis nominibus prætextu Christianæ religio-
 nis & aguinæ mansuetudinis planè restituit. Er-
 go fecit vt Imago Bestiæ illius prioris vulnerata
 reuiuisceret, imò etiam ab omnibus incolis terræ
 adoraretur. Status enim, & Maiestas Romani Põ-
 tificis est, eadem prorsus, exceptis nominibus &
 voca-

vocabulis, quæ Romani Imperij Idololatrici fuerat ex quo fit, vt quum Romanus Episcopus Imaginem Bestiæ vulneratæ sanauerit, & viuere fecerit (quemadmodū in nostro illo libello ca. 10. demonstrauimus) & Miracula, quæ Antichristo vero S. Scriptura tribuit, ædat, & ædiderit, & Ignem è cælo, nempe diras, bella, seditiones (quæ sunt Dei flagella in homines cœlitus missa Ezech. 14. vers. 21.) descendere faciat, quum vult, & in aliquē ista Bestia irascitur, & sæuit: certè Bestiam istam seu Romanum Pontificem esse verum Antichristum à S. Scriptura designatum nemo negare possit. Res enim ipse clamat.

Ad Cap. xvi.

Quod de Regno, & Præliis Antichristi ex Daniel 11. vers. 21. 7. vers. 24. & aliis locis colligit Bellarminus aduersus Libyæ, Ægypti, & Arabiæ (non autē, vt hic insulsè scribit, Æthiopiæ) Reges, illud est, prorsus ineptum, vanum, falsum. Loci enim omnes illi ad Antiochum Epiphanem Regē Syriæ, qui multis seculis aduentū Christi in carnē præcessit, pertinet: in quo fuerūt omnino impleti: neque post Christi aduentū restarunt implendi. Id quod pij omnes facilè ex nostrorū in eos locos cōmētariis, præsertim D. Iohānis Caluini, & D. Frāncisci Junij, percipient. Quæ autē de vero & insigni illo Antichristo, de quo nūc agimus, scitu necessaria sunt, illa non in Daniele (cuius hæ Prophetiæ ante Christi Incarnationē omnino implemētū habuerunt) sunt quærēda: sed ex Pauli posteriore ad Thessalonicenses epistola, ca. 2. Iohānis Apocalypsi, ca. 12. 13. 14. 17. 18. Illa enim capita de vero An-

tichristo loquuntur. Quæ autem in illis extant de Antichristo, omnia sunt partim iã in Romano Pontifice impleta, partim quotidie implentur. Ex quo fit, vt ex illis locis Romanus Pontifex demonstratur esse verus Antichristus: non autẽ alius quisquã.

Testimonia Patrum ab isto prolata nihil nos premunt, nihil cum iuuant. Partim enim Patres ad veram illorum locorum mentem non attendērũt: partim latius Antiochi Epiphani (qui Iudeos & Dei ecclesiam persecutus est) cum Antichristo sub Euãgelio & post Christum futuro cõparationem extenderunt, quasi singula, quæ de Antiocho illo scripta sunt, ad verbũ & ad litterã (quemadmodum Bellarminus pueriliter hũc tradit) vero Antichristo conueniant, & quadrẽt. Est enim fallacia à dicto secundũ quid. In nonnullis, iisque paucis, Antiochus Epiphani & verus Antichristus concordant (velut quòd ecclesiam Dei obstinatissimẽ persequuntur, fraude aduersus pios, & sua tyrannide occupanda vtentur) ergo in omnibus & singulis consentiunt, & quod de vno tradit S. Scriptura, alteri quoque omnino accommodari debet. Quis te sic argutantem ferat Bellarmine?

Ad Cap. xvii.

NE non omnia scire Palephatus iste videretur, vel potius indoctus iste Suffenus ne non omnia ignorare crederetur & verẽ censeretur, & hũc quoque de re sibi prorsus ignota, & in qua plane cecutit, agit, nempe, de iis populis, quos Iohannes Apocal. 20. vers. 8. *Gog & Magog* vocat. Vult enim, tentatque explicare, quĩnam illi sint. In quo multa mouet, nihil promouet: multum sudat, nihil assequi-

assequitur iuxta illud Pauli, *Semper quærentes, & nihil addiscentes* de hæreticis loquentis.

Ergo iste laboriosissime nouem Patrum de Gog & Magog sententias perquirat, & recenset: eas tamen omnes improbat, & falsas esse vult: etiam nonam, quæ est B. Augustini, & quam, ipsomet Bellarmino teste col. 699. L. B. omnes patres sequuntur, iste tamen reiicit, ne soli videamur patres repudiare, sed Bellarminum autorem imitati, ne plus quàm par est, illis tribuamus. Amicus enim Plato, sed magis amica veritas.

Tandem suam sententiam (quam nouam & recentem cõmentus est, & affert imperitissime) commemorat, quæ & mera diuinatio est, & nullo sulta vel saltẽ probabili argumento ac fundamẽto. Itaque ait ipse *probabile est, probabile est*. Atqui sicut est turpe Iuriscõsulto sine lege loqui: sic & Theologo sine textu aliquo S. Scripturæ. Alioquin hoc est animi sui cõmentũ proferre, quod vetat Dominus Hier. 23. vers. 26. 29. vers. 8. Et tã facile, inquit Hieronymus, reiicitur quod sine Dei verbo profertur, quàm affirmatur. Verùm aperte refutatur hæc Bellarmini sententia. Vult enim Antichristũ verũ ex hoc Ezechielis loco (quem ait idẽ prædixisse, quod Iohãnes ca. 20.) pugnaturũ esse ascitis illis suis populis Gog, & Magog cõtra Ecclesiã: & hos Gog & Magog fore si non Scythas, saltẽ homines crudeles & barbaros. Hęc omnia falsa sunt, primũ, quia tota illa Ezechielis Prophetia ca. 38. & 39. suum implementum totale habuit ante Christi in hunc mundum aduẽtum. Ergo de eo, quod post Christi mortem demũ futurum erat, nõ loquitur Ezechiel. Ac

prouide non est eadem Iohanni, & Ezechielis Prophetia, etsi paria euenta vtraque historia & res sit habitura: & verbis Ezechielis vtitur Iohannes, vti verbis Danielis saepe. Deinde Gog & Magog populi dicuntur fuisse principes & primarij inter Mesechitas, & Tubalitas Ezech. 38. ver. 2. 39. vers. 1. At Mesechitæ & Tubalitæ sunt populi ij, & in eo terræ tractatu & situ, vbi qui ab Historicis Profanis dicti sunt Albani & Iberi ad Caspiū Mare, olim habitauerunt, quemadmodū ex Ezech. 32. ver. 26. Gen. 10. ver. 2. colligi potest, qui & Moschi seu Moschitæ quoque dicti sunt. Mesechitarū denique meminit Plinius li. v. Naturalis Hist. ca. 23. C. Solinus Polyhistor Moschitarū ca. 41. qui eos cū Scythiis coniungit & Pōponius Mela lib. 1. cap. 20. Qui populi cū huius Iudæi Antichristi situ, habitatione, & potestate, (quæ erit, ex Bellarmino, Hierosolymis) nihil habent cōmune. Deniq; Bellarminus Antichristus solū per tres annos & tremestre duraturus est. At Gog & Magog per totos annos septem post prælium commissum durabunt, vt expressè testatur Dei Spiritus Ezech. 39. vers. 9. quò manifestè hunc hæreticum futurum confutaret. Fore enim præuiderat Deus.

Quod igitur iste ex Ezechiele affert, illud eum refellit, ostenditque hunc cōfundere diuersissima tempora, quæ ante Christi aduētum, & post Christi aduētū fuerunt, multis interiectis seculis. Quæ robustissima fraus est. Aiunt enim in scholis, *Distingue tempora, & intelliges Scripturas.* Quid autē totus ille locus Apoca. 20. contineat, vtque sit explicandus ver. 8. ingenuè fateor me ignorare. Quāobrem de illius interpretatione nihil dicam.

Ad Cap. XVIII. & XIX.

Postquam ratione non potuit euincere Bellarminus, quod cupit: vt, si potest, à suo Pontifice Romano & Ioue sacerdotium tamen aliquod accipiat, ad conuitia, quorum est scientissimus, decurrit, quæ plurima iam in viros pios & longè se meliores, & mortuos tanquam canis rabida & copiosa ingerit. Ac primum in virum Sanctissimum D. Martinum illum Lutherum, cuius defensionem, vt & Synodi Smalchaldicæ, viris pijs, & eruditjs, quibus abundat Germania, relinquo. Hoc tantùm dicã, istius in Lutherum conuitia ex ipsius non tam Lutheri, quàm verbi diuini hostibus infestissimis. Cochlæo, Eeckio, Fabro, & alijs nebulonibus sumpta esse. Quod autè ad argumentum Lutheri, est firmissimùm. Nullæ sunt enim in tota ecclesia Romana superstitiones, ceremoniæ, pompæ externæ & inutiles, imò blasphemæ in Deum, & ipsius Christum, quæ nõ ab isto Antichristo vero, Id est, Romano Pontifice sint vel repertæ, vel confirmatæ. Nã eatenus valent, quatenus ab ista Bestia sunt probatæ in tota Romana ecclesia, teste Bellarmino, col. 701 L. D. Est igitur earum autor, qui is dat robur, & *κύριος*; seu autoritatem.

Quod ad argumenta Synodi Smalchaldicæ, illa & vera sunt, & iam à nobis suprâ confirmata, responsimque ad omnes, quas hîc contrâ Bellarminus affert, solutiones, quæ sunt mera crambe repetita. Est enim hic scriptor verbosus, non neruosus. Nam quod hîc quoque negat suum Iouem Capitolinum à Concilio, aut vlllo mortali iudicandum esse, proculdubio confirmat suo suffragio, quod

scribit illa Synodus, Papam se supra numen extollere, & se Deum facere. Nam Spiritus Prophetarū subditi sunt Prophetis, ait Paulus 1. Corinth. 14. Et quod in eadem epistola c. 2. ver. xv. dicit, Spiritua-
lis à nemine iudicatur, in vniuersum ad omnes ve-
rè fideles pertinet: nequaquā ad Papam, qui mini-
mè est ex numero fidelium, & vere Electorū Dei.

Denique quod ait iste, vt aliquod Romanę Pō-
tificiæque tyrannidis exemplū aucupetur, & pro-
ferat, Reges à nemine iudicari, falsissimum est. Iu-
dicantur enim, ratione conscientiæ, à Dei Eccle-
sia: ratione Politicæ à sui Regni collectis ordinibus
& Ephoris, vt exemplum Agidis docet.

Ad Cap. xx.

Quod Caluini argumētum scribit Bellarmi-
nus esse vitiosum, & petitionem principij,
denique præsumptionem, non Probationē, falli-
tur ipse, & manifeste nugatur. Nā id negat iste ve-
rum esse quod totus terrarū orbis, qui se Christia-
nū appellat, verū esse fatetur, agnoscit, experitur:
& res ipsa loquitur, nempe Romanum Episcopū,
Nova Sacramenta in ecclesia instituisse, Ordines,
Matrimoniu, Vnctionem, & alia, quæ à quocun-
que primū fuerint reperta, tamen in ecclesia Ro-
mana ideo solū valēt, & locū habēt, quoniā ab hoc
Romano Pontifice sunt cōprobata ac canonizata.

Idē Episcopus Romanus Noua æternæ salutis
obtinendæ Media instituit, & finxit, nēpe suas in-
dulgētiās, merita hominū, ceremonias à se præ-
ceptas, quas qui obseruat tā est certus, ex istorū sen-
tentia, de sua salute, quā si in Christū vnū credat.
Idē Romanus Episcopus dispensat de Legibus à
Deo positis. Reges & priuatos pro furoris sui libi-

dine ligat, & soluit, testes Henrici IV. & V. Friderici I. & II. Otho. III. Imperatores. Reges Galliarum Henricus II. III. & IV. Denique Nouos quoque Deos idem facit, nempe defunctos homines, quos canonizat. Et ut sit tam impudens Bellarminus, ut hoc à Papa suo fieri neget? Quæ patet omnibus, non sunt superflue probanda. Et certe plura negare potest obliuatus Asinus, quam probare Philosophus. Solè ipso Meridie lucere neget quoque Bellarminus.

At excipit Bellarminus, Romanus Papa non se iudicat immunè à Dei iudicio. Respondeo verum esse: sed neque quoque Rex vllus. At se ab omnium hominum iudicio Pontifex eximit. *can. Aliorum & can. seq. 9. quest. 3.* Id quod est parè se Deo in his terris facere. Nec enim eam tyrannidè sibi Reges usurpant vlli.

Ad Cap. XXI.

Ilyrici ratio nulla eget probatione. Patet enim ipsa per sese: & quæ clara sunt, non probantur. Quis enim nescit, Quot in cælo à Papa nostri intercessores collocantur, tot Christos constitui? Quis nescit Missæ sacrificiū ab istis pro vera peccatorum hominum viuorum & mortuorum expiatione, quatenus est opus sacerdotis, operatum, defendi, laudari, obtrudiri? Nec enim Missam vestram ut putas Bellarmine, sed sacram suam Cœnā Dominus à suis Ministris celebrari iussit, non pro expiatione peccatorum, sed pro recordatione suæ mortis, in qua est illa expiatio, non in vlllo alio quoquam opere. Suorum autem præceptorum obseruationem seucrius Papam exigere, quam Christi ipsius mandatorum, ac propter ea se Christo præferre, quis ignorat? Sed quia de singulis falsæ doctrinæ (quam iste tuetur cum suo Papa) capi-

tibus postea suis locis differemus, eum locum præmitto integrum, & ad eum me referuo.

Porro, qui locus ab hoc citatur ex 1. Corinth. 9. vers. 22. quanquam ab isto imperitissime conuersus est: tamen nihil omnino sanctorum Defunctorum pro nobis suffragia inuat: sed ostendit, ut in rebus indifferentibus, earumque vsu oporteat nos fratrum ædificationis rationem habere. Hoc enim de se viuo dixit Paulus, non mortuo.

Quod negat iste Regnum à Romano Pontifice auferri Christo, impudens est. Quum enim, Christi beneficia extinguat, ad suas Indulgentias, Bullas, & ceremonias à se præscriptas ea trãserat: Potestatem Christi sibi, vicarij titulo, arroget, quis nõ videt Christum à Romano Põtifice spoliari: Hæc millies repetentur, quia verbosus est iste scriptor.

Canon *Si Papa* Dist. 40. quanquam est Bonifacij scriptura, illius tamẽ autoritas pendet ex R. Põtificis decreto. Est igitur in eo vox quidẽ Iacobi, sed autoritas & manus probans Esau: vox Bonifacij, sed manus & robur à Zacharia. Hunc igitur canonẽ vobis obijcimus, non quia vera docet, sed quoniã a Bonifacio isto Romani Pontificis mancipio scriptus, à Romano Põtifice Zacharia primùm, tũ aliis eũ Põtificibus secutis comprobatus est, atque ex eo suam tyrannidẽ *καὶ ἀναρτυροῦσθαι* exemptionemque ab omni humano iudicio tuentur. Nam quum per Bonifacium id scribi voluit R. Põtifex, scripsisse ipse videtur, per Regulam, Qui per alium facit, per se facere dicitur.

Danielis verba omnia ex cap. 7. & ca. 11. ad Antiochum Epiphanem propriè spectãt. Verum Paulus

lus 2. Theff. 2. docet Antichristum sese subuecturū in parem vero Dei numini potestatem. Id quod procul dubio facit R. Pontifex.

Negat Bellarminus Romanum Pontificē scripsisse S. Scripturā solum hærescōn fontes aperire. (Id quod neque Hilarius, neque Tertullianus aiūt. Verba eorum hīc citata legātur.) Extat hoc ipsum in Bulla Leonis X. R. Pontificis, quum Tridentinum Concilium primū conuocat.

Quæ in 4. 5. 6. 7. argumento affert ex Daniel. ca. 11. Illyricus, uti sunt allegoricā interpretatione ab Antiocho Epiphane ad verum illum Antichristū traducta, sic neque examinabuntur, spectabuntur, deffendentur hīc à nobis. Nequaquam enim ad verū Antichristum pertinent. Quæ tamen ad ea argumenta solutiones à Bellarmino opponūtur, sunt omnes falsæ, & impudentissima mendacia. Negat enim idola à suis ex Papæ Romani præcepto in suis Templis adorari, aurum in illis plus quàm pietatē collaudari, ornatū externum Templorū pro vero Dei cultu sub Euāgelio censi inter Papistas. Quæ singula quum negat, toties sciens & prudēs mentitur: Bellarminus: neque causam suā defendit, sed prodit ostendens aliā ratione, quàm mendacio falsissimo, stabiliri, aut tegi non posse.

Ad primum Illyrici ex 2. Theff. 2. (vbi verissimè de insigni illo Antichristo differit Paulus) argumentū: respondet Bellarminus omnes Episcopos Papistas sedere in Templo Dei, ergo omnes fore Antichristos. Respondeo, Bene colligit Bellarminus, sed inter eos insigniter *κείναι ἐξοχῶν* ille, qui inter eos caput est, & Episcopus in illo Tēplo Vniuersalis est Antichristus, Ergo ille est verus An-

tich. Ille autē est solus Episcopus Romanus, Quod addit iste, si Papa sedet in Ecclesia, ergo Euāgelici sunt extra Ecclesiā, adde Papisticam. Illa enim sic ecclesia, vt Hereticorum quiuis conuentus ecclesia dicitur, *κατὰ τὴν*, & æquiuocē: extra quam qui est, est intra, non extra veram ecclesiam, si Christi puram doctrinam sequatur, quod facimus.

Ad secundum Illyrici argumentum sophisticatur Bellarminus. Non videt enim Illyricum manifestationem insignis illius Antichristi referre non ad tempora Petri, Pauli & aliorum Apostolorū: sed ad ea, quæ lōge postea subsequuta sunt tēpora, & ad Tempora Phocæ Imperatoris Romani.

Ad tertium & quartum Illyrici argumentum responsio Bellarmini nihil valet. Perinde enim est ipsum Pontificem fecisse, aut facere falsa miracula, atque alios ipsius sectatores, & mancipia illa reddidisse, & sic homines decepisse, vt Pontificis Romani, id est, Antichristi tyrannidē tuerētur, & fundarēt, qualia isti multa habēt in sua legēda Aurea.

Quintum Illyrici argumentū prætermittit iste, quia satis ex veris notis perspicitur. Verū Antichristū iā patefactū esse, eūmq; ipsum esse Pōtificē Romanū: quē funē ducere, & attingere nō audet Bell.

Ad locum ex 1. Timoth. 4. quem citat Illyricus, nihil respondet Bellarminus: sed tantum suam inscitiam prodit, qui fidē Historicam à iustificante (tam est hebes) distinguere non potest. Putat enim veram & iustificantem fidem esse eam, qua simpliciter credimus verum esse Dei verbum scriptum. Nec à Paulo definitionem fidei prolatam Rom. 10. v. 9. 10. vel per ὁραρ intellexit iste Theologaster.

Ex reuelationibus Mortuorum, & Visionibus

Spirituum, imo Dæmonū ipsorū (cōtra ipsummet
Dei verbū tamen, & præceptū Iſ. 8. v. 19. Luc. 16. v.
29. 31.) Magnam doctrine Antichristi Romani par
tem fundatam esse apparet ex quattuor Gregorij
Magni Dialogis, legenda sanctorum, quā Auream
vocat, & cōfirmatione potissima suorū Dogma-
tū, præsertim de transubstātiatione quā afferunt:
sed & aliorū quoque, vt apparet ex istorum libris.

Deniq; quod de cōiugij, & Ciborū prohibitio-
ne allegat Illyricus, prorsus Antichristianę doctri-
næ Romanæ quadrat. Nā in ea & cibi omnibus: &
coniugiū Monachis, Episcopis, Clericis prohibē-
tur cōtra Dei verbū 1. Tim. 4. v. 3. Heb. 13. v. 4. idq;
apertissime. Nā de cibis extat can. *Denique. 8. Par
autē est.* Dist. 4. & can. *Quia dies cōsecrat* Dist. v. de
coniugio Clericis prohibito extat can. *Presbyteris*
Dist. 27. & tota seq. Distinctione 28. ne id Bellar-
minus, suo more mentiēns, negare audeat. Ergo
recte probant nostri & verè, impleri in Papatu &
sub Antichristo Romano, quod Paulus de Demo-
niaca doctrina & Christo cōtraria futura in ecclesia
prædixerat: ac proinde R. Pōtificē esse Antichristū.

Ad Cap. xxii.

Qvod Tittelmānus appellat Pōtificios eos, qui
verū Antichristū ex tribu Dan nasciturū, ve-
lut Articulū fidei tenēdū, asseuerant, nihil doctri-
nā Bellarmini, aut sentētiariorū cōmēdat, quasi in
eo cū Patribus cōsentiāt. Patres enim illud nequa-
quā affirmāt, teste Bellarmino ipso supra c. 12. col.
678. L. D. §. *Denique quia plerique Patrū, ait Bellar-
minus, nō dicūt hoc se scire, sed probabile esse insinuāt.*
Mēdacem, qualis tu es Bellarmine, memorem esse
oportet, Intellectin' ? Verum tu, sententiariique

tui id, tanquã caput aliquod fidei, affirmatis. Quod nequaquam faciunt vlli Patres.

Non nominant S. Scripturæ, ait Bellarminus, Romanum Pontificem dum de vero Antichristo loquuntur. Fallitur: nominant, Apocal. 17. vers. 9. & 18. Præterea quã ex certis notis eum, qui Romæ est, demonstræt esse verũ Antichristũ, eũ procul dubio nominat. Est enim, vt inquit Jurisconsulti, demonstratio vice nominis, imò nomine ipso certior.

Tertium & quartum argumentum Tilemanni ostendit fabulosam Pontificiorum de Antichristo sententiam quum locos de Antiocho, & in eo completos ad Antichristum etiam litteraliter applicat, & ad verbũ. Quod autẽ iste Patres suos esse putat, nugatur. Nã Patres suas tantũ de iis locis, quos nondũ intelligebant, cõiecturas dubitatẽr arulerunt. Isti vero Põtificij hæc ipsa, tanquam ex Tripode, & diuina oracula, sine Dei tamen verbo, asseuerant, & Articulos fidei suæ constituunt, & esse volunt, quod iste facit.

Tilemanni probatio & conclusio hoc fundamento, & quidẽ verissimo, nititur. Non debet inter Christianos esse Articulus fidei, quod non extat in Dei verbo scripto. quia multi pseudoprophete exoriturũ sunt. Quæ Pontificij de suo, non vero Antichristo tradunt, nõ sunt in Dei verbo scripto. Ergo ea pro Articulo fidei nobis esse non debent tenet consequentia in *Celarõt*. & est in prima figura, quæ est excellentissima. Ergo valet Tilemanni argumentatio.

Ad Cap. x x i i i.

Quod iubet Paulus Roman. 12. vers. 3. *Sapere nimirum ad sobrietatem*, id mihi à verẽ piis

obseruādū esse videtur cū in omni S. Scripturę par
 textū verò præfertim in Apocalypsi, vbi permulta
 obscura sunt. Ergo quod D. David Cythreus ex
 ca. 8. & 9. Apocalypsis de heresibus & Heresiarchis
 scribit, & tradit, etsi ex parte verū est: non tamen
 plenam, meo iudicio, illorum locorū explicationē
 continet. Nā nō solūm status mūdi ecclesiasticus,
 sed etiā Politicus in his duobus capitibus compre
 hensus est. Monstrauit enim & declarauit Spiritus
 Sāctus Ecclesię Dei, quę tū ratione falsificationis
 verę Doctrinę, tum regiminis ipsius Politici, ca
 lamitaces euenturę mundo essent. Nec destituo
 in his meā quadam & ipse interpretatione, quam
 breuitatis causa, nunc omitto. Itaque quod David
 Cythreus hīc affert, prætermitto ex cap. 9. Apoca
 lypsis, & de sexta, & quinta plaga.

Hoc tantūm dicam, quod est verissimū, nequa
 quam à Bellarmino tamen confutari Cythreū ra
 tiones, Quoniam Bellarminus stellę nomine vult
 Diabolū potius, quā Romanū Episcopum, id est,
 Antichristū verum intelligi. Nam & ille Episco
 pus Diabolus est quoque, nempe calumniator &
 persecutor Christi ipsius, & Electorum, vti Iudas
 Iscariotes à Christo Diabolus dictus est Iohan. 6.
 vers. 70. Deinde stella cecidisse dicitur ratione Io
 hannis, quę nostri tamen & implementi ratione
 erat casura. Sic Prophetę Dei, qualis illic Iohan
 nes, quę adhuc futura sunt, quasi iam facta & præ
 terita repræsentant, & pronuntiant.

*Antithesis Christi, & Christiane, seu Evangelicę
 doctrinæ cum Antichristo, id est, Romano Pontifice,
 & Antichristi doctrinæ.*

Cythreus ait, vnum Deum inuocandū esse do-
 cet S. Scriptura, & Christus Math. 4. v. 10. An-
 tichristus Romanus plures inuocandos, quot quot
 nimirū ipse facit & iubet cēseri sanctos, post ipso-
 rum mortem. Bellarminus respondet, Deus iubet
 pedū suorum scabellum adorari Ps. 99. v. 5. Abdias
 Eliā adorauit 1. Reg. 18. vers. 7. Respondeo imperi-
 tissimū esse linguæ Hebrææ hominē Bellarminū,
 qui verbum *Adorandi*, pro simpliciter & ciuilitate
 incuruari sumi nō videat in adoratione Abdias. In
 Ps. iubetur Deus seu Arca Dei (quæ scabellū pedū
 eius appellatur, vti tota terra Is. 66. vers. 1.) quoque
 adorari: vti enim diadema & foliū Regis, salutato
 rege, salutatur: sic quū Deus in sua Arca adoratur
 1. Reg. 8. Ps. 18. & Arca quoque adorari dicitur per
 Metonymiam, aut Metalepsin. Ergo est fallacia in
 æquiuocatione vocis *Adorandi*. Falsissimum autē
 est quod iste vult, Deum non vetare nos quālibet
 creaturā pro creatore habere, & adorare. Refuta-
 tur. n. ex secūdo legis præcepto Exo. 20. v. 4. Deut.
 6. v. 4. Deniq; quod Paulus se cōmēdat priorū ho-
 minū vinorū precibus nullo pacto confirmat de-
 functorū hominū pro nobis suffragia. Est fallacia
 ista, à Migratione generis ad genus: quēadmodū &
 illud, quod addit, Sic Deū recte inuocari ad statuas
 Martyrū, quēadmodū sub lege recte fuit inuoca-
 tus ad suū, & à se præscriptū Tēplū Hierosolymis.
 Duplex fallacia est, Ab ignoratione Elēchi. Prima
 quòd iussū à Deo cū eo, quod Deus vetat cōfun-
 ditur. Iusserat enim se coli in suo tēplo, vetat se a-
 dorari ad statuā vllā. Secūda, quòd alia legalis cul-
 tus ratio olim fuit, alia cultus Dei sub Euangelio
 est.

est. i. Tim. 2. v. 8. Christus ipse docet Ioh. 4 ver. 22.
 23. Ergo quocumque tempore hæc Christi præce-
 ptis contraria doctrina fuerit inuenta & instituta,
 siue ante, siue post tēpora Gregorij Magni, quum
 in Romana Ecclesia, i. sede veri Antichristi solūm
 vigeat iam, & retineatur, apparet eā doctrinā, quæ
 Christi doctrinæ est opposita, in Antichristi .i. Ro-
 mani Pōtificis solo regno obtinere, probari, coli.

Cythræus, ait, Docet Christi doctrina, nos gra-
 tis, id est, Dei gratia per redemptionem factam in
 Iesu Christo iustificari coram Deo absque operi-
 bus nostris Rom. 3. v. 24. 28. Antichristus ait, Nos
 operibus nostris & iustificari corā Deo & seruari.

Bellarminus respondet, nō omnia opera nostra
 mereri apud Deum, quia sunt alia mere naturalia
 quæ non merentur, ait iste. Alia dispositiua ad fi-
 dem, eamque præcedentia, hæc ex parte merentur:
 Alia sunt opera fidei, & fidem seu Iustificationem
 nostram subsequētia. Hæc plane merentur nobis
 apud Deum vitam æternam. Respondeo, Ergo ve-
 ra est Antithesis à Cythræo facta ex concessione
 Bellarmini. Nam ex hoc loco probatum est in Ro-
 mana Ecclesia vigere eam doctrinam, quæ non so-
 li & vni gratiæ Dei per Christum tribuit nostram
 salutem: sed operibus etiam nostris. Quod autē lo-
 cum S. Scripturæ requirit iste, vbi vita æterna me-
 ritum Dei donum appelletur, en illi Rom. 6. v. 23. 2.
 Tim. 1. vers. 9. Nec obstat, quod eadem vita æterna
 & Merces, & Corona dicitur Rom. 4. 2. Tim. 4. v. 8.
 (quem locum ipse citauit, non autē intellexit) est
 enim Merces, & corona promissa, non merita &
 debita nostris operibus sicut distinguit Paulus

Rom. 4. ver. 4. & ibi Chrysostomus, Rom. II. ver. 6.

Quod obiicit Bellarminus fide & Sacramentis Deū uti, ut nos seruet, verū est. Sed Deus ipse nos seruat, nō aliud: fides & Sacramēta sunt media tā-
tū, quibus propter infirmitatē nostrā utitur Deus ad salutē nostrā obsignandā & apprehendendam.

Cythræus ait, Inbet Christi doctrina ut certi simus de Dei promissionibus erga nos, qualis est peccatorū nostrorū remissio per Christi sanguinē singulis credētib⁹. Mat. 26. v. 28. Marc. 10. v. 45. Ro. 1. ver. 16. Antichristi .i. Romana doctrina iubet singulos fideles de suorū peccatorū remissione dubitare, & incertos esse. Bellarminus respondet, non promitti absolutē remissionē peccatorū hominibus à Deo in Euāgelio: multo que iuberi minis, ut singuli fideles de remissis suis peccatis à Deo sint certi. Respōdeo utrūq; falsum esse, quod iste scribit. Nā omnibus & singulis credentibus absolutē promittit Deus remissionē peccatorum in Euāgelio. Est enim Euāgelium potentia Dei ad salutē omni credēti Rom. 1. ver. 16. & 3. v. 24. & 25. Deinde singuli fideles certi sunt de ea sibi data, & de sua salute Rom. 8. vers. 38. At excipit Bellarminus ex Eccl. 9. Incertus est homo, utrū sit odio dignus, vel amore. Respondeo, Quatenus aliquis nō Dei promissiones in Christo spectat: sed externa huius vitæ corporeæ cōmoda tantū, vel incōmoda, se ab eo, quē Deus nō diligit, distinguere nō potest, Ps. 73. vers. 17. Sed aliud est certitudinē nostræ salutis fundare in Dei promissionib⁹. veri. simis, quod nos iubemus cum Dei verbo aliud eam ex commodis vel incommodis huius vitæ temporalis metiri, quod

quod isti, cōtra Dei verbum Mat. 5. vers. 45. faciūt.

Cythræus ait, Christi doctrina tradit vnicā Christi mortē, quam ipse pertulit, esse vnicum peccatorum nostrorum expiandorum sacrificium Hebr. 7. v. 27. 9. v. 26. Antichristus docet Missā esse quotidianum pro viuorum & mortuorū peccatis expiandis sacrificium. Ergo est contraria Christo.

Bell. cōcedit Missam esse repetitionem sacrificij Christi, sed in Mysterio. Respondeo. Ergo in Mysterio non verè ab istis offertur in Missa Christus, & corpus Christi, quod est transubstationem profus tollere: opponit enim Lombardus lib. 4. Sentent. Dist. 10. cap. 3. Significandi Mysterium, rei veritati. Quare si in Mysterio tantū offertur Christi nō in rei veritate offertur: ac proinde corpus Christi tantum in Missa erit per significandi mysteriū seu per significationem: nō per rei veritatē. Deinde commemoratio mortis Christi in mysterio ab ipso Christo instituta, est Sacra Domini Cœna, nō missa Pōtificia: quæ ex diametro cum S. Cœna pugnat. Cythræus ait, Christi doctrina mōstrat, peccatū esse quod pugnat eū lege Dei: nō tantū actionē externā, sed etiā cōcupiscentiā 1. Joh. 3. v. 4. Rom. 7. v. 7. Antichristi, id est Romani Pōtificis doctrina negat concupiscentiā & eiusmodi infirmitates esse peccata corā Deo, ergo Christo cōtraria est.

Bellarminus concedit totum argumētum Cythræi, licet, honoris suorum tuendi gratia, vocet mendacium: Imo Paulum nobis assentiri agnoscit. Augustini dictum nihil Bellarminum iuuat. Dissinguit enim peccata Malitiæ Augustinus, à peccatis infirmitatis, & more hominum loquens pec-

cata Malitiæ κατ' ἐξοχλήν peccata vocat: infirmitatis peccata leuiora nominat. Sed nō quid Augustinus sētiat, sed quid Christus doceat, quærim⁹ Bell. vt vos Antichristos esse (ac propterea mēdaces, sic n. cōcludit, & eos appellat Iohā. 1. Epist. c. 2. v. 11.) certissimè demōstremus. Cythraeus ait, Christus docet, Neminē posse Dei legē implere, & per legis impletionem coram Deo iustum censerī, Roman. 3. I. Iohan. 1. v. 10. Ps. 14; v. 2. Antichristus cōtrā nos implere posse legem Dei, & sic coram Deo iustos censerī. Ergo Christo contraria docet.

Bellarminus hoc à suis doceri fatetur, imo tuetur obstinatè, quia pij viri in hac vita etiam sancti & iusti, inquit iste, sæpe vocantur. Respondeo per solam imputationem iustitiæ Christi, nō per impletionem legis diuinæ ab ipsis præstitam, pij dicuntur Iusti & Sancti. Itaque magna istius Theologastri inscitia apparet, qui quomodo Electi Dei in hac vita Pij appellentur, ignorat: nisi si fortassis in Anabaptistarum hæresin & castra transire iā iste cogitat, Sunt enim hæreses mutuo quodam inter se vinculo connexæ. Eligat, Vtrū imperitus Theologus, an Anabaptista audire malit. Quod obiicit Vitam æternam dici *Mercē* dem iā exposuimus. Augustini dictum eū ipsum iugulat. Ostēdit Augustinus eam ipsam bene viuendi voluntatem à Deo nobis petendam esse: iste nostram esse contra contendit.

Cythraeus ait, Christus ait, bona opera esse. Iō la. quæ à Deo fieri præcepta sunt, Deuter. 12. v. 8. Math. 15. v. 9. Antichristus vult omnia quæ præcipit ipse esse bona opera, & Deo placentia & grata. Is autē, qui hæc docet, est Episcopus Rom. Er-

go est Antichristus, & contraria Christo docet.

Bell. negat ea solùm esse bona opera, quæ Deus fieri præcepit. Ergo alia erit Iustitiæ regula, quàm Dei volùtas: & alius erit ipsa iustitia, quàm Deus.

Quæ sentire est planè blasphemũ, nedũ palã affirmare, & scribere, Id quod facit iste. Sed insigniter impudentẽ eũ esse oportet, qui semel verecundiæ fines transilierit, inquit. M. Tullius. Cõtra Bel. sãtit scribitq; Paulus Collos. 2. v. 23. sola Deo Nẽpegrata esse, quæ Deus ipse fieri præcepit. Cythreus ait, Christus in S. Cæna præcepit singulis communicantibus & Panis, & Vini vsum. Antichristus, i. Papa Romanus vini vsum ademit. Ergo contraria Christo docet Math. 26. v. 27. Bell. ait, Vocẽ omnes apud Math. 26. ver. 27. referri ad solos Apostolos.

Respondedo, Apostolis representasse omnes & singulos porro Sacræ Cænæ Domini communicaturos. Solos enim apostolos Christus tunc admisit, qui soli illi tunc apertam, & veram de vero Christo confessionem ædiderant, Math. 16. Tales autẽ ad S. Cænã admitti oportet, qui, & quis sit verus Christus intelligat: & fidẽ verã in eũ habeãt, eũq; profiteãtur I. Corin. II. v. 28. ergo vox omnes apud Math. & Marc. omnes & singulas personas S. Cænæ tũc cõmunicãtes, & postea cõmunicaturas cõplectitur. Sed iste homo est mihi, quod omnes vidẽt, ipsa Theologiæ Sacræ prima principia docendus, qui se tamen Coryphæum, Magistrum, & aliorum Doctorem esse putat, quales illi Iudæi, de quibus Paulus Roman. 2. v. 19. Ipsi cæci, qui se tamen duces cæcorum profitentur.

Cythreus ait, Christus docet Veram pœnitentiam.

tiam positam in admissi peccati dolore & vitæ emédatione, quæ ex fide in Christum manat. Mat. 3. v. 7. 8. 9. 2. Corinth. 7. v. 11. Antichristus autem, id est, Romanus Episcopus eam positam vult in contritione, Satisfactione coram Deo, & confessione etiam auriculari coram homine Sacerdote: & nos peccatorum remissionem hoc pacto apud Deum promereri.

Bellarminus hic impudenter agit, & veteratorem se præbet. Nam Sèntentiariorum omnium doctrinam, id est, suam manifestè negat, Nempe in Scholis suis doceri Remissionem peccatorum esse coram Deo ex his operibus Pœnitentialib. legat iste Durandum lib. 4. Sentent. Dist. 18. quæst. 2. N. 6. 7. Additiones ad Thomam 17. Artic. 2. & 3. can. *Intantum. §. Sine.* & can. *Inter. 2. De Pœnitent. Dist. 3.* intelliget & hoc, quod nos dicimus in suis scholis tradi, & defendi: & Cythraum vera scripsisse: sed non habuit iste quid tam solido argumento responderet. Denique balbutit iste, & profus infans est, non Theologus, dum Confessionem publicam in Ecclesiæ cœtu olim à peccatore pœnitente factam, de qua Cyprianus, cum confessione Auriculari ab Antichristo. i. Roman. Episcopo instituta & retenta confert: quæ vtraque multis distans parasangis. Hanc tamen ex illa nobis confirmare vult, tam est hebes, & nos auios putat.

Cythraus ait, Docet Christus cõiugium honorabile esse omnib. pijs, Hebr. 13. v. 4. Antichristus i. Papa Romanus illud magnæ suorum parti, Nèpe Clericis & Monachis prohibuit. Ergo contraria Christo docet.

Bell. sophisticè vocem *omnes* quum de Christianorum ordini b. omnib. (ne cuius ordinis, & ho-

minū piorū generi vetaretur coniugiū, hāc enim Dæmonum vocat Paulus I. Timoth. 4. v. 3. intelligit Apostolus ad Hebræos, iste sumit, & transfert ad gradus cōsanguinitatis. Malitiosè, & veteratorie. Est n. fallacia tum Ab æquiuocatione, tū Ab ignoratione Elenchi: eaque puerilis. Cæterū non quid Chrysoftomus senserit, aut Augustinus, Bellarmine, querimus: sed quid Christus, vt vos Antichristos esse demonstramus, & rationibus addicamus necessariis, quod *ἔδ' ἐξ δ' ἐξ' αἱ*.

Cythræus ait, Christus affirmat Ecclesiam esse fundatam supra se vnum & fidem in se, Math. 16. v. 17. I. Corinth. 3. v. 11. Antichristus, i. Pontifex Romanus contrā, cōtendit supra Petrā Ecclesiæ Romanæ eā esse fundatā. Ergo Christo cōtrarius est.

Bellarminus dat manus: fatetur enim Ecclesiam supra Apostolorū fidem, non vnus Petri, fundari. Quare igitur in totis his quinque libris Primatū in Ecclesiā Petro & Romanis Episcopis vindicauit? Hic enim præuaricator est, & plane destruit, quod supra voluit ædificare. Nam secundaria Ecclesiæ fundamentū fuerunt XII. Apostoli, & eorum iam successores omnes, huius Ecclesiæ sunt capita secundaria: non solus Romanus Episcopus.

Cythræus ait, Christus vetat vllum esse principatum inter suos Apostolos & eorum successores, Luc 22. ver. 25. I. Corinth. 4. ver. 1. Papa Romanus Primatū hanc in Ecclesia inter Pastores cōstituit, & tuetur. Ergo cōtraria Christo docet: quod proprium est veri, manifestique Antichristi.

Bellarminus ad notas artes confugit. Negat scriptum esse in Dei verbo, quod soluere non potest,

etsi nihil eo certius est, totidémque verbis in Dei verbo scriptum extat. Paulum Apolos maiorem facit, Nimirum, quia Paulus erat apostolus, apolos non erat: sunt autem ratione vocationis apostoli cæteris prælati à Christo, Ephes. 4. v. 12. nō vt aliis alij, aut etiam Ecclesiæ imperarent. 1. Petr. 5. v. 3. sed vt vbique plantarent Ecclesiam.

Quod Petrum præfectum aliis apostolis fuisse adhuc nugatur iste, cætius iam confutauimus. Occidit veterē coccysum, & cantilenam, *Profer oves meas*, quoniam aliud non potest afferre, licet iam euersum.

Denique ea pudet attingere quæ iste de contumeliosa & in Deum ipsum, & in pios homines mortuos cap. 9. apocalypsis interpretatione, omninōque falsa, vomit, & habet. Monachus impurissimus verè in Suitarum hara potius, quam vlla Sacerdotum ara edicatus. Verum qui sic viuit, vt tu, Bellarmine. Nimirum in cæno illo Sui & Romano, aliter, quàm tu, loqui non potest. Sed tibi morem tuum maledicendi relinquo: meum autem placidè disputandi reseruo. Nam vt te tuumque sodalium oblectares, nobis maledicere voluisti. Verum, Vtra capitis illius noni Apocalypsis interpretatio, tuane, an Cythrei sit vterior, videant & diiudicent pij. Certè rerum euentus iam Cythrai verissimum esse comprobauit, etsi illa allegorica est, non litteralis. Cæterum quàm verè, & bona fide nos Bellarmine cum hæreticis tum veteribus, tum Nouis (quales Trinitarij, aut Antitrinitarij, Sabelliani, Arrianis Eutythiani, Anabapt. & alij) cōferat, & accumulēt, vident omnes, qui nos norunt, aut nostra scripta

vel attigerunt. Quis enim acrius omnes hæreticos & scriptis, & edictis persequitur, minus eos esse patitur. Quod ad Ecclesiæ disciplinam, eam à nobis euerfam esse, qua fronte & conscientia homo iste effrons, obiicere audet, quam totus Mundus scit atque fatetur à nobis & solis & primis (quū iā per plus quā mille & centū annos in Ecclesia Romana collapsa esset) fuisse Ecclesiæ restitutam, eaque à nostris solis verè & conseruari, & obseruari. Sed manifestè mētiri iste maluit, quā nō maledicere. Porro quod iste multis verbis suā illā de locustis, quæ sunt Apoca. c. 9. interpretationē iactat & ostētat, vno verbo refellitur. Locustę enim istę, de quibus illic Iohannes, sunt, fueruntque Gothi populi, corūque exercitus sæui, varij, & pene innumerabiles, qui post Constantini Magni, & eius posteritatis tēpora sese in Romanū Imperiū & Ecclesias Christianas infuderūt. Hi verè fuerūt locustę ille c. 9. Apocal. ne allegoricę interpretationes quarantur, aut nos delectent. Id quod verissimè à me dici, & scribi fatebuntur ij omnes, qui veram Gothorū historiā, expeditiones, res gestas, ingeniū legerint, post Constantini Magni & imperij Romani ruentis tempora obseruarint.

Ad Cap. xxvi.

Nihil verius dici & obiici potuit aduersus Romanum Pontificem, vt ostendatur ille nullo modo esse Episcopus, quā quod telū in eū vibrat, & cōtorquet D. Iohannes Caluinus. Est autem inuitabile, & eiusmodi. Quicumque nullam muneris Episcopalis partem attingit, ille non est Episcopus Romanus Pontifex, quicumque

est, nullam muneris Episcopalis partem attingit. Ergo Romanus Pontifex nō est Episcopus. Huius syllogismi forma bona est, nam est in prima, perfectissimāque ratiocinandi forma, seu figura, quāquam veritatis obscurandæ gratia, Bellarminus eā confusè proponit, non autem syllogisticā formā eam repræsentat.

Materia eiusdem syllogismi verissima quoque est. Ac quidem Maioris (quam vocāt) propositionis consequentia valet ex dicto Pauli 1. Timot. 3. vers. 1. Episcopatus est opus & ἐπισκοπή, nō sola dignitas, & ἀξίωμα. Confirmatur ex II. 56. vers. 11. vbi qui Prophetæ & Pastores muti sunt, canes vocantur, non Pastores: feri & voraces appellantur, non custodes gregis. Pastoris denique officium est pascere gregem, 1. Petr. 5. vers. 2. Hier. 23. Ezech. 34. non autem se pascere, aut Gregi solū dominari 1. Pet. 5. vers. 3. Luc 22. vers. 25. Ergo qui neque pascit gregem, neque opus verum Episcopi & Pastoris exercet, Pastor aut Episcopus nequaquam est re ipsa.

Consequentia Minoris Propositionis patet, ex singularum Pastoralis, seu Episcopalis Muneris partium enumeratione, quam nullam vel summo quidem digitulo attingunt iam pridem Romani Pōtifices. Ergo quū & forma, & materia huius syllogismi bona sit, valet argumentū, & Romanum Pontificem de sede, & nomine Episcopi deiicit.

Quid ad hæc noster Bellarminus? Nostrū enim appello, quia iam in nostras partes planè transit. Et quum Minorem seu assumptionem nostrā negare non possit, fateaturque silentio suo non obscure, suum Romanum Pōtificem nullam Episcopalis

palis Muneris partem attingere, idque aperte col.
728. L. A. §. Adde nobis vi veritatis coactus, con-
cedat: ad notas sibi artes confugit, Nimirum vt
quod est in Dei verbo scriptum, neget scriptum.
Quis tibi Bellarmine Glauconiam istam obiecit
oculis, vt miser non videas quæ vides, neque legas
quæ legis? Es-ne tu Sceledrus Plauti? Quis Palæ-
strio tibi tenebras obiecit?

Ergo duplici modo Maiorem Syllogismi nostri
propositionem interimere, vt in Scholis loquun-
tur, conatur. Primum negando nomen *Ἐπισκόπος*
inter Christianos homines, & quatenus de eo in
ecclesia Dei agitur, significare opus & ἔργον. Ra-
tionem affert, quoniam *Ἐπισκοπος* apud Ethnicos
erat nomen Prætoris & Magistratus: testem etiam
Aristophanem, si Deo placet, hominem ἀθεόν, vt
sacra nos doceat iste, citat. Verum, Bellarmine,
non quo sensu Ethnici & profani homines. *Ἐπι-
σκόπος* vocem sumpserint. quærimus: sed quo signi-
ficato Paulus, & homines Christiani. Paulus ἔργον
esse ait.

Secundo loco respondet Bellarminus, vt *Regis*,
sic *Episcopi* nomen manere in eo, qui omnino à sui
muneris executione cessat: & nihil quicquam, nisi
Præfecturæ vmbra, & εἶδωλον retinet, & ostentat.
Respondeo toto cælo, totâque terra, & toto mari
Theologum istum Pôtificium falli, & errare: qui,
quod discrimen Christus inter Reges, & Pastores
ecclesiæ constituerit, nunquam obseruarit. Luc 22.
vers. 25. Regia dignitas in eo Rege manet, etiâ qui
planè cessat in suo munere, & deses est, & otiosus,
quia Rex caput, est totius Politici corporis coadu-

nandi gratia cōstitutus: ergo quādiu corpus Reip. corpus durat, Regia ista dignitas in Rege illo permanet. At Episcopus & Pastor in Ecclesia non ipsum corpus Ecclesiae vi suae dignitatis & Praefecturae coadunat & ligat. (Nam ipsa corporis Ecclesiae cōiunctio & compages nō ab Episcopo ipso manat in Ecclesia, quemadmodum à Rege in Regno: verum à solo Christo, Christique Spiritu, Ephes. 4. vers. 16. Coloss. 2. vers. 19.) sed ministerium duntaxat suum, & externum praebet Pastor & Episcopus, Christo vero Ecclesiae capiti, ad colligendam Ecclesiam. Quare si Pastor nullum suum ministerium Ecclesiae & Christo praebet, Pastor non est. Idcirco Christus dicitur caput Ecclesiae, non politicae. Ergo Ecclesia saepe nullum habet Pastorem hominem, quia habet suum caput Christum: sed Resp. nulla est, quae nullum habet Magistrū. Petrus ipse manifestum discrimen & inuariabile monstrat esse inter Pastores Ecclesiae, & eiusdem Dominos seu Reges, 1. Petri 5. vers. 2. canon. *Esto.* Dist. 95, idem ostenditur. Denique sicut in grege ouium, & mutus canis, & in ipsas oues ferus, non est earum Pastor, sed Canis & vorator: sic in Ecclesia qui mutus est, & lucra tantum ex ea sua percipit & capit Pastor non est, sed Canis amandandus, abigendus, eiciendus, teste Isaia Propheta, c. 56. vers. 11. Hieremia cap. 23. Ezechiele cap. 34. canon. Apost. 58. *Episcopus non docens deponatur.* Atq; hoc ipse Bell. supra, quū de Pōtifice R. heretico ageret, planè cōcessit. Tertio negat Bell. Episcopi officium, ex Dei verbo esse Dei verbū praedicare, Sacramenta administrare: sed curare vt ea per alios fiat, iuxta Regulam, Qui per alium facit, per se facere

videtur. R. Primum pugnat apertè Bell. cum ipso
 verbo Dei scripto, 1. Tim. 3. v. 1. 1. Pet. 5. v. 2. 1. Tim.
 4. v. 11. *Hæc denuncia & doce.* Act. 20. v. 28. Deinde
 falsum est, *Qui perpetuò (& nō ad tēpus tātū, idq;
 breuissimū, & ex iusta, & tēporaria duntaxat caus-
 sa, non perpetua) in suo munere ipse exercēdo ces-
 sat, esse, & manere Pastorem & Episcopum.* Pastor
 decubens ex febris ad tempus, certè manet Pastor:
 sed si morbus aliquis est incurabilis, qui eum à suo
 munere peragen. do semper impediatur, titulo tenus,
 non re ipsa Pastor erit: licet sit ab Ecclesia & gre-
 ge, (cui in Christo fideliter seruiuit,) alendus, si se
 suis sumptibus & opibus ipse alere non potest. Est
 enim hoc æquissimum. Nā & boni Patres familias
 seruos suos senes, & infirmos alunt: & Atheniēses
 Mulam illam per totā ipsius ætatem aluerunt, qua
 duce in Acropoli ædificanda vsi fuerant, licet ho-
 mines Ethnici fuerint illi. Excipit Bellarminus,
 Valeriū Hipponensem Episcopū fuisse Episcopū,
 & tamen diutissimè nullam sui muneris partē at-
 tigiſſe: verū illud per Augustinum futuram suc-
 cessorem suum administrasse. Respondeo. Politicæ
 externæ ratione & Priuilegiorum dignitati Epi-
 scopali cōcessorum respectu solū sancitū fuisse,
 Vt Episcopi Infirmi etiā in perpetuū illa privile-
 gia retinerēt, vt est in can. *Scriptū*, & seq. 7. quæst.
 1. ne in contemptum veniret Pastoralis dignitas
 propter solam infirmitatē, omnibus & opibus, &
 priuilegiis spoliata, non ex vlla hominis Pastoris
 culpa. Verū nos nō quærimus quid homines Pa-
 storib. ex iusta causa, velut cæcitate, caduco mor-
 bo, surditate, & aliis, in perpetuū ab officio excu-
 satis cōcesserūt: sed vtrū qui officiū suum extra has

infirmittatis cauffas non facit, neque pascit greges, neque sacramenta administrat ipse (quorum neutrum Romanus Pontifex facit) sit re ipsa Pastor, & Episcopus? Bellarminus adhuc esse re ipsa putat. Respondeo. Re ipsa nequaquam est: titulo tamen & nomine tenus esse & dici Pastor potest, donec deponatur: sed statim deponendus, atque ab ea sede remouendus est, can. Apostol. 58.

Verum postquam causam Romani Pontificis obtinere Bellarminus aduersus Caluini tantum Athletam non potest (nec enim in isto certamine hic cum Caluino quasi cum Bytho Bacchius comparatur: sed ut Dares cum Eutello) suas iras in Magdeburgenses, eorumque centurias conuertit iste, qui docet totum Romanæ Ecclesiæ ordinem, totam successionem à Iohanne octauo, qui fuit sceleratissima & Romana Pontifex, interruptam, perturbatam, euersam. Itaque, quod ait Tit. Liuius, initium mali à scelerata cepit. Quid igitur contra istam historiam verissimam, à multis Pontificis etiam scriptoribus proditam profert Bellarminus? Negat eam.

Quæ verò istius negationis, quum & Platina, & Martinus Polonus & Sigebertus, & alij hoc verum esse scribant, causam affert Bellarminus? Quoniam à plerisque alijs historicis iste Iohannes non commemoratur. Respondeo, causa ista & ratio nullius est momenti. Nam in fide de re aliqua faciendâ plus ponderis habet vnius testis rem affirmantis dictio & depositio, quàm centum aliorum de re eadem silentium, vel quia de ea re non fuerunt interrogati, vel quia deponere noluerunt, vel quia rem

rem eandem ignorarunt. Neque enim sequitur, Non vixisse, aut passum esse temporibus Nero- plurimi, qui historiam illius temporis Romanam scripserunt, nihil de Paulo, eiusque morte disertè scripserunt, & prodiderunt: alij prodiderunt. Sic in iudiciis & foro agitur: sic in Ecclesiasticis probationibus aliquid confirmatur: sic sensus, iudiciumque naturale suadet, Vt testis affirmantis de- positio, & scientia, ex aliorum silentio, aut igno- rantia, aut taciturnitate neque refutetur, neque tollatur: vt est in l. De etate. §. Qui tacuit. §. De in- terrogatorijs Actionib. can. Si forte. Dist. 65. glossa in cap. Quoniam. ad verbū confessionis, Extra De Pro- bationibus. Sed tam cæcus & præceps est in causa sui Iouis Capitolini tuenda Bellarminus, vt se ho- minem esse fuerit oblitus, & commune omnium mortalium, imò naturæ ipsius iudicium se con- uellere, & euertere posse confidit, & hîc conatur. Frustra tamen. Nec enim potest. Nam iura, iudi- ciaque naturæ nullis sophisticationibus tolli pos- sunt. *Naturam*, inquit ille, *expellas, furca licet, usque recurreret.* Ergo testium, quos producit Bel- larminus, solum silentium, nostrorum manifestam affirmationem non infirmat. Nec enim illi ne- gant id verum esse, quod testes nostri sine circui- tione affirmant, quum nihil de ea re dicant. Ac ne, si negarent quidem.

Quòd si quis subornationem aliquam hîc fin- gat, illa potius in Bellarmini testibus præsumi- tur, quàm in nostris. Primùm, quoniam illi testes sunt secundi, nostri verò sunt primi. *Subornatio*

verò in secundis, quàm in primis testibus potius
 prasumitur diuersa de re eadem deponentibus
 vt docet Glossa in cap. In nostra ad verba sed ad-
 uersa in fine glossæ. Extra De Testibus. Deinde
 quia Platina, Martinus Polonus, Sigebertus, Ma-
 rianus Scotus, & alij, fuerunt fauentes honori se-
 dis Romanæ, eius officarij, vel asseclæ, qui ista de
 Romana sede nunquam scripsissent, nisi verissima
 fuissent, & omnibus notissima, etiam lippis & rosi-
 soribus. Denique hi omnes testes nostri, multis
 annis ex hoc Mundo excefferunt, quàm natus es-
 set Lutherus, aut Lutherani, qui eos corrumpere, p-
 pterea nõ potuerunt. At quos citat Bellarm. testes
 illi à suis Pontificiis & Pontificibus tum muneris-
 pus corrupti, tum comminationibus exterri-
 tauerunt, ea, quæ vel noluerunt, vel non ausi sunt
 in Sedis Romanæ dedecus scribere.

Sed quid verbis opus est? Ipsamet Roma, Ipse
 Pontifex: Ipsamet Cardinales Romani; Ipsemet
 hic Bellarminus id, quod de Iohanna ista Papissa
 dicimus, plane omnes confirmant. Roma quo-
 niam in suo vico scelerato statuam illam infami-
 facinoris & historiae testem locupletissimam eti-
 num hodie seruat & retinet. Ipsemet Pontifex
 Romanus confirmat, qui per eum vicum, quum
 ex suo Vaticano in Lateranum pergat, nunquam
 audet transire, quum alioqui illa sit recta via, te-
 ste Bellarmino. Ipsi quoque Cardinales testantur
 quia in Laterano sedem perforatam habent ad
 Pontificis futuri testes contrectandos.

Ipsè Bellarminus, & tota Pontificum historia
 nobiscum facit, qui, quum Romanos & suos Pon-
 tifices

fifices, qui Iohannes dicti sunt, omnes enumerât, hanc quoque Iohannem octauum, qui fuit ista Papissa, retinent, & in eo numero ponunt. Nam Bellarminus ipse libro sequenti, nempe quarto, cap. 14. col. 78; L. B. S. *Tricesimus septimus*, recenset inter Pontifices Iohannem x x i i i, qui numerus vlllo pacto inueniri non potest, si hunc Iohannem octauum, de quo nûc inter nos quæritur, expungas, & tollas. Ergo quum isti suos Iohannes x x. x x i. x x i i. x x i i i, agnoscunt, eodẽ modo hunc v i i i, quoque agnoscunt, & sedem Romanam tenuisse futûr. Fuit autẽ iste scemina ista Papissa. Ergo quæ verè & solidè Bellarmini argumenta omnia confutentur, tum à se, tum à suis, vident omnes pij, & cordati viri. Hęc autem moderatis ingeniis sufficiunt. Nam quæ in cõtrariam affert Bellarminus, sunt leuissimæ tantùm coniecturæ quædam, non rationes: & Martinum Polonum: (cui hic fidẽ detrahere conatur) alibi, vt testem fide dignissimum, (tam est iste inconstans) laudat, & cõmẽdat. Ergo

Quo teneam vultus mutantem Prothea nodo?

Censura, & Examen huius Libri Tertij.

QVum multa sint in hoc libro tertio nota, nigroque theta, non cedro, digna, & præigentarduo tamen annotabo imprimis grauissima vitia, & quouis, vel minimo Christiano, indignissima; (idq; Romę) indignissima, Nimirum conuitia, & falsa, seu Mẽdacia, quibus ulceribus scetet totus hic liber tertius in ipsa Põtificiæ Ecclesiæ Metropli scriptus & editus. Ac primũ, Cõuitia in omne hominũ, siue viuorũ,

siue mortuorum genus, eaque manifesta, In Apostolos, in Patres, In Pontifices Romanos, In suos, In nos apparent. Denique equod hominū genus est, quod in hoc libro iste conuictor non violarit? Apostolos ipsos sanctissimos & beatissimos cum Incendiariis hominibus comparat, cap. 4. col. 658. L. B. Eisdem vbiq̄ue accusat, quod suum triennale Antichristum nimium iudicant, & declarant. Itaque eorundem verissima dicta audax homo impudenter corrumpit.

In Patres iniurius est, & quidem omnes, cap. 3. col. 652. L. B. & C. vbi Veterum omnium opinione falsam appellat, & vult esse. Sic cap. 12. col. 678. L. C. D. §. *Secunda.* & seq. omnes errasse intrepidè affirmat. Peculiariter autem Hippolytum Martyrem Christi in eo ipso libro *de Consummatione Mundi*, quem tam saepe ipse citat, grauissimè errasse contendit, col. 677. L. D. item Origenem, col. 678. L. A. Sulpitium & Christianum, & Veterem Scriptorem L. B. Denique Damascenum L. C. & Rabanum, & alios plerosque suggillat, col. 677. L. C. & alibi.

In Pontifices ipsos Romanos contumeliosus est, Primū eos summæ in suos fautores ingrati- tudinis accusat, atque illius exempla affert, cap. 21. col. 711. L. A. §. *Scilicet.* Pontifices Romanos priuat plenaria illa ligandi & soluendi potestate, id- que saepius facit, vt eum ex animo hoc affirmare, & verè omnes sciant, cap. 20. col. 705. L. B. §. *Certè.* col. 704. L. C. §. *His verò.* Præterea sine circuitio- ne sic scribit: cap. 3. col. 656. L. B. §. *At hæc.* Præter- ea, ait, f. *ut Pontifices Romani siue comparatione* ulla

illa peiores ab anno DCCCC. ad millesimum, quam à
 M.C. ad M.C.C. Nam quod hic idem Bellarmi-
 nus ait, scribitque verum Antichristum fore ma-
 gnum col. 692. L. A. §. Denique, id eum scripsisse
 putant, quoniam Gregorius sep. Syluester 2. Johā.
 23. Alexander 6. omnes Romani Pontifices, summi
 Magi, & Præstigiatores fuerunt. Quis Pontificum
 Romanorum infestissimus hostis de ijs peius scri-
 beret? Itaque videat Bellarminus, ne quum Ro-
 manos Pontifices homines ingratos appellet, ipse
 eam in illis animi ingratitude experiat, ne-
 que lambicum, quem miser speravit, & captavit,
 ab ijs iam auferat, vt se verum de ijs dixisse sentiat
 & videat,

In suos i. Homines Sententiariorum, Monachos,
 Scriptores, & Pontificios contumelias & conuitia
 ingerit incredibilia. Iansenum Episcopum Ponti-
 ficium asperrime carpit cap. 6. col. 662. L. D. Cli-
 ctouæum, & quos ex Scholasticis Clictouæus cō-
 memorat, iste cap. 3. col. 655 L. D. damnat, & om-
 nes suos apertè cap. 7. col. 665. L. D. flagellat, quos
 & fictos, & hypocritas esse ostendit, & falsos fra-
 tres. §. Hoc sanè.

Nostros Bellarminum conuitiari quis dubitet,
 quos vbiq; vocat Hæreticos, se verò Catholicū.
 (Nam hi sunt eloquentiæ flores, quos Monachus
 iste Romæ à suo sodalitiō Suito didicit) Verum
 in Lutherū imprimis inuehitur iā defunctū, c. 18.
 col. 702. L. A. & alibi, quē virum sanctissimū falsis-
 simis probris onerare vult, sed honorat. Nam ab
 illaudato viro, qualis est Bellarminus, vituperari,
 summa certè quidem laus est. D. Caluinum, Flac-

cium Illyricum, Tilemānum Hessūm, Davidē
 Cythræum rectè de Antichristo sentiētes cōiitiis
 mortuos laceffit, quorum viuorum ymbra, vul-
 tum & radios ferre ne quidem potuit, aut ausus est
 c. 20. 21. 22. 23. 24. Cum quo verò hominum genere
 viuere te posse putas, qui omnibus hominibus
 tua illa rabiosa, & canina lingua maledicis? Nisi
 fortassis Hecuba fieri vis, quæ in canem ob male-
 dicentiam versa fuisse dicitur. Audi, Bellarmino
 quod est, Prouerb. 15. vers. 2. *Lingua Sapientum
 ornat sapientiam: sed os stultorum profundit stulti-
 tiam suam.* Et sæpe sunt ista conuitia morte ipsa
 acerbiora, vt est Ecclesiast. 26. vers. 14. Verum vt
 vnus ille sapere in toto Mundo videretur, ymbri
 autem par cætera turba, Vnum se extulit Bellar-
 minus, ceteros depressit. Et hæc quidem sunt istius
 hominis in vno hoc libro in omnes Christiano-
 rum ordines conuitia.

Falsa vero eiusdem, seu Médacia, in hoc eodem
 libro non pauciora. Ac primum quidem ipse fidem
 totius huius libri argumento detrahit, quum
 scribit cap. 10. col. 673. L. B. §. *Verissima*, melius es-
 se hæc omnia, quæ tractat ignorare, quàm ea per-
 scrutari. Nā hæc omnia esse incerta. Et certè qui-
 dem, vt est Ecclec. 7. v. 30. curiosæ variæque homi-
 num quæstiones eos tandem peruertunt, & incer-
 tos reddunt. Itaq; quæcunq; tractat & affirmat. c.
 x. huius libri ad c. xix. omnia plane sunt & falsa, &
 curiosa de Antichristo. Pauca tamē ex illis multis
 hîc in hominum piorum gratiam, vt sibi ab ijs
 caueant,

caueant, annotabo.

1 Eliam, & Enochū Prophetas ipsos esse excitandos, vt cum Antichristo suo pugnent ca. 6. col. 661.

2 Diabolū ipsum personaliter, ac proinde visibiliter, & corporaliter sub suo Antichristo contrarios pugnaturum. Quæ scriptura, obsecro, hoc tradit. At ille affirmat c. 7. col. 665. L. A.

3 Quosdā homines nasci de dæmonibus Incubis c. 12. col. 677. L. C. Nullum enim ex se semen emittunt Dæmones, etiam cum scæminis concubentes: sed tantum in illis voluptatem quandam per aërē neruos, & venas seminales titillantem & fricantem excitant. Itaque qui ex isto coitu & concubitu nascerentur illi ex solo scæminæ semine nascerentur: quo modo suum illum Triennalem Antichristum oriturum, & procreandum putat. Id quod est falsissimum. Nam quod iste ex Augustino. *Non est tamen error*, assert, nihil eius sententiam confirmat: & iuuat. Non enim de semine ex Dæmonibus emisso agit Augustinus: sed tantum de Voluptate, quam Mulieres istæ cum Dæmonibus concumbentes sentiunt in venis seminalibus & spermaticis excitatam per affricationem aeris incrassati illis mulieris partibus factam.

4 Antichristi nomē in suis literis Numeralibus 666. effecturum c. 7. col. 671.

5 Antichristum ex tribu Dan Iudæa nasciturū cap. 12. col. 680. L. A. Id quod alibi ipsemet negat.

6 Antichristum sedem suā in Vrbe Palesting.

Hierosolymis, & Templo ipsius Hierosolymitano habiturum, & fixurum c. 13. col. 681. L. B. Alibi tamen hoc ipsum Templum negat reedificandum col. 685 L. B.

7 Antichristū duntaxat per tres annos continuos, & semestrem regnaturum, c. 16.

8 S. Domini Cœnā, qualis à Christo fuit instituta, etiam nū hodie vigere, & retineri in Ecclesia Romana c. 7. col. 666. L. B.

Pro tot autem suis falsis & mēdaciis, quæ patienter in ipsius libris legimus, audiat Bellarm. obsecro patienter, & legat hæc nostra verissima, & Dei verbo scripto confirmata.

1 Antichristum verum nō vniciū quēdam hominem, qui per tres annos & sex menses duntaxat sit regnaturus, extitutum: sed longam hominum Christianorum seriem esse, & ætatem, & cœtum, qui quum à vera Christi fide recefferint, Ecclesiam se, & Templum Dei, & Catholicos tamen appellabūt, quorum Princeps insignis est ille Antichristus, quocumque tempore duret. Dicitur enim hic status à Paulo Apostasia, non vnus Apostata 2. Thes. 2. v. 3.

2 Per multas hominū ætates, & annorum seriem duraturum esse hoc Antichristi regnum, etiā manifestatum, quia per tempus, tempora, & dimidium temporis exul & latitans futura erat Ecclesia Apocal. 12. v. 14.

3 Roman veterē, quæ olim toti Mundo imperauit, fuitque septicolis dicta, in Italia, esse secundem à S. scriptura Antichristo regnaturo assignatam, postquam Harmagedon erit facta, & in rudera red-

ra redacta à decem Regibus Gothicis futuris Apocalyp. 13. v. 16. 17. v. 9. & 16.

4 Regnū Antichristi manifestè extiturū fuisse ac manifestandum post annos 666. quàm suam Apocalypsin scribebat Iohannes Apocal. 13. ver. 18. quo tempore regnum Vetus Romanorum (quod tempore Pauli florebat) erat prorsus & omnino evertendum: imo perierat. Nam ante Romanum hoc imperium destructum, Antichristus suū regnum non erat ædificaturus, & habiturus manifestè 2. Thes. 2. v. 6.

4 Antichristū Christo contrariū prorsus doctrinam probaturum, & eam in cœtu Apostatarū illorum, quorum ipse erit Princeps, prædicandam, fovendam, retinendam, ac propugnandum fore. Erit enim Antichristus ἀντικρίστος 2. Thes. 2. v. 4. Et si verò idē ille se Christi Vicarium, & Servū servuorum Dei vocat, vocabiturque: tamen re ipsa sibi ius & auctoritatem Christi arrogabit, Nova sacramēta instituendo, Peccata per indulgētiā remittēdo, Bona opera ad salutē aeternā cōsequendam præcipiendo, Sacerdotes & sacrificium ad peccata coram Deo expianda creando & formando. Denique Vicarius iste & servus auctorem suum & Dominum, Iesum Christum spoliabit sua dignitate, eamque sacrilegè in se transferet & vindicabit.

6 Antichristus se supra Reges & regna extollet, ea ad se pertinere contendet, de ijs ordinabit: In Animas hominum defunctorum, in Angelos cœlestes, & in cœlum ipsum beatorū ius sibi assumet, & arrogabit & ex ipsius præcepto celestes An-

geli animas hominū defunctorū ex Purgatorio & locopœnarū in cœlū & Paradisū illū felicē statim transferant. Itaque & in cœlo, & in terra se vero Deo exequabit: aut etiam supra numen Dei cœhet, & exaltabit, 2. Theſ. 2. v. 4.

7 Antichristus, Antichristiq; regnum & doctrina fallis, e mentitisque miraculis & Satanicis cōfirmabitur: Vi autem, & spiritu oris Dei, & verbi ipsius diuini purē prædicati, & restituti Euāgelij luce & efficacia euertetur: ac tandem proflus peribit 2. Theſ. 2. ver. 8. & 9. Hæc, Quis sit, & Vbi, verus Antichristus, ostendunt: quæ si cum Romanorum Pontificum vera historia conferantur, & doctrina, certè verus Antichristus esse manifestè deprehendetur.

Ad Libri Quarti.

Cap. I.

EX quatuor quæstionib. hîc à Bellarmino propositis pro tuenda sui Iouis & Romani Pontificis autoritate ea, quæ præcipua est, Nimirum in qua versatur cardo, & Iurisdictio Ecclesiastica pulcherrima & præstantissima, estque prima quæstio ab hoc proposita, pene deserta ab hoc ipso tamen est, Vtrum Pontifex Romanus summam de controuersiis fidei, & Morum iudicandi potestatem habeat, Hæc cæterarum, quæ sequuntur, est certè quidem fundamentum: quam nisi veris, inconcussisque rationibus euicerit Bellarminus frustra de reliquis laborat. Quorsum enim R. Pontifici & infallibilitatem iudicij, & legum ferenda

ferendarum ius & potestatem tribuit Bellarminus, si Romanus Pontifex, nullum ius de controuersis eiusmodi statuendi habet, aut certè nò summum: Et tamen hanc fundamentalè ad ceteras quaestionem penè prætermittit: saltè sicillimo pede transit, & perbreuiter tractat, quoniam eam obtinere se posse diffidit, & scit minime se probare posse. Itaque totius futuræ huius libri disputationis fundamentum est petitio Principij. Vult enim sibi concedi, quod inter nos controuertitur Quod genus scribendi, disputandique est vitiosissimum.

Verumtamen hoc præsentens, ne plane sic in ipso limine impingere videretur, conatur tribus argumentis breuissimis & obscurissimis, imò nullis, summam illam de Fide, & moribus iudicandi potestatem ac iurisdictionem suo Romano Pontifici asserere, è quibus.

Primum est, vt ipse vult, testimonium ex Veteri Testamèto petitur, Nimirum ex loco, Deuter. 17. ver. 8. sic Deus sub lege controuersias religionis & fidei remittit ad summum Pontificem decidendas: ergo & in Euangelio.

Respondeo verò multipliciter in hoc argumento peccari. Primum Ab Ignoracione Elenchi, eandem enim externi regiminis Ecclesiæ formam & rationem omnino constituit sub lege, & sub Euangelio Bellarminus quum regimen & ratio tēporū fuerit diuersa. Deinde assumit falsū in ista comparacione, estque Petitio Principij, Nēpe sic sub Euangelio, quemadmodum sub lege

constitutum fuisse vnum aliquem summum Pontificem, quod falsum est. Nam cessante causa, cessat effectum. Causa summi Pontificis sub Lege retinendi fuit, quod ille futuri & venturi Christi erat typus: qui typus post Christi aduentum plane cessauit, & sublatus fuit Coloss. 2. vers. 17. Denique à disiunctis ad coniuncta, contraque, arguit iste. Nam quod in Deuteronomio pluribus, non vni duntaxat tribuit Deus, iste vni duntaxat Romano Pontifici vindicat sacrilegè. Deus enim vult, vt summa illa de controversiis religionis iudicandi potestas ad plures pertineat. (Ait enim Lex vers. 9. *Veniet ad Sacrificatores & Leuitas* plurali numero) quod illi, qui Hierosolymis erant, Leuitæ cum summo Sacerdote Synodum totius Ecclesiæ Dei representabant: iste veteratoriè ad vnius hominis nempe Romani Pontificis, quicumque erit, personam istam potestatem assentator totam reuocat, & hic & vbique in isto libro. Itaque malitiosè per numerum singularem sic, *Veniensque ad Sacerdotem Leuitici generis*, conuertit, quod per pluralem dixit Sanctus Spiritus. Confirmatur nostra sententia de pluribus Malach. 2. vers. 5. Iohan. 11. vers. 47. Actor 4. vers. 5. 6. 22. vers. 30.

Secundum Bellarmini argumentum sumptum ex Iohannis Euangelio cap. 21. vers. 15. *Pasce oves meas*, sic, Dixit Christus Petro, vt pasceret oves suas, ergo Romano Pontifici tribuit summam de fidei controversiis, iudicandi potestatem, & quidem soli. Quis Bellarminum sic arguentem non rideat? Ostendimus autem supra ex hoc Christi loco nullam summam præ cæteris Apostolis dignitatè tribuit sed

sed solum in locum Apostolatus, à quo per Christi abnegationē à se factā exciderat, benigne restitui.

Tertium huius argumentū petitum est partim ex duobus locis Patrū, vno Hieronymi, qui Damaso turpiter in tota illa epistola ad Damasum assentatur, Altero Theodoriti tunc afflictissimi, qui vt aliquē in occidente suæ causæ patronum reperiret, Leontē primū sic palpat Græca leuitate, & adulatione. Nam quod ex Prospero citat de Concilio Chartaginensi, nihil eum iuuat Patres enim in eo congregati sua decreta Romano Pōtifici innotescere voluerunt, non autem ea ab illo pro arbitratu suo diiudicari: neque eorum *νόσος* & autoritatē à Romano Pontifice, sed ab Imperatore Constantinopolitano, vt ex eodē concilio apparet, petunt. Ineptissimus autem est Bellarminus, qui Gregorium, & alios Romanos Pōtifices in sua causā nobis iudices, & disceptatores ferat, & sedere pro seipsis velit. *Nemo, ait ille, iudex ferendus in propria ratione causæ.*

Ad Cap. II.

Verum est illud, *Ἀληθείας ὅδ' ὅς μία, Vna veritatis vna est, & simplex*: Mendacij multiplex: quod quum in hoc libro, si alibi vsquam, maximā tueri velit, iste varias prius Labyrinthos in quas lectores deduceret, varias quæstiones, varias distinctiones, varias inuentiones quæsiuit, finxit, reperit in quibus neque ipse cū suis: neque suimet inter se, ipso teste col. 735. L. A. & C. consentiūt. Verum hæc fuit simplicissima quæstio, & facillima ad iudicandum & definiendum, vtrū Pontifex Romanus, qui merus homo est, errare, falli, mentiri possit. Ad

hanc quæstionem respondet perspicuè ipse Spiritus S. Ps. 116. ver. 11. Roman. 3. ver. 4. *omnis homo est mendax*: Romanus Pontifex est homo, & quidem merus: non autem sicut Christus Deus & Homo: ergo Mendax. Quid in scirpo nodum quærit Bellarminus?

Ad Cap. III.

Falsæ sententiæ, falsum fundamentum quæratur necesse est. Nā verè, ex sese & propriè falsa ex falsis, non autem ex veris colliguntur. Quam proponit mordicus, etiam in suæ Animæ dispèdium, defendendam sententiam Bellarminus, hæc est, Romanum Pontificem etiam solum nunquam errare posse, quum aliquid decernit generaliter, statuit, & iudicat, vt Pontifex. Hoc ne Diabolus quidem ipse dixerit, quem mendacij Patrem esse constat: at tamen hoc dicit, imò affirmat Bellarminus, vt Diabolo quouis impudentior, & mendacior iam omnibus appareat. Cur autem? Nimirum Vt suo Ioui assentetur, Romano Pontifici, cui & corpus & animam, & linguam & manū vèdidit miser, vt galerum Cardinalitium ab eo erudisset, impetret, ac tandem aliquādo accipiat. Quòd si hoc neget Bellarminus, certè phrenesis, & animi intemperies, malæque furix eum exagitant, & de toto rationis gyro & possessione deiciunt: inquam tamen te, vel inuitum, Bellarminè, reuocabo, & si quam mentis particulam habes retraham. Rationes Bellarmini audiamus, Prima est, Dixit Christus, Luc. 22. vers. 31. Petro, *Orati pro te, ne fides tua deficeret*. Ergo R. Pontifex nunquam errare potest. R. Quis OEdipus istius Sphingis ænigma

ma euoluat, & huius argumenti consecutionē videat, aut cōcedat: Nā in eo plura sunt vitia, quā verba. Primum asturia Bellarmini, quicū vbiq; & in prima controuersia præsertim, velit Maiorē esse Latinæ versionis Noui Testamenti, quā ipsius Græci textus fidem, hīc tamē ad Græcos codices cōfugit, quoniam à sua versione Latina, firmum petere auxilium non potest. Ergo, quemadmodum apparet, sicut homines astragalus ad libitū suum vtuntur: sic iste sua versione Latina, quam modo reiicit, modò probat. Secundum vitiū argumenti huius est, Petitio Principij: Nam ex dubiæ, vt ipse vult & fatetur, col. 7, 6. L. A. B. interpretationis & sententiæ loco tamen aliquid certum, & indubium colligit, & efficere conatur. Tres enim loci à se citati sensus affert: quorum falsissimū, vt suum R. Pontificem iudicem stabiliat, sequitur, & probat. Tertium huius argumenti vitiū est. A nō Consequente Pugnatur enim ipse secum homo iste. Nam cum hoc Christum velit dixisse Vni tantum personæ, col. 736. L. A. §. *Quæ tamen postea. L. C. §.* Quarto, affirmat hoc beneficium ad plures, nimirū ad Petri successores, pertinere. Hæc sunt omnino *arbitraria*. Quanquā negat ibidem Dominum perseverantiæ in fide ad omnes Petri successores pertinere. Quod verum est. Ergo illi saltem Romani Pontifices errare possunt, & potuerunt, teste iam Bellarmino, & pro nobis facientes, qui nō habuerunt perseverantiæ donum.

Porro quid ex his Christi verbis, *Rogavi pro te, Simon, ne fides tua, deficeret* efficere velit Bellarminus, videamus. Duo ibi priuilegia Petri, tam

est lynceus, duo latitantia reperit, quæ nulli unquam alij, quantumuis laboriosi & perspicaces, viderant. Primum, vt Petrus veram fidem nunquã posset amittere. R. Hoc primum priuilegium falsum est, & à tota Historia Euangelica confutatur, Math. 26. ver. 69. Marc. 14. v. 66. Luc. 22. Iohan. 18. quæ Christi abnegationem à Petro factam commemorat (quæ est vera discessio à vera fide) vt hunc quem futurum præuiderant, errorem Bellarmini refelleret ipsemet Deus, Deique Spiritus. Nã negare, & quidem ter, & cum anathemate Christum, est à fide deficere. Id quod fecit Petrus: & de eo etiam prius admonitus est à Christo Petrus, ibidẽ. Deinde glossa ordinaria eũ Lucæ locum aliter, & verè interpretatur, *Non rogauit, ait illa ex persona Christi, pro te Petre ne tenteris, sed ne deficiat fides tua, vt post lapsum negationis ad pristinũ statũ penitẽdo resurgas.* Nicolaus de Lyra, *rogauit pro te Petre, ne fides tua deficeret finaliter, & in totũ. Nõ enim rogauit Christus, quòd Petrus non caderet: sed vt in casu non remaneret.* In quo nullum est Petri priuilegium. Hoc idem priuilegium enim tribuit Christus omnibus suis Electis, Hierem. 8. ver. 4. Nec aliud docent Patres hi, quos pro se citat Bellarminus: imò nos, nostramque sententiam planè confirmant, Petrum grauissimè cecidisse.

Alterum priuilegium, quod, sed falso, ex eodem Lucæ loco, cap. 22. ver. 31. Bellarminus elicere videtur pro suis Romanis Pontificibus, est, vt Petrus, tanquam & quã Pontifex, non posset aliquid contra fidem unquã docere: sed neque eius successores: ergo neque Pontifices Romani. Sic iste vitiosissimè

tiosissimè colligit, columna. 737. L. B. Primum fallacia est A non consequente. Nec enim sequitur, quòd, etsi istud priuilegiù Petro concessam cõcedatur, ergo ad ipsius successores extēdatur. Nam hoc beneficium Christus Petro ipsi, id est ei, qui Simon vocabatur, dedit, non alij, teste Bellarmino: ergo non successoribus Petri. Deinde etsi successoribus, nequaquam sequitur, vt Romanis Pontificibus concessum sit. Neque enim illi Petri sunt successores. Denique confutatur hoc Petri priuilegium ab ipso Petro, qui, quemadmodum testatur Paulus, Galat. 2. ver. 11. 12. Antiochiæ Iudæos, ne cum Gentibus conuersis ad Christum ederent, id est, falsam doctrinam docuit, itaque publicè reprehensus est. Nam quòd Pontifices ipsos Romanos suæ causæ testes & iudices allegat Bellarminus ineptissimum est.

Quòd autem alios Patres, sed omnino paucos, nēpe tres tantum profert, nihil eū iuuat. Nā cum nullū certum S. Scripturæ testimoniū pro sua sententia Patres afferūt, quod fieri oportuit: tum, vt dixi, ab ipso euentu, & experientia refutantur.

Sed & solutiones, quas col. 738. L. C. D. ad nostrorum argumenta comminiscitur Bellarminus, nihil valent, propterea quòd omnino Principium sumunt, Petri veros successores tantum fore Romanos Episcopos. Item, Petri casum illic non attingi & insinuari à Christo, sed aliorum. Ista sunt hominis ægri, id est, Bellarmini somnia.

Secundum istius argumētum pro tota sua sententia, col. 739. L. A. nullius est momenti. Sumitur enim ex falsa interpretatione huius Christi sententiæ, *tu es Petrus, &c.* Mat. 16. de qua prius egimus.

Tertium est ex relatione fundamenti ad domum Dei seu Ecclesiam, quæ super eo ædificata est. Hæc est futura perpetua. (Nam Ecclesia erit perpetua, Pl. 72.) ergo & ipsius fundamentum. Respondet, Vera est consecutio. Sed huius domus, i. Ecclesie fundamentum non est Petrus, vel Romanus Pontifex: sed Christus, teste Paulo, I. Corinth. 3. ver. 11. quicquid iste scribat. Patres enim quos ipsemet hic citat, eum iugulant. Nam quod Patres scripserunt de fide in Christum, quam habet Ecclesia, & quatenus eam habet: iste ad ipsas Pontificum Romanorum personas transfert parasiticè.

Quartum argumentum ex loco Iohannis, cap. 21. ver. 15, 16. *Pasce oves meas.* est tædiolos coccyllus, inutilis, falsaque interpretatio. Respondent nostri R. Pontificem eatenus sequendum esse, & Petram esse, quatenus ex Dei verbo scripto sapit, & docet. At excipit Bellarminus, Non esse ovium de Pastoris doctrina iudicare. R. vel falsum hoc esse. Nam I. Cor. 14. Spiritus Prophetarum subditi dicuntur aliis Prophetis, & Iohannes Epistola 1. c. 4. ver. 1. iubet ut singuli fideles probent Spiritus, & doctrinam, vti fecerunt Thessalonicenses, Act. 17. ver. 11. Reliquæ solutiones Bellarmini sunt Petitiones Principij, vti & eiusdem rationes: ergo ineptæ.

Quintum argumentum Bellarmini, quod ipse tamè quartum vocat, col. 704. L. D. est huiusmodi, Summus Pontifex sub Lege, in Pectorali gestabat Vrim & Thummim, i. Doctrinam & Veritatè, Exod. 28. ver. 30. ergo R. Pontifex sub Euangelio errare non potest, quâ Pontifex. Deus tibi, Bellar. det

det meliorem mentem, ne sic vitiose argumeteris: aut
 tuarum argumentationis vitia, ut videas. R. vero idem
 hic, quod supra ad locum, Deuter. 17. & Luc. 22. v.
 31. dixi. Primum confundis diversum Ecclesie re-
 gimen, quale fuit sub lege (quod iam cessat,) & nunc
 sub Evangelio. Nec enim Pontifex R. gestat vultum
 pectorale: ergo neque *Vrim*, neque *Thummim*:
 quare neque doctrinam, neque veritatem iam in pec-
 tore habent, ut Summi Sacerdotes Leuitici, quam-
 quam tamen ipsi, homines ambitiosissimi, de se fa-
 stuose scribant, se habere in scrinio pectoris omnia
 iura condita. Quare cum signo isto careant R. *Pō-*
tifices, & re quoque carent signata. Quiniamō ge-
 stant in sua fronte, & in sua Papali Mithra, vocem,
Mysterium, scriptam, ut erat predictum de Meretrice
 Antichristi regnum representante. Apoca. 17. v. 5.
 ut vox ista ostendat Pontificem R. Mysterium illud
 iniquitatis, de quo Paulus, 2. Thessa. 2. peregrisse, &
 profunditates non Christi, sed Satanae docere, A-
 poc. 2. v. 24. Deinde ex incerta interpretatione ni-
 hil certi & indubitati colligi potest. Loci autem E-
 xod. 28. v. 30. quem citat pro se expositio de *Vrim*
 & *Thummim* est dubia, & inter viros doctos con-
 trouersa. Denique falsa est illa, quam Bellarminus
 sequitur, & ex qua sui R. Pontificis infallibilitatem
 efficit, ut *Vrim* nempe doctrinam: *Thummim* veri-
 tatem significet. Id quod omnes Linguae Hebraeae
 periti homines norunt: quicquid iste nouas, inau-
 ditas, & regulis Grammaticis repugnantes harum
 vocum etymologias commentus sit.

Sextum Bellarmini argumentum suum col. 741.
 L. C. quod ipse quintum facit, duci vult ab expe-
 rientia, quod tamen longè facillimè refutatur

ab ipsamet experientia. Nam nusquam maiores heretici sederunt, quàm Romæ, quum ipse Romanus Pontifex totam Euangelij doctrinam fabularet, & Romæ sit Apostasia. Res ea longa probatione non eget, quia ipsemet Bellarminus hoc ipso libro, cap. 8. & totis sex sequētibus hoc ipsum confirmat. Vera autem Christi doctrina nusquam durius, crudelius, acerbius affligitur, quàm & Romæ, & à Romano Pōtifice. Quare verissimum est illud, quod quidam ipsorū Propheta dixit, *Omnia Roma Quum liceant, Roma non licet esse p̄n.* Valeat igitur Bellarminus iam cum suis mēdaciis: Nā ad populum phaleras & suas, & suorum Romanorum Pontificum nos intus & in cute eum & suos Pontifices nouimus: & res ipsa clamat.

Ad Cap. 1 v.

Verissimū est illud, quod Ps. 42. ver. 8. dicitur, *Abysus Abyssum inuocat.* Qui enim semel mendacium tuendum susceperunt, semper longius & turpius prolabuntur, & errores erroribus accumulāt. Id quod hīc isti accidit, Qui, Vt sui Romani Pontificis infallibilitatem iudicij, quā Pontifex, asserat, etiam hunc alterum grauissimū, ac manifestissimum errorem inuehere non veretur, Romanam nempe Ecclesiam peculiarem, quum Romæ sedem suam habet ille Pontifex Romanus, errare totam nunquam posse: etsi singula eius membra queunt.

Hæc sententia Bellarmini falsissima est. Primū quia sibi repugnat. Nam si singula Ecclesiæ Romanæ particularis membra seorsum errare possunt,

sunt, teste hoc ipso colum. 742. L.A. ergo & tota ipsa Ecclesia. Nam in eo par est & eadem totius, & singularum partium ratio. Errant enim partes singulæ, quia sunt homines: errat tota Ecclesia Romana, quia sunt homines quoque. Atqui homo quiuis errare, labi, imo mentiri & potest, & solet Ps. 116. Roman. 3. vers. 4. Deinde ipsa experientia Bellarminum refutat. Nam & tota Romana Ecclesia doctrinam Christianam persequitur crudelissimè: & suo Romano Pontifici in suis erroribus & blasphemis assentitur. Denique blasphemia est hæc sententia. Alligat enim Spiritus sancti gratiam, & præsentiam præsentia Romani Pontificis, & certo loco, nempe ruderibus veteris Romæ Meretricis, & Idololatricæ, Christo inimicæ. Atque idem hic Bellarminus col. 742. L.D. negat esse de fide, credere sedem Apostolicam, ac proinde infallibilitatem, non posse auferri & remoueri ab vrbe Romana. Ergo Romæ non alligatur fidei veritas & certitudo, vt idem tamen hîc vult.

Quòd Patres pro se citat, nihil eum iuuat, quia rei ipsius experientia, (cui potius credendum est, quam istis Patrum dictis & falsis de Roma laudibus) docet hallucinatos eos, dum hæc scribunt, fuisse, & fuisse hæc humana eorum iudicia, non diuina. Ergo amici quidem sunt illi, sed tamen magis est amica veritas. Quod ad Romanos Pontifices, quos iste testes profert, prorsus sunt in hac causa à testimonij dictione remouendi, quia causam suam agunt.

Verùm insulsissimus est iste, dum Cathedram

Petri à Roma separari posse negat. Quid hac sententia puerilius, inò magis falsum? Ac quidem magis falsum, quum Petri & successorum eius sedes & Cathedra fuerit Auenione in Gallia per annos LXX. hoc ipso teste? puerile est, quasi translata successorum Petri persona, priuilegiũ ipsum illi personæ concessum non transferatur: Quis dubitat transferri.

Nam persona Pontificis dignior est sua sede, nisi si ipsis sedilibus. & scamnis, quæ sunt P. Romæ, ligneis datum esse Petri hoc priuilegium, quàm personis ipsis Episcoporum Romanorum, quàm Bellarminus. Quod est ineptum & falsum. Quod si quis Romæ propter ipsum Pontificis priuilegiũ vindicet hoc priuilegium, vt errare non possit vnquam Ecclesia Romana: ex eo tamen tempore illud omisit, quo isto priuilegio abusa est, ciuicendo suos Pontifices. Id quod Innocentij 4. tempore & Eugenij secundi, & Bernardi, & sæpe antea accidit. Qui enim suo priuilegio abutitur, illud amittit, glossa in cap. *Recolentes* in verbo *Censeri*. Extra de *statu Monachorum*. Deinde quando Roma fuit, teste Flauio Blondo, ab Alarico euerfa & prorsus à Totila, vt ait Blondus lib. 6. Decadis primæ, sic, vt nullus neque vir, neque mulier in ea remanserit, amisit illa hoc suum priuilegium. Nam priuilegium amittitur per destructionem rei priuilegiatæ Glossa in Cap. *Abbate*. §. *fin.* in verbo *Donec*. Extra de *verborum Significatione*. Nec dici potest, quòd postea fuerit reedificata. Nam quæ Roma nunc est, & dicitur reedificata.

ne suburbium quidem vnum est veteris Romæ, in qua, vt vult iste, sedit Petrus, & cui hoc ius & priuilegium dedit. Denique si coniunctim hoc priuilegium, vt errare non possit, datum est & vrbi Romæ, & Romano Episcopo, certè illud vterque amisit & Roma, & Romanus Pontifex, quando non fuit amplius Romæ Pontifex iste, per cap. *Quoniam extra de priuilegiis*. Priuilegium enim coniunctim datum soluitur, si coniuncta se separant, & disiungant. Priuilegium igitur locum habet quum & quandiu persona in loco priuilegiato manet de Auenio vrbs Romanæ vrbs priuilegium habere potuit, vt errare tunc Pontifex Auenione sedem non posset, quia priuilegium vni loco datum ad alterum locum extendi non potest, etiam propter identitatem rationis (qualis videri potest mora & sedes Romani Pontificis) quem admodum expressè rescriptum est ab Alexandro III. in cap. *Sane Extra de Priuilegiis*. Atque res ipsa hoc comprobauit. Nam Iohannes xxii. qui Atheni fuit, præterea hoc priuilegium Romæ fuit à Deo datum ait col. 743. *L. D. iste, & fixum*: ergo ab hominibus mutari non potest, aut potuit, vt Auenionem transferretur. Ex quibus manifestissimè apparet, & Romam, & Romanum Pōtificem multis de causis prorsus amisisse hoc ius & priuilegium infallibilitatis in iudicando de Fide & Moribus, si quod tamē habuit. Atque ita se, suamque sententiam infirmari videt, si modo quicquam videre potest, Bellarminus. Demum iste

plane incertus est, vtrum Deus Petrum iusserit ire Romam, & ibi, relicta Antiochia, sedere, an non: & quomodo iusserit, vtrum per manifestam apparitionem, an per secretam tantum reuelationem: denique vtrum Deus iusserit Petrum Romæ sedem suam in perpetuum figere, an potius portabilem & transferibilem esse, vt Romæ auferri possit, quia Roma ipsa à Dei spiritu destruenda ante postremum iudicium dicitur. Hæ sunt nimirum animi cruces, quas & sibi, & suis figit iste mendax, assentator, & sophista.

Ad Cap. v.

Quod de infallibilitate Romani Pontificis in legibus ferendis de Moribus scribit iste, laborat eodem vitio, quo superius caput. Nam & petit principium dum præsupponit R. Pontificem in generalibus suis præceptis errare non posse, item Deum iubere, vt Ecclesia sequatur Romanum Pontificem & ipsa rerum experientia refellitur. Multa enim de moribus peruersè sanxit, Papa, velut Celibatum Clericorum, votum Monachatus, Abstinẽtiam ciborum. Denique locus ex Iohan. 16. vers. 13. pertinet propriè ad solos, & ad ipsos Apostolos XII. non etiam ad omnes eorum successores generaliter. Neque desinit Ecclesia esse sancta, etsi Romani Pontificis decreta repudiat. Neque enim ex Romanis Pontificis spiritu, pectore, aut decretalibus libris & epistolis suam sanctitatem hauriunt, & ducunt pij: sed à Dei solo spiritu, solisque præceptis.

Ad Cap. vi.

Nihil iam potest impudentius aut mendacius dici, quàm quod hoc loco à Bellarmino scribitur,

bitur, piè credi Romanum Pontificem, qua etiam particularis est persona, nunquam errare posse quum & Petrus à quo Pontifices Romani hoc ius habent, vt vult iste, errauerit Galat. 2. & Honorius 1. Liberius, Vigilius, Iohannes 22. & alij, de quibus ipsemet postea, grauissimè errauerunt: & ipsimet Pontifices se errare posse & errasse fateantur & scribant, quia sunt homines ex Ps. 16. ver. 11. can. *Si Papa*. Dist. 40. Nam quod dictum est Petro, *Confirma fratres tuos* Iohan. 21. neque Romano Pontifici, neque illius similibus, aut sectatoribus, sed Petro, & iis, qui verè Christum, constanterque diligunt, & fatentur, dictum est.

Ad Cap. VII.

Nitur respondere contrariis obiectionibus sed negatur. Ad primam, càmque manifestissimam obiectionem, in qua apparet, & in genere Pontifices omnes Romanos errare posse, & peculiariter nonnullos actu errasse, quid respondet? Nugas agit. Tunc Pontificem, vt priuatam personam, cõsiderari vult. At verò per te suprà cap. 6. Bellarmine, piè creditur Pontificem Romanum, vt particularem personam, errare & falli non posse. Quod si piè creditur quod tu scribis cap. 6. impiè dicitur, quod tu tradis hoc capite 7. Est enim illi contrarium. Aut tibi ipse consta.

Ad secundam obiectionem, quæ est, si solus Romanus Pontifex potest generales de fide controversas definire: ergo frustra generalia Concilia fiunt. Respondet iste, fiunt, vt inter omnes Episcopos concordia doctrinæ decisæ seruetur, & decretum Concilij prædicetur pacificè. Respõdeo, At

Bellarminus ipse col. 746. L. A. fatetur conciliorum conuocationem esse ordinariam viam, & medium, quo deuenitur ad veram fidei, & rei dubie cognitionem. Ergo quum media ordinaria sint nobis sequenda (nisi Deum temere tentare velimus) hæc via Conciliorum habendorum est retinenda: non quædam extraordinaria quærêda. Nam ex hoc Bellarmini responso efficitur, esse extraordinariam viam, quum solus Papa rem definit cõtrouersam, non ordinariam viam. Atqui hoc illi probandum est, cãmque ipsam viam Deo gratam esse: quod nunquam faciet. Quare quod supra ædificare voluit de Papæ potestate, & quidem solius, in definiendis articulis fidei, nunc tollit, & sic se præuaricatorem ostendit, & constituit cõtra Pauli præceptum Galat. 2. vers. 18.

Tertia contra eum ratio est, Cyprianus Charaginensis Episcopus, & Africani Episcopi omnes à Romani Pontificis decreto manifesto & expresso discesserunt, eisque contradixerunt: neque tamen hæretici iudicati sunt. Discesserunt autem, quia Pontificem Romanum errare manifestè credebant. Ergo non est hæreticus, qui credit Romanum Papam errare posse. Quid Bellarminus? Concedit hoc verum esse. *Nec modo hæretici censentur, ait, qui dicunt Pontificem Romanum errare posse.* Itaque præter casam fugit, & dilabitur ad puerilem hanc questionem, vtrum Cyprianus contradicendo Papæ velut erranti, mortaliter, an venialiter tantum peccarit? Quid, obsecrò, ista ad rhombum hunc pertinent? Nec enim Cyprianus Papam Romanum Stephanum agnouit se superiorem, vel putauit

putauit falli non posse, quum eum & *superbum*, & *imperitum*, & *cæca mentis* appellet epistola 12. lib. 1. & alia ad Pompeium.

Quarta citra Bellarmini sententiam ratio est, Quod totum ipsum Concilium Africanum, cui interfuit Augustinus, manifestè scribit potius errare posse Rom. Episcopum, quàm Concilium etiam aliquod Prouinciiale. Hoc autem Concilium à Leone IV. approbatum est can. *De libellis* Dist. 20. Ergo Papa, seipso teste, errare potest. Respondet Bellarminus in quæstione facti, potest Papa errare: non in quæstione iuris. Respondeo Bellarmino, Quoniam merus est homo Papa Romanus & in quæstione facti, & in quæstione iuris, utrobique errare potest. Est enim cuiusuis hominis errare. & labi.

Ultima ratio contra Bellarminum est, Pontifex Romanus potest in alia vitia & peccata incidere: ergo & in hoc, ut erret. Est enim error & excusabilior in homine, & sæpius ex humana fragilitate nascitur: & sic etiam sensit Nilus Thessalonicensis Episcopus. Respondet nugæ Bellarminus de assistentia peculiari Spiritus Sancti, & illius præsentia & aduolatu ad Pontificem Romanum in quæstionibus fidei, quia pro Petro Christus orauit, ne fides eius deficeret. Respondeo, Multis modis falli Bellarminum, Primum quia huius Christi precationis finem verum corrumpit, qui erat ne propter abnegationem Petri futuram Sathã eũ prorsus de fide deijceret. Deinde hoc ad solũ Petrũ pertinet, qui sic casurus erat: nõ ad Petri successores. Id quod experiẽtia docet.

Multorum enim fides defecit, vt Marcellini, Honorij primi, Vigilij, Liberij, Iohannis 22. & aliorum. Denique hoc Christi dictum intelligitur de defectione totali à fide, non de defectione partiali, & particulari, teste Lyrano, sicut docui. In summa caret naturali iudicio homo iste, qui scribit facilius esse negare Deum factò, & recipia, quàm verbo. Quis hoc, præter te, credet, Bellarmine?

Ad Cap. VIII.

Petrum errasse non negat Bellarminus quum Christum abnegauit, & quidem in fide. (Quis enim grauior error esse potest, quia corde creditur ad iustitiam, sit oris confessio ad salutem, vt ait Paulus Roman. 10. vers. 10.) sed negat tunc Petrum Pontificem fuisse. Respondeo ego. At iam erat Apostolus, & promissionem de sua fide inuicta, & non casura, & defectura, vt vult iste acceperat. Matth. 16. *super hanc Petram edificabo Ecclesiam.* Nã quod ore, non etiam corde Christum fuisse à Petro tunc abnegatum ait, futile potius est, quàm subtile. Præterea est falsum. Nam etiam anathema Petrus tunc in seipsum adiecit, vt tradit disertè Marcus Petri discipulus cap. 14. vers. 71. quod affectum & animum Petri tunc planè Christum abnegandi testatur. Denique hic Petrum verum hypocritam & impostorem fingit, & omnibus à vera fide Apostatis *ὁ ἄπιστος ἄσχυρος* suppeditat miser iste fabricatur, & querit, vt, dum Christum impiissimè abnegant, dicant ad instar Petri ore, non corde Christum se abnegasse. Væ tuis astutiis, quibus homines ad nequitiam armas, sophista. At Deus non iridetur Galat. 6, vers. 7. & non tantum corde, se id
&

& ore à nobis est agnoscendus Roman. 10. ver. 10.
Hier. 7. vers. 28.

Quod ait Petrum, dum docet Gentes Iudaizare, non errasse in articulis fidei, falsum est. Nam contradicit manifestè Paulo, qui tradit Galat. 2. vers. 14. Petrum non solum docuisse, sed etiam coegisse Gentes, ut Iudaizarent? Et hoc ipsum erat contra Articulos fidei à toto Apostolorum concilio Actor xv. decretos per Spiritum sanctum. Quam verò facit iste beato Petro iniuriam, dum eum in eorum numerum. i. Pharisaorum refert, qui dicunt, sed non faciunt Math. 23.

Quod ad eam accusationem, quam in Linum Magdeburgenses viri docti instituunt, illa iusta est. Nam legem hominum conscientis imponere, & laqueum Linus voluit, quod neque Paulus fecit, neque fas esse scribit cuiquam, 1. Corinth. 7. v. 35. Ergo in pari argumento de velandis mulierum capitibus in cœtu ecclesiæ, dispar & planè dissimilis est Lini, & Pauli ratio. Linus præcepit id fieri, ut Articulum fidei: Paulus ut duntaxat decorum, 1. Corinth. 11. pro suo tempore. Quare non errat Paulus, errat Linus.

Merito Anacletus reprehenditur, si quod de eo scribitur nempe sacellum Petro venerando Romæ primum eum erexisse, id verum est: scèdissimæ enim idololatriæ semina primus iecerit, quæ est, quum defunctorum hominum corpora coluntur. Id quod soli fecerunt homines Ethnici. Id autem suo loco demonstrabimus.

Telesphorus, ut ne quid grauius in eum dicam, fuit & superstitiosus, & superbus, Superstitiosus, si

quingagesimæ ieiunium instituit: superbas, si se,
& suos clericos tantopere supra Christianâ plebē
extulit, vt isti volunt can. *Statuimus*, & seq. Dist. 4.
quæ ego omnia illi ad maiorem istarum supersti-
tionum commédationem, falso adscribi dixerim.

De Victore, & Zephyrino gratias Bellarmino
agimus, qui nobis eorū errores grauissimos pro-
dit, ne falsa videatur nostra sententia, Quod Pon-
tifices Romani grauissimè errare possunt: ipse
autem contrâ mendax & falsa, & confutata senten-
tia iam appareat. Nam dum istos Bellarminus
tam operose excusat hoc loco, proculdubio ac-
cusat.

Vt purget Bellarminus suos Pontifices Roma-
nos Vrbanum. i. & Cornelium ab errore, magnum
ipse errorem committit. Ait enim temporibus
Tertulliani iam institutam fuisse in Ecclesia con-
firmationem quam Sacramentum pugnantium
vocant ipsi. Falsum hoc deprehenditur. Primum
ex can. primo, *consecratione* Distinct. V. Deinde
ex Tertulliano ipso. Nam vt ex ipsius libro de Ba-
ptismo apparet. agnouit Tertullianus eam dunta-
xat vnctionem, quæ fiebat in ipsa Baptismi admi-
nistratione, non eam, quæ fit in confirmatione, &
multis sæpe annis post Baptismum, quam primas,
vt ipso Christi Baptismo sanctiorem instituit bla-
sphemè Vrbanus primus, teste omni illius tempo-
ris historia: & quam postea Milciades Pontifex
Romanus sui prædecessoris Helenam exornans,
& comens ipsi Christi Baptismo impiè prætulit,
can. *Spiritus Sanctus* consecrat. Dist. v. & Lombar-
dus lib. 4. sentent. Dist. vii. cap. i. Sed nihil pensi
habet

habet Bellarminus, mentiaturne, an non: modò suos Pontifices purget & abstergat ab erroribus veris, quibus illi sunt re ipsa iniquitati ac maculati indelebili caractere & nota.

Pontiani Romani Pontificis oratio magnum errorem habet, & tegit. Nam confici corpus Christi à Sacerdote vult Pontianus, quasi verba ipsa Sacerdotis inducant, & intromittant corpus Christi in ipsum sacramentalem panem. Id quod fuit teterrimi Transubstantiationis monstri postea recepti fundamentum & initium: errorque maximus, vt per verborum nimirum ore sacerdotis pronuntiatorum efficaciam creetur nouum aliquod Christi corpus, & ibi sit in panem. Authores autem, quos iste citat, docent tantum sacramentaliter propter promissionem Christi: non autem realiter, vt Pontianus loquitur, offerri, & esse in S. Cœna corpus Christi: id quod verum est: illud autem Pontiani, falsum.

De vino aqua in Sacro Domini calice temperando, quod iusserunt, vel probarunt Romani Pontifices, manifestam Sacræ Domini Cœnæ corruptelam continet. Nec enim de Dei præcepto detrahere, vel illi quicquam addere licet, Deuteron. 4. Apocal. 22. quod tamen ij Romani Pontifices fecerunt, & faciendum docuerunt, qui in sacro calice, vinum sacramentale aqua necessario temperandum esse dixerunt, & contenderunt, quemadmodum Cornelius iste Pontifex Romanus. Verùm Bellarminus leuiiores istorum Pontificum errores commemorans & confectatus, omisit grauiores, veluti, Quòd hic idem Cor-

nelius ossa & corpora Petri & Pauli, quemadmodum isti scribunt circūcellis in puteo reperta coli, & adorari (quod est turpissimum idololatriæ genus) iussit, illisque templa, non tantum sacella construxit, ut tradit Martinus Polonus.

De Marcellino Pontifice Romano, eum sacrificasse idolis & ipsius confessio testatur, & scribit hîc Bellarminus col. 753. L. A. §. *Decimus*. Quæ nos vulnera minimè refricaremus, nisi iste, dum suos nimium, & præter æquum laudat, cogeret pios omnes eorundem sanie reterege. Nouimus enim & hominū peccatis ex charitate ignoscere: & quod ait Dei Lex Leuitici cap. 18. turpitudinem maiorum tuorum non reuelabis. Sed dum iste conatur Romanos Pontifices *deificare* & deificare, quum iis infallibilitatem in fide tribuit: facit, ut vitia, & errores eorundem monstrantur & detegantur, quò illi homines fuisse appareant; non autem *Dij* quidam.

Ad Cap. 1x.

DE Liberio Pontifice Romano in quascūque se formas vertat Bellarminus, ut eum excuset: tamen ex illius temporis historia planè coniectus, & Athanasij, Hilarij, Hieronymi grauissimorum scriptorum autoritate impulsus agnoscit tandem eum verè in hæresin Arrianorum incidisse, illā probasse, illique subscripsisse: At is fuit Romanus Pontifex, & ille Arrianorum error maximus fuit. Ergo Romanus Pontifex errare potest, teste hoc ipso Bellarmino col. 754. L. B. §. *E* quibus: quicquid hîc comminisci & *ingere* laboret iste, quia arma

arma nobis tradere victus iam cogitur. Nā quod-
 cinque effugium quærat, apertè fatetur Liberium
 istum ex animo & mente (quod iste interpretati-
 one vocat) fuisse hæreticum, & propria manu hæ-
 resi, Arrianæ (quam Valens & Ursatius manibus
 pedibusque non obscurè defendebant) subscripsis-
 se. Itaque istemet tradit col. 756. L. B. recte & me-
 ritò à Clero R. fuisse depositum. Nam ex operibus
 apparebat esse hæreticus.

De Felice secundo Pontifice Romano, dubita-
 ri non potest, quin hæreticus, & quidem Arrianus
 & ipse fuerit, non modò ante Pontificatum suum:
 sed etiam post Pontificatum. Liberè enim iam
 Pontifex Romanus factus cum Arrianis commu-
 nicabat: ab his Pontifex Romanus creatus fuerat:
 maculat vsque eo errore iam Pontifex à Ruffino
 scribitur lib. 10. Histor. cap. 22. & populo Romano
 propterea exosus, vt ait Theodoritus lib. 2. Histo-
 ca. 17. Quæ omnia verissima esse agnoscit Bellar-
 minus col. 755. L. D. §. Deinde. & col. 756. L. C. Ve-
 rum, ait iste, non erat Felix II. tunc verus Pōtifex.
 Hoc subterfugium est, sed inane. Nā omnia Pon-
 tificis Romani munia & palàm, & Romæ tunc e-
 xercebat: neque postea factus est Felix hic noua
 creatione Pontifex ab iis, qui priùs eum oderant:
 sed solùm fuit ab iisdem suo suffragio comproba-
 tus. Nam siue postea resipuerit, siue non, certè
 Romanus Pontifex existens, & Arrianus fuit, &
 Arrianis assensit. Ergo Romanus Pontifex erra-
 uit. At in Martyrologio, id est, Martyrum & San-
 ctorum Romano catalogo recensetur. Respon-
 deo, & alij quoque multi, de quibus verè à Hie-

ronymo scriptum est, *Multorum corpora veneramur in terris, quorum anima detinentur in Inferis.*

Martyrologia enim ista, & marmora, Romana, quæ pro Felice II. citat Bellarminus, non curat Deus, ut propterea quempiam in suum cœlum recipiat, & eum de beatorum numero habeat. Ergo alias nobis rationes alleget iste, quàm has, & quàm tam inanes, & putidas suggerat. De Leone, de quo fit mentio in fine huius capituli à Bellarmino, & quem negat unquam fuisse Pontificem Romanum, non est, quod laboremus. Satis enim exemplorum de R. Pontificibus manifestè hæreticis suggerit nobis ipsemet, hoc neglecto.

Ad Cap. x.

Flagris, non tantum scutica dignus est Bellarminus, qui neget Syricium Romanum Pontificem vocasse coniugium pollutionem, quum illud in epistola Syricij citata à Caluino sit disertè scriptum, & in can. *Plurimos* & seq. Dist. 82. repetitum ex eodem Syricio. Denique probatū Dist. 27. & 28. Est autem hæc sententia manifesta hæretica, quemadmodum apparet ex epistola ad Hebræos cap. 13. vers. 4. Ergo fuit iste Romanus Pontifex hæreticus, ut etiam apparet ex can. *Proposuisse*. Dist. 82.

Innocentij primi errores Sole ipso Meridiano sunt clariores, quancunque nubem iis obicere conetur Bellarminus. Nam neque Virgo velata desinit posse nubere, teste Paulo 1. Corint. 7. vers. 36. teste Cypriano de habitu Virginum: neque is prohibetur à Paulo Episcopus esse & fieri, 1. Tim. 3. qui viduam in uxorem duxit, si modo unquam habeat

habeat uxorem, non duas simul: neque Arrianorū Baptismus valet, qui in nomen Patris, Filij, & Spiritus Sācti ex Christi formula nequaquam baptizabāt: sed alia à seipsis instituta, can. *Si qui* & can. *Sireuera*, consecrat. Dist. 4. Neque nobis opus est inutiles illa glossa in can. *Arrianos*. I. quest. I. quam vnam nouit Bellarminus: quum habeamus manifestum Pelagij Papæ responsam, quod Innocentij sententiam planè iugulat can. *Sireuera*, vti ipsius Augustini can. *Quanus* consecrat. Dist. 4.

De Celestino, de Leone primo Romanis Pōtificibus purgandis ab errore obiecto, quod hīc sollicitus est Bellarminus, frustra est. Nam leuioribus istos horum errores Bellarmino remittimus: grauioribus autem illis obiicimus, nempe quòd vterque insignem Domino nostro Iesu Christo fecit iniuriam, eiusque mortem (quantum quidem in se fuit) aboleuit, dum teterrimum Missæ Papiæ sacrificium (quod diserte Christi mortem oppugnat, estque pessima hæresis) probat, tuetur, & ornat. Nam Celestinus iste Missæ *Introitum*, *Graduale*, & *Responsorium*, addidit: Leo verò primus eidem errori errorem, atque hæc verba adiunxit. *Sanctum sacrificium, immaculatam hostiam,* & *Hanc igitur oblationem*, vt illius temporis historię tradunt.

Gelasij librum, de quo Bellarminus ambigit, ecce omittamus, en verissimos, & crassissimos Gelasij primi errores putidissimos. Quòd collectas Missæ ad peccatorum remissionem à Deo impetrandam (quasi non sufficiat solius Christi sanguis) adiunxit, & admisit vt

docet Durandus lib.4.ca.19. *Rationalis diuinarum officiorum*: & Romanum Pontificem à nemine iudicandum docuit, quod vni Christo competit in can. *Cuncta* l.9. quest.1.

Anastasium secundum (quod negat tamen Bellarminus) & Acatio, & Photino, teterrimis hereticis fauisse, eorumque memoriam, nomen, & Baptismum (quum essent illi Arriani) probasse, manifestè apparet cum ex historia illius temporis & praesertim ex libro Pontificali: tum ex ipsis Decreti canonibus can. *Anastasius* Dist. xix: vt nihil isto Monacho sit iam impudentius, qui quæ scripta sunt, neget scripta. Itaque col. 760. L. A. §. *Illud* reuocat hoc ipsum. Nam Euagrii locus ab hoc citatus nusquam extat. Nicephorus lib. 16. cap. 17. vbi de Acacii morte agit, diuinat.

De Vigilio Romano Pontifice apertè concedit Bellarminus, eum epistolam (quum iam esset electus Pontifex, imo Romæ sederet) nefariâ scripsisse, Monophysitis assensisse, Orthodoxos damnasse, in hæresin incidisse: sed negat tunc verum Pontificem fuisse, quoniâ tunc adhuc vivebat Syluerius secundus. Atqui respondeo, Syluerius iste iam erat depositus, Vigilius in eius locum eadem via, quâ optimi, qui censentur, Romani Pontifices, electus, & omnia Romæ Pontificis munia peragebat, omnibus consentientibus, & populo, & Clero. Et tamè errauit grauissimè. Quare Romanus Pontifex errare potest. Sed quid istos tantum huius hominis errores defendit Bellarminus, quum in alios longè etiam grauiores manifestè prolapsus sit. Nam manifestissimas idololatrias plures in

in Ecclesiam induxit, velut festum candelarum præcise orandū & Missam dicendam versus Orientem, Ecclesiam Romanam esse aliarum matrem, & alios præterea plerosque: præterquam quòd ambitiosissimus, & sūmus hypocrita fuit iste Vigilius, teste Bellarmino col. 761. L. D. Nam siue postea hæresin reuocarit suā, siue nō perinde est. Sēper. n. cōstat eū, dū Pōtif. est, errasse teste Liberato c. 22.

Obiectionē aduersus Gregoriū primū, si sibi, & cum suis concordare velit, non potest confutare, & obicem istū tollere Bell. Itaque eam sicco pede transit. At constat ex can. *Manns* Consecrat Dist. v. (qui est decretū expressum Pontificis Romani,) solū Episcopū posse cōferre Cōfirmationis sacramentū. & in sacramētis nihil immutari posse per quēcūque hominē ait Durād lib. 4. Dist. 7. quæst. 3. N. 10. Ergo errauit & grauissimè Gregorius primus, qui aliud & sensit, & pro Articulis fidei Rom. decreuit Epist. 26. li. 3. Nec hīc ad rationes Durādi respōdet Bel. quoniā eas soluere non pōt. In sūma verus Pontifex verè errauit, aut istorum doctrina, & aliorum Pontificum nequaquam est vera, & infallibilis regula ipsorum fidei & credentiæ.

Vt Bonifacium quintum purget Bellarminus ab eo errore, quē illi ex ipsius Epistolæ verbis merito aspergūt Magdeburgēses viri acuti, tamen ab aliis non abstergit, & plane scelerib. Quod contra Dei verbum Asyla furibus Homicidis, & latronibus Tempa ista Christiana esse constituit. Cōtra Exod. 21. v. 14. Reg. 2. v. 31. Et tamen hoc istius Bonifacij sceleratissimum decretū (in quo toto cœlo errauit) secuta est sequens ætas can. *Remm* 17. quæst

cap. 4. *Inter alia, Ext. Immunitate Ecclesie.* Cœmeteria, quasi sanctiora & gratiora Deo esse illa loca, certis, magicisque incantationibus idem dedicauit, & dedicari iussit: à quibus erroribus manifestissimis & idololatriis eum non purgat Bellarminus, quia non potest. Porro Iohannis in Euangelio, cap. 1. ver. 29. ab hoc citatus, ubi dicitur Christus peccatū Mūdi tollere *τὸν ἀμαρτίαν*, voce peccati & originale, & actuale, denique quoduis peccatum complectitur Iohannes, uti Paulus, Roman. 3. & 6. ne hic se abdat hæreticus iste.

Ad Cap. XI.

Solem ipsum pleno meridie lucere negare potest Bellarminus, qui Honorium primū R. Pōtificem hæreticum fuisse, & quidem in ipso suo Pontificatu, negare hoc toto cap. sit ausus, qui tot tamque manifestis, & ex ipsius Honorij Epistolis, & ex aliis scriptis cōuincitur fuisse eiusmodi. Verum sicut *κατὰ τὴν ἐπιτομήν* est *ἐπιτομῆς* i. Temeritas est rerū rectè agēdarum nouerca: sic *ἀσέβεια* autem ne huic stulto & improbo secundum suam stultitiam & impudentiam respondeamus (quod fieri vetat Solomo, Prouer. 26. ver. 4.) cum hoc infano homine insanire non decreuimus. Satis enim sese istius hominis solutiones ineptissimæ confutant, nec monendi in eo erunt ulli lectores cordati. Quanquam si esset opus, omnes, & quidem breui, refellere possumus. Verba enim ipsa Honorij, qui vnā tātum in Christo Deo, & Homine voluntatem agnoscit, apertè demonstrant eū & Monophysitam

nophysitã, & Monothelitã fuisse. Quæ ex Maximi libro omnib. ignoto Bel. affert, quis dubitat, quin ea in Pontificũ Romanorũ gratiã fuerint à quopiã Monacho supposita, conficta, & nomine celebris illius Maximi (quoniam & ipse Maximus vocabatur) venditata, quemadmodũ per plurima opuscula Augustino sunt falsò adscripta, quæ à Monachis nomine Augustinis, ædita fuerant. Hæ sunt nempe Monachorum fraudes, & Diabolicæ technæ. Nã & ipsemet Maximus testatur iussu Iohannis scribã Honorij falsum fuisse, non id sensisse iam mortuũ Honorium, quod ipso dictante scripserat tamen. Ex quo apparent ista omnia, quæ Honorium purgant, esse postea in Romanorũ Pontificũ fauorem conficta, & ementita: quemadmodũ & illud, Cõciliorũ Codices fuisse à Græcis corruptos, in quibus extat disertè scripta Honorij huius hæresis: at contra & Græci, & Afri Episcopi Rom. Episcopos Zosimũ & Nicolaũ verè accusant, quòd Cõciliorum Niceni & Cõstãtinopolitani primi, Codices falsarint, & res certa est. Denique quod R. Pontifices de se, sui que similibus, in suã laudẽ testimonium dicũt, iste ineptè certum, & admittendũ, & illibatum esse vult: & quòd iidẽ Papæ scribũt, nullos in ea sede Romana sedentes deuiasse à fide, iste de singulis Papis peculiariter, sed falsò, intelligit: quũ sit in genere enũciatũ. Nulla sit autẽ in huiusmodi rebus tã generalis regula, quæ non patiatur exceptionẽ, vt aiunt Iurisc. Nam quod totum Rom. Cõcilium sub I. Martino tacuit Honorium inter Monothelitas, nil mirũ est, quòd suæ, vt putabãt matris, & loci, i. Ecclesiæ R. dedecus, retegere nollẽt.

Ad Cap. XII.

NEquè ab eo errore, qui Martino primo obicitur, neque ab aliis cum liberat Bellarminus. Ab errore proposito, quia Presbyteros & Diaconos coniugio suo vrètes & legitimo manifestè iste Martinus damnat can. *Diaconus*. Dist. 27. contra Dei præceptum Hebr. 13. v. 4. Ab aliis erroribus. Nam hic idem Martinus homo vecors & ignarus Dei verbi veram pietatem erga Deum in idolis, & idolorum templis ornandis esse definiuit: quæ est summa hæresis, vt apparet Exodi cap. 20. 1. Iohan. 5. v. 21. Chrisma confici Magicum ad peccatorum expiationem iussit, (quasi non viuis Christi sanguis plis sufficeret) cõtra quam Paulus docet Roman. 3. v. 24. & 25. Hoc crimina coram Deo prodesse, imo necessarium esse voluit Martinus iste. Hæ sunt veræ hæreses tui Pontificis Martini. Quanquam alij Fabiano decretum istud tribuant ex can. *litteris vestris* Consecrat Dist. 3. Sed fortasse Fabianus hoc inuenit. Martinis certè sanxit, & obtinere vbique voluit.

Gregorium tertium ab errore grauissimo purgare Bellarminus nõ potest. Nam præter Deiverbum Marh. 19. v. 9. diuortium fieri concessit nempe si vxor propter morbum reddere debitum viro non potest. Itaque licet solutiones varias afferat iste tum ex additione facta in Tomis Conciliorum tum ex glossa in can. *Quod proposuisti* 32. quæst. 7. tamen eò tandem res redit, vt fateatur Bellarminus hunc Gregorium lapsum esse turpissimè col. 770. L. A. Nam contra Pauli præceptum Roman. 3. ver. 8. vult iste etiam hunc Gregorium, malum

malum concessit, ut aliud malum maius evitaretur, non etiam, ut bona fierent: id quod esset tolerabilius. Quam verò insulsus est, quam id quod aperte cum Dei verbo scripto pugnat, negat esse peccatum, aut notum peccatum, priusquam Tridentinae sentinae decreto definiretur esse peccatum. Id quod iste scribit eadem col. 770. L. B. §. *Neque potest. in fine.*

Denique Monachus iste ex Pharisaorum, (quos Christus: Mat. 23. v. 24. Damnat) numero proculdubio est, qui culicem & minores suorum Pontificum Romanorum errores excolat, & persequitur: camelum autem, & graviores deglutit & caelat. En tibi, Bellarmine, longe grauior istius tibi Gregorij tertij Romani Pontificis haeresis, Quod contra manifestum Dei praecipuum Exod. 20. v. 4. & 5. Imagines hominum defunctorum, colendas esse statuit, & aduersus Leonem III. Constantinopolitanum Imperatorem vi non Dei verbo defendit, Dominum suum, eumque propterea iniuste excommunicauit, & Italia priuauit.

De Nicolao primo Pontifice Romano quid Bellarmicus cominiscitur, ut eum liberet à manifesta haeresi quam iste Pontifex Romanus docuit, scripsitque in can. *A quodam Iudaeo* Consecrat Dist. 4. idque ipsum omnis Ecclesia, quae secuta est, & quae praecessit, aperte reiecit & damnauit, Petrus Lombardus lib. 4. Sentent. Dist. 3. c. 2. Gelasius in cano. *Si reuera.* & cano. *Multi.* antea Zacharias quoque in ca. *In synodo* ibidem, & Glossa vbique. Ait Bellarminus Nicolaum tunc non ut Pontificem id dixisse: sed velut doctorem duntaxat parti-

cularem. At respondeo, Hoc respondit & rescripsit & Romę, & ad consulta Bulgarorum, & vt Romanae sedis Antistes, Ergo vt Romanus Pontifex. Quamobrę est planę inutile $\kappa\rho\iota\sigma\tau\omicron\upsilon\gamma\epsilon\tau\epsilon\rho$, & inanis latebra, quam quęrit iste, quoniam hunc ictum neq; vitare, neq; declinare potest. Ex superiorib. autem apparet Pontifices Romanos, etiam quā Pontifices errare posse, $\delta, \tau\iota \delta\epsilon\iota\delta\epsilon\iota\zeta\alpha$, id est, quod demonstrare oportuit, vt plane in nostra causa vinceremus.

Stephanum vi. Sergium iii. Iohannem ix. vindicare à manifesto errore, & scelere grauissimo non potest Bellarminus. Itaque extra oleas vagatur, & præter casam fugit narrans historiam illius temporis notissimā, fortassis vt seipsū, & lectore, quę tādium in istis Pontificū Rom. sordib. audiēdis & legendis detinnit, oblectaret ista narratiūcula.

Verūm ex ea, quid aliud apparet, quā flagitiosissimam, ac fœdissimam esse Pontificum Romanorum vitam? plenam sceleris, vindictę, perfidie, ambitionis, offendiculi, adeo vt Bellar. & ceteros Papę studiosos pudere deberet istius historiae, si quem pudorem, aut frontem Monachi isti Souta & Porcinj haberent. Sed non habent. Quis enim nescit quanta crudelitate in media ipsa Roma Pontificum Romanorum sacrosancto sacrario alij in alios sæuierint Pontifices Romani, vt nihil vnquam tetrius, & horribilius Sylla in Mariūm inuiorem ædiderit, quā quod Stephanus vi. in Formosum, cuius cadauer è suo sepulchro eruit & effodit, & capite trūcari publice etiam iam putrescens iussit: & in Tiberim truncatum, vt esset
mana

esca piscibus, deiecit immanissimè. Sed ista tã immania in sua narratione prætermisit sciens & prudens Bellarminus, quoniam ad suum stomachum nihil faciebant, & propositum euertebant. Totam igitur istam historiam vere non narravit: quod tamen erat pollicitus.

Iohã. 13. errorẽ prorsus negare manult, quã illi, sicut cæteris, patrocinari. Itaque quòd Campana baptizentur in Ecclesia R. negat. & inficiatur iste perfriçtã fontis homo. Quid hoc autem est. Solẽ ipsum media die lucere nolle, & negare? Quid igitur certum iam erit, si quod omnes & sciunt, & vident Campanas nempe Baptizari, certum non est?

Quin etiam laudes Campanarum, & vt prædicatores sint in Ecclesia Romana, demonas expellant, tempestates abigant, scripsit Durandus summus Sententiarius lib. 1. Enchiridij, cap. 4. Verùm quid istam solum Baptismi Christiani corruptellam ab isto Iohanne XII. inductam conquerimur, quum infiniti pene sint errores, quos idem induxit, aut defendit, Idolorum cultum prouexit, Templorum ornatum veram in Deum pietatem esse docuit, aduersus Magistratum summum rebellare fas esse contendit, & sibi priuato, & suis clericis. Quid non denique impium in Deum effutiuit? Præterquam quod sceleratus, crudelis etiam in suos Cardinales, væcors, publicus adulter, incestuosus, aleator, Diabolũ inuocãs, ebriosus & omni vitij genere coinquinatus fuit, & vixit: & propterea ab Othone Magno Impera. Rom. ex totius Ecclesie consensu Romæ, depositus, & de sede

deiectus fuit. En sunt tua minima, Bellarmine, & Ioues tui Capitolini, qui in sua manica spiritum tuum sanctam habent, & errare per te non possunt. Deus tibi meliorem mentem.

Syluestri II. Pontificis Romani historia Lippis atque tōsoribus nota est. Est enim is, qui Gilbertus antea proprio nomine vocabatur, quem inter Magos summum fuisse, & Diabolum collocutum saepe, & familiariter scribunt omnes illius temporis historici, non autem vnus Martinus Polonus, vt iste putat (etsi ille Romanæ sedis, & illius honoris tuendi studiosissimus vel vnus sufficeret) verum de Syluestro isto II. eum Magum etiam in ipso suo Pontificatu fuisse, & vixisse testantur Masæus, Bemio, Barnus, supplementum Chronicorū & Petrus Præmonstratensis & ipse Monachus & Romanorum Pontificum cliens & assecla. Hi sunt dij tui, Bellarmine, omnibus noti, quos in fide errare non posse dicis, & verè, quia nullam fidem habent.

Ad Cap. XIII.

QUum non modo os hominis Christiani, sed & manus puras esse oporteat, in Gregorij septimi sordibus tractandis nequaquam immorabor: sed nec legentium oculos istis stercorebus reponendis & obiiiciendis conspurcabo. Quid adulatio possit, vel vnum hoc Bellarmini caput, testatur, dum & ipse vt monstrum illud hominis, Gregorium nempe septimum, omni & errore, & vitiatorum genere, ac labe coinquinatum abstergeret, & deificaret, nullum non lapidem mouit, maluitque mentiri, quàm silere: & alios quum plures com-

commemorat Romanę istius sedis metu, vel splendore fascinosos, qui quæ falsa de Gregorio hoc VII. ab assentatoribus Papatum tenui quadam fama audierant, scribere maluerunt, & nunc quoque credere malunt, quam quod & intimi ipsius Gregorij amici, & antoptæ ac proinde testes oculati, & homines fide dignissimi, recenti ad huc & nota omnibus harum rerum historia tradidere verissimè ac sincerissimè. Quare turbam suam istam falsorum testimonium remoueat, & silere iubeat Bellarminus. (Nam etiam ipsummet Diabolum Gregorij istius septimi parentem pudet, & istorum, quæ in laudem huius Antichristi supposita sunt, mendaciorum) quia plus potest, & valet oculati vel unius testis depositio, velut Bennonis testimoniū & Brazuti: quam centum testimonium aliorum auctoritatum duntaxat, qui nihil præter auditum, & rumculos quosdam tenues & incertos habent. Et hæc quidem esto nostra ad hoc Bellarmini caput breuis & vera responsio, quæ moderatis ingeniis satisfactura est. *scio.*

Ad Cap. XIII.

Alexandrum tertium dum ab hæresi manifeste purgare nititur Bellarminus & excusare, procul dubio accusat. Nam & eius constitutio de tribus testibus solum in factione testamenti necessariis, generalis est, ut ipsius verba testantur ca. *Cum esses* N. 10. Extra *De Testamentis*: & aperte legibus Imperatorum ac Magistratum suorum derogare bestia ista, & homo in rebus istis Politicis priuatus, imo verus Antichristus voluit, ut ex ipsa constitutione in verbis, *Secundum quod leges*

humana decernunt, apparet. Tollit enim iste *L. Si unus, L. Hac consultissima, & L. ult. cod. Testamentis*, ut secū ostēdat esse, qui se supra numē omne in his terris euehit, vel se numini. i. Deo exequat, quū iplis Imperatoribus Imperare vult. Deinde solutio glossæ, seu Bellarmini nulla est. Nam non solum nutat, & est incerta. *Vel, dic Vel dic* (quod diffidentia & falsitatis est signum) sed ipsa sibi contraria. Nam prima solutio facit hanc Alexandri III. legem particularem: secunda solutio facit eandem generalem. Sed & ignarus rerum iste Pontifex Romanus Alexander III. non intelligit etiam in ore duorum, vel trium stare res hominum vult lex Dei, Deuterono, decimo nono versu quinto Matth. decimo octauo, versu decimo sexto: maiorem tamen testium numerum non vetari. Nam reum politicarum constitutio est penes Civilem Magistratum summum, non penes Presbyteros & Pontifices Romanos.

Sed quid istos Alexandri tui III. nauos tantum purgare conaris Bellarmine: en tibi illius grauissima vlcera & vulnera, & aperti grauissimi errores, quibus potius te mederi oportuit.

1 Quod legem Cœlibatus indicit ijs, qui Ecclesiasticum munus assequi volunt, c. 1. ext. *De clericis coniugatis* contra I. Timoth. 3. vers. 2. Hebr. 13. vers. 4.

2 Quod Ecclesiasticum regimen vertit in tyrannidem, & regnum, Nam etiam in cap. *Significasti Reges* ext. *De Electione* tribuitur Gregorio tertio omnes tamen huius Alexandri tertij esse volunt hoc decretum, ut Archiepiscopus nullus suo mun-

nere fungi possit, quātumuis legitimè electus, nisi prius se Romani Pontificis vasallum esse & fore curauerit. Contrà Christus Luc. 22. ver. 25.

3. Fridericum summum suum Magistratum reiecit & reiiciendū docuit, contra Pauli præceptum Roman. 13. Hæc, Medice Pontificum, cura, & sana, si potes.

Celestini III. verissimam hæresin, per quam cōiugia extra causas Dei verbo comprehensas, velut propter hæresin, dissoluit, purgare non potest Bell. Nā illius sentētia fuit determinatio generalis per decretalē adita tanquā vt à Pontifice summo: nō autē priuata opinio velut particularis hominis, vt hic mētīēs ex professo respōdet B. Sed mētiri mauult, quā tacere. Probatur quod dicimus, primum, quod illa Celestini 3. Epistola fuit inter decretales glossa in c. *Quanto ad verbum Prædecessor* Extra de Diuortijs, extabatq; sub titulo De Cōuersione Infidelīū olim. Tamē illa cōtra Dei verb. Mat. 19. v. 9. manifestè apparet esse. Deinde quod Innocētius III. qui hanc Celestini cōstitutionem abrogat, appellat eum *prædecessorem suum*. At particulares personæ non sunt Prædecessores summorum Pōtificum. Ergo iste Pontifex Romanus manifestè errauit, teste etiam Alphonso de Castro Monacho Hispano. Hic idem Celestinus cap. *De Bigamis*, extra de Bigamis vetuit, contra Pauli præceptum 1. Tim. 3. v. 2. Viduę mulieris legitimum maritum fieri Episcopum, aut Ecclesiasticū hominē. Innocētius III. procul dubio nos Iudaizare cogit, quum disertè definit, quæ sunt in Deuterono. (quoniam ibi secunda quædam lex continetur)

adhuc ad nos Christianos pertinere. Sic ille in cap. *Per venerabile. §. Rationibus. Ext. Qui filii sine legitimi.* Innocentij & verba, & mentem circum- scribit Bellarminus: nihil ad rem respondet. Primum inepta est Innocentij ratio, Deuteronomiū esse secundam Legem. Imò est repetitio eius ipsius Legis & doctrinæ ceremonialis, quam iam populo Dei proposuerat Moses. Ergo nos ad ceremonias legales, dum ad Deuteronomium alligat, reuocat Romanus Pontifex, quæ est summa hæresis, vt apparet Act. 15. & Galat. 2. Deinde quum Innocentij rationē damnet Bel. negat ad Romanū Pontificem pertinere, causas definire, vt ad Pontificem summum Legalem ius illud pertinebat. Atq; ita totā suam causam prodit, & iugulat se, & suos Pontifices Romanos, dum id negat, quod mordicus ipse, & tam pertinaciter antea defendit: & tamen verissimum est. Denique falsum est, quod ait iste, in eo, quem Innocentius citat, loco agi de ceremoniis, quæ Christum repræsentant. Agitur enim de solis Politicis legibus, in quibus non, Vt in Ceremoniis, Christus repræsentatur. Et sic miserè fallitur iste.

Sed prorsus ineptus est Bellarminus, qui quum suorum Pontificum capiti debeat mederi, eorum redimiam curat, vt est in veteri prouerbio: & sic *καὶ ἁπλοῦν*, & leuia eorum peccata facit ἁπλοῦν, & præcipua vlcera. Mētitur, si sciens id facit: fallitur, si imprudens. En igitur errores istius Innocentij III. longè grauiores, & verè hæreses, quas excusare nemo potest.

I Transsubstantiationem Panis, & Vini Sacramen-

cramentalis fieri in S. Cœna in verum corpus, & sanguinem Christi, vt est in can. *Firmiter*. Ext. De *Trinitate*, & cap. *Cum Marta*. Ext. De *Celebratione Missarum*.

2 Laicis in Ecclesia, quos vocant, calicis vsu, (contra Christi præceptum, *Match. 26. ver. 27.*) interdixit in S. Cœna Domini.

3 Confessionē in aurē Sacerdotis, vt verē Pœnitentiæ partem, omnibus Christianis præcepit, cap. *Omnis vtriusque*. Ext. De *Pœnitentia*, contra verbum Dei, *Pla. 51. ver. 6. 32. v. 5. Iac. 5. ver. 16.*

4 Imperium sibi in ipsum imperatorem, suisque successoribus Romanis Episcopis vsurpauit, in cap. *Solita*. Ext. De *Maioritate & obedient.* contra Roman. 13. Prætermitto & in hoc Pontifice, & in Adriano III. & in Honorio III. coniurationes sceleratas, seditiones excitatas, perfidiam, & perjurya perpetrata, & bella per vniuersum Christianum orbem miserè cōflata à singulis istis. De Nicolao III. & Iohanne XXII. quod affertur, est prorsus *ἀνάρκτος*, quicquid fingat hîc Bell. Nicolaus, ait, Christum, paupertatē omnimodā esse profectum, eamque meritoriam, nimirū, vt mendicātes fratres (quos alij fratres *Manducantes*, & verius vocant) commendaret, cap. *Exiit*. in vj. *Verborum significatione*. Fuerat enim ipse Franciscanus. Multa uanque dissidia in Ecclesia, & offendiculā propter fratres istos mendicantes, præsertim sub Adriano quinto fuerant exorta. Guillelmus de Sāct. Amore sub Alexandro I v. multa cōtra eos, & eorū ordines ædiderat eruditissimè. Ergo sustinendum erat istud Antichristi sustentaculum, quoniā

ruebat. Illud igitur fulsit Nicolaus IV. & vite genus, nempe Mendicitatem, (quam profitebantur Monachi isti) probavit: càmque apud Deum meritoriam esse docuit. Huius tantæ hæresis postea ipsi summet Satanâ puduit. Itaque Iohannes XXI. cap. *Ad conditorè canonũ.* in suis extrauagantibus, illã Nicolai sententiã dãnatur, docetque esse hæreticã, cap. *Cum inter nonnullos.* Ergo alter Pontifex R. alterũ hæreticũ fuisse docet, ac proinde errasse. Quid ad hæc Bellarminus? Negat hæresin esse quod est hæresis. Ergo Christũ professione pauperẽ & mendicũ fuisse ait. Falsum hoc. Sed vt formã serui, quã pro nobis induerat. Philipp. 2. ver. 7. totã perferret, & totã peccatorũ nostrorũ pœnam nihil habuit in hoc Mundo Christus, Matth. 8. v. 20. 2. Corinth. 8. ver. 20. Negat esse quæstionẽ de fide, vbi agitur de nostra actione, quæ sit apud Deum meritoria, qualem istam definiuit esse Nicolaus IV. negat Iohannes XXI. Negat esse contraria Christum in his terris affirmare habuisse aliquid propriũ, & hoc ipsum negare. Imò hæc nõ solum sunt contraria, Bellarmino: verum etiã contraria. Negat Christum suis permisisse quicquam proprium habere, & possidere, vel aurum, vel argentum, ex Matth. 10. ver. 9. In quo se apertè Bellarminus, *Ne comparate aurum:* non, vt legit iste Linguae Græcæ imperitus, *Ne possidere aurum.* Denique quod à Christo *natãti,* & certæ circumstantiæ tantum ratione dictum est in prima suorum Apostolorum Missione, iste tanquam simpliciter & omnibus, & quouis tempore, præceptã sumit, & in-

terpretatur: quæ est sūma fallacia. Atqui Christus & loculos habuit, Ioh. 13. atq; etiā, vti nōnulli volunt, etiā domū conductam Math. 9. v. 1. & 13. v. 36. Id quod & Nicolai 4. & Bel. sententiā planè confutat, & falsissimam esse docet.

De Iohanne XXI. Romano Pontifice quis scriptor vnquam aliud tradidit, quàm quod hic dicitur, eum sensisse Animas hominum esse mortales: quod & coæua illi Parisiensis Sorbona, & Guil. Occkan & Iohannes Gerson, & omnes historiæ testantur. Itaque non est mendax Calvinus, quū de isto Iohanne id scribit, quod verum esse omnes tradunt, etiam ipsemet G. Occkan magnus Scholasticus Calvinum cum Iohanne XXII. commune in eo quicquam sensisse, impudentissimum est vel fingere nedum dicere, aut scribere: quod iste mendacissimus homo facit.

Iohannem 23. mirum est quod etiam inter suos Deos & Pontifices enumerare voluerit, cuius omne hominum genus puduit, etiam ipsummet tandem Ioh. 23. Nā Magistratu seu Pōtificatu abdicauit & quidē libens, quod se eorū errorū, & morū, q̄ ipsi obiciebātur, consciū sciret, itaq; palā & docuisset & vixisset. De Benedicto XIII. Eugenio 4. tã certū est eos errasse, quā Bell. vixisse. Sic etiā Cōcilium Cōstantiense pronūtiavit, tota eorū causa cognita, & nisi impudēs esset minime hoc ipsū negaret iste. Nā quod Eugeniū IV. Pōtificatū retinuit, id vi, & armis, & immani pertinaciā ab eo factum est, non iure. Ergo licet verbis se Papam & Pontificem iactaret, re tamen nequaquam erat Pontifex. Nam in eius locum Amadeus dux Sabaudie à toto Basiliensi concilio Pōtifex electus

est, & Fœlix dictus. Quis autem hoc, præter te vñ nescit Bellarmine?

Quod de Innocentio VIII. scribit Bellarminus id eum purgare ab hæresi non potest: manifestè enim vel oppugnat Domini nostri Iesu Christi institutionem, cui sacræ suæ Cœnæ iubet duo esse signa, Panem nempe, & Vinum Math. 26. ver. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Corint. 11. vel ostendit Missam Papisticam non esse sacram Domini Cœnam, quod verissimum quidem est: sed isti omnino cõtrarium cõtendunt. Sed quid non contra Dei verbum scriptum statueret iste Innocentiũ VIII. qui fuit vir & superbissimus, & ignavissimum & leo non pastor Ecclesiæ.

Ex superioribus autem omnibus apparet, saltè quadraginta Romanos Pontifices (vt de aliis nihil dicamus) refrente ipso Bellarm. & eos dinumerante hæreticos pessimos fuisse, & grauissimè errasse. Quod istius assertionem primam de infallibilitate Romani Pontificis, quã Pontifex, in articulis fidei definiendis confutat manifestè & reuelat.

Examen & Cœsura Primæ partis huius Libri Quarti.

Cæterum ne quid in tota hac nostra Respon- sione sit confusum, Bellarminum *κατά τοὺς ἀρ-* sequemur, vt si quid perturbatum hîc sit, illud non à nobis, sed ab isto (cuius vestigijs insistimus) profectum appareat, & intelligatur.

Quemadmodum igitur Bellarminus totum hunc librum sanè longissimum (sed in quo totius Papisticæ tyrannidis cardo & fundamentum statuitur

tuitur in duas summas partes, & quæstiones præcipuas diuisit: sic & nos nostram ad eum responsionem in duas eisdem partes contrahemus. Prima agit de hac quæstione, Vtrum in Romano Pontifice, quâ Pontifex, sit infallibilitas iudicij in definiendis fidei Articulis. Hanc asserit, & vindicat Romano Pontifici cuiuslibet Bellarminus: Nos illi denegamus: atque propterea non solum ipsius argumenta singula confutauimus: verum etiam innumerabiles ex istis Romanis Pontificibus, apertè errasse demonstrauimus.

Tamen, vt nostra sententia verior meliùs adhuc appareat: illius autem falsa, & commentitia, seu plane profus assentatoria, en tria Bellarmini vitia grauissima in hac Romanorum Pontificum infallibilitate iudicij tuenda obseruet, obsecro, quouis pius lector, & diligens.

Primum istius vitium in hac prima sui huius libri parte, manifestissimum est, locorum S. scripturæ: quos pro se, suâque sententia asserit, infirmitas & incompetencia ad suam sententiam. Omnes enim, quos citat, loci, ipsomet teste, plures, diuersasque interpretationes admittunt, easque etiam veras, quæ nullo modo ipsius sententiam vel attingunt lōga manu, vel cōfirmant. Quare fit vt nulla sint, quæ pro se profert ex S. scriptura, argumenta, & firmamenta. Sunt enim dubia propter varias eorum interpretationes.

Verum exemplis hoc illustremus. Quem primum pro illa Romani Pontificis de fidei Articulis iudicantis infallibilitate citat locum, is

sumptus est ex Luc. 22. ver. 31. *Simon Rogavi pro te ne fides tua deficeret.* Hunc locum vult Bellarminus habere plures interpretationes, Parisiensis Sorbonæ, Doctorum Sententiariorum, & Tertiam, quam ipse peperit, quæ certè quidem omnium ineptissima est. Sic Bellarminus suæ probationis fundamentum in dubium ipsemet reuocat cap. 3. columna 736. L. A. B. C. D. Nam qui etiam ex ipsius sodalitis sunt, vel primam. i. Parisiensis Sorbonæ: vel secundam, id est, Modernorum Scholasticorum sequi malent. Tertiam autem, quæ est noua, commentitia, recens, inaudita, ipsius planè reiicient, imo apertè refellent.

Alter locus quem iste pro sua sententia citat, est ex libro Exodi capite vicessimo octauo, versu tricesimo, de *Vrim*, & *Thumim*, quæ in suo pectorali, & Ephod gestabat summus Sacerdos Leviticus. Atqui hic locus non tantum omnino obscurus per sese est: verum etiam, ipsomet Bellarmino teste, variis interpretationibus obrutus, vt qui ex eo loco suæ sententiæ fundamentum ponit, non modo debile, sed nullum propter varias illius expositiones, habeat. Hoc docet Bellarminus ipse capite tertio columna septingentesima quadragesima L. D. 6. Quarto & col. 741. Adeoque in ipso illo loco pessimam, & etymologiæ verborum Hebræorum omnino repugnantem explicationem secutus est Bellarminus.

Reliquos, quos iste ex S. scriptura locos citare voluit, supra nos copiosè cōfutuimus: & eos ipsos habere

habere varias interpretationes ipse vult: nos autē nolimus qui, vt iste, ex Rhetorianorū hæreticorum numero, Deo gratias non sumus.

Historias, ex quibus Pontificum Roman. vitæ res gestæ, doctrina, & decreta discuntur, omnes in dubium vocat, vt Honorium suum Primum, & Gregorium septimum, summos Hæreticos, sic ab omnibus appellatos historiis, ab hæresi purget, si potest, assentator iste. Hoc, quod dicimus, apparet ex huius libri c. 11. col. 762. & c. 13. col. 773. Ecquod igitur ipsemet argumentum firmum ex his duxerit, si dubiæ sunt?

Quin imo sic spiritu vertiginis propter assentionem miseram in tota hac prima libri parte agitur, & rotatur, vt etiam quid in reliquis agat, nesciat. Nam c. 7. col. 746. & 747. vbi de hac questione disputat, Vtrum ab hæreticis baptizati sint rebaptizandi (quod sensit Cyprianus) ita se versat, vt Cypriani, quàm Stephani, & Cornelij Romanorum Pontificum (qui contrà censuerunt) sententia verior esse, & magis ab hoc probari videatur. Et hoc primum est Bellarmini in hac parte prima vitium, Rationum, & argumentorum ἀκατασσία.

Secundum vitium est contradictio sibi ipsi manifestissima, & Sole quouis Meridiano clarior, hæc nempe, Affirmat Bellarminus Romanum Pontificem in definiendis fidei Articulis, quâ Pontifex, errare non posse. Atqui ipsemet sese refutat. Agnoscit. n. & fatetur hos saltē, & ad minus sex, Romanos Pontifices in fidei Articulis grauius etiam

qua Pontifices, errasse, & falsa docuisse. Nempe,

1 Liberium c. 9. col. 574. L. B. §. E quibus.

2 Felicem 11. col. 755. L. C. §. Sed respondemus.

3 Honorium 1. cap. 11. col. 763.

4 Gregorium 111. cap. 12. col. 770. L. A. §. Neque potest in fine.

5 Nicolaum 1. col. 770. LD.

6 Nicolaū 1111. c. 14. col. 780. L. D. Atqui Bel. illud ex Catonis, vel Aufonij (vt alij malunt) distichis puer dicere debuisti,

Sperne repugnando tibi tu contrarius esse:

Conueniet nulli, qui secum dissidet ipse:

Vel, quia te Theologum profiteris, ex Pau. Gal. 2. v. 18. *si ea, quæ adificauit, destruo, me ipsum prauaricatorem constituo.*

Tertiū in hac prima parte Bel. vitiū est *Απιστία* vel potius *Αναξωυλία*. Sibi. n. & suis fidē oīo detrahit: vel impudentissimū se ostēdit. Eligat utrū vitiū malit. Nā utrūque fœdū est, & graui scriptori infame, ac turpe. Ac sibi quidem, Nam quum summa cōtentione hīc vbique docere nitatur, aut se niti fingat, Rom. Pōtificē errare in fide nō possit, tamē sic ipse c. 4. col. 742. L. D. §. *At secūdū scribit, Non est de fide credere, quod sedes Apostolica auferri & separari nō possit ab Vrbe Romana. Si Romæ auferri potest sedes Apostolica, ergo & infalibilitas. Nam hæc ab illa pendet, ipsomet Bellarmino teste, qui ait, piè credi, imo à Deo præscriptum esse, vt Petri sedes ab Vrbe Roma non separaretur* col. 743. L. D. §. *Secundo.*

Suis fidem detrahit, Primum Pontificibus ipsis Romanis, Ait enim Donum perseuerantiæ in fide non

de non pertinet ad omnes Petri successores, cap. 3. col. 736. L. C. §. *Quarto*: quomodo igitur affirmatur Romanos Pontifices, quia Petri sunt successores, errare non posse in fide, si donum perseverantiae in fide non habent. In eodem cap. 3. eadem columna L. D. §. *Alterum* scribit *Primum Petri privilegium*, ut non posset veram fidem amittere, non manavit ad omnes illius posteros. Ergo illi veram fidem per te amittere possunt, ac proinde errare. Hoc ipsum confirmat idem Bellarminus cap. 7. col. 746. L. D. §. *Respondeo*, *Modò*, id est, nunc non sunt heretici, qui dicunt Pontificem posse errare. Idem cap. 4. col. 744, L. A. *Non sunt de fide Pontificum Romanorum narrationes.*

Quare verò, Bellarmine, quoniam illi ut ceteri homines, mentiri possunt. Item cap. 14. col. 779. L. C. *Non sunt de fide Pontificum Epistola decretales.*

Atqui hæ sunt Pontificum leges, & decreta. Cur verò id dicit Bellarminus quia ca. 5. col. 744. L. C. D. ait, *Pontifex Roman. in legibus ferendis errare potest, & leges superfluas edicere, & indiscretas.* Item ait cap. 7. col. 746. L. A. §. *Respondeo*. *Ordinaria veritatis habenda via est Conciliorum convocatio*: ergo non iudicium Romani Pontificis. Quid iam igitur suis Romanis Pontificibus in iudicando relinquat, non video, si neque Petri privilegium habent, ut non possint non amittere veram fidem: si dono perseverantiae in fide carent: si neque eorum Epistolæ decretales, neque narrationes sunt credendæ: si denique in legibus ferendis summus

Pontifex Romanus errare potest. Vide igitur Bellarmine. quid dixeris? Si tuum sodalitiū hæc, quæ scripsisti, legerit, te flagris onerabit, non honorabit. Pontifex ipse si leget, te excommunicabit. Hæc si Canonistæ legerint, tibi coram Rota Romana litem & dicam intentabunt. Quid de te fiet, miser!

Suæ sectæ hominibus, qui se falso Iesuitas: verè Suitas vocant, fidem, & venerationem omnem suo ordini detrahit. Nam cap. decimo quarto columna 780. L. D. §. *De tertia* disertè scribit Christum regulam minus rigidā docuisse, & fuisse communem omnium Christianorum Patrem, & Doctorem, ergo non solū Iesuitarum, qui se nominant.

Parisiensi Sorbonæ, in qua procul dubio multi sunt viri eruditi. impudēs iste suum vnus iudicium absque Dei verbo præfert, eamque irridet c. 3. col. 735. L. D.

Et quid iam nobis certi, in quo pedem figamus relinquit?

Ad Cap. xv.

HÆc est secunda huius libri quarti pars, & quæstio, Vtrum Pontifex Romanus, qua Pontifex, possit hominum conscientias leges spirituales condere, pœnas earum violatoribus spirituales indicere: & violatores ipsos punire ex his pœnis, veluti, excommunicatione, Suspensione, interdicto, Irregularitate. Hæc quæstionem & ad cognoscendum facilem, & ad decidendum breuem, variis distinctionibus, regulis de natura legum, quas

quas tamen omnes non habet. Nam omisit formam legum externam, ex qua suam auctoritatem, & notitiam inter subditos leges omnes sumunt, & *Promulgatio legitima* legis appellatur, hanc inquã præcipuam, & necessariam de lege iusta regulam iste prætermisit, dum nimium properat, more suo, ad Lutheranos & Calvinistas arrodendos & allatrandos, & propositionib. variis de fugientis scopu inuoluit, inquã hanc facilem alioqui quæstionem hoc loco Bellarminus.

Sed quid longa disputatione vel verbis opus est? Hanc quæstionem decidit ipse summus Ecclesiæ Doctõr Dominus noster Iesus Christus, Luc 22. v. 25, 26. Decidit Paulus 1. Corin. 7. v. 35. Decidit Pet. 1. Petri 5. ver. 3. & 4. Decidunt omnes Apostoli, autore Spiritu sancto, in concilio Hierosolymitano congregati, Actor. 15. v. 10. & 28. Decidit ipsemet Bellarminus supra cap. 5. col. 744. L. C. D. qui ait Pontificem Romanum sæpe superfluas, sæpe indiscretas leges ferre. Summus autem omnium locorum S. scripturæ à nobis citatorum consensus in eo est, Nemini mortali neque Regi, neque Pontifici licere hominũ conscientias leges vllas imponere: sed soli Deo vero, qui earũ solus Rex & Dominus est. Math. 15. ver. 9. Deuter. 12. ver. 8. Nemo enim homo laqueum, aut iugum conscientias nostris iniicere, aut imponere potest. Quare facilis erat ad definiendum tota hæc quæstio: neque tot verbis opus erat, neque his vndecim longis capitibus sequentibus. Sed sese ostentat ille.

Quod ad nostrorũ in hac quæstione sententiã,

Vtrum Ecclesia possit leges aliquas condere, hæc est breuis responsio, Ecclesiam nullas vel de Articulis fidei, vel de cultu Dei interno, externove leges condere nouas posse: sed eas sequi duntaxat & sancire, quæ vel expressè, vel per analogiam fidei sunt in Dei verbo scripto comprehensæ, debere. Quæ verò ad solum Ecclesiæ decorum externum pertinent, de his Christiana Ecclesia (mature iudicio adhibito) leges condere potest: quas qui in Ecclesia sciens, prudensque violat, vel scisma incoat, vel offendiculum præbet, quod nisi purget censuris Ecclesiasticis coercendus, ac puniendus est. Quod verum esse nos suo loco verissimis rationibus & certissimis demonstrabimus.

Ad Cap. xvi.

Avdiamus verò Bellarmini rationes, quibus efficere nititur suum Romanum Pontificem eadem autoritate, & eodem modo in Spiritualibus leges, & pœnas constituere & promulgare posse: quo modo & iure summus Magistratus Politicus in Politicis leges & pœnas sancire potest. Primum igitur istius argumentum est ex capite & loco Deuter. 17. vers. 9. & 10. iam ab hoc citato sic summi sacerdotis Leuitici sententiæ & iudicio sub Lege veteri parendum fuit: ergo Romanus Pontifex sub Euangelio leges nouas & pœnas de rebus spiritualibus ferre, & promulgare potest. Respondeo variis modis in hoc argumêto à Bellarmino peccari. Primum fallacia est ab Ignorantione Elenchi. Confunduntur enim hic diuersa tempora legis nempe, & Euangelij, & diuersum Ecclesiæ sub vtroque statu regimen politicum & ecclesia-

ecclesiasticum. Id quod est vitiosissimum, & *ἀβιο-
λόγος.*

Secunda fallacia est à non consequente. Nec enim efficitur, vt si cuius sententiæ & iudicio sit parendum, ille legis condēdæ quoque ius habeat. Cuius Magistratus sententiæ, pro ipsius Iurisdictionis gradu, parendum est. Nec tamen ius habet quiniis Magistratus legis condendæ, sed solus is, qui in ea Republica summus est. Ille autem in Ecclesia est solus Deus 1. Corinth. 7. vers. 10. & 12. & 35. Iacob 4. vers. 12. Ergo solus Deus leges spirituales & conscientiiis ferre potest. Episcopi verò, Pastores, & Concilia, sunt tanquam Præfides Provinciarum, indices ordinarij, & inferiores Magistratus, qui sicut hi sui principis leges obseruandas curant & satagunt: sic illi Dei leges, & mandata, non sua.

Tertia fallacia est à non causa pro causa: Falsum enim assumit iste, nempe summum Sacerdotem Leuiticum leges aliquas nouas, præter eas (quas per Mosen Deus dederat) edixisse, & secundum eas iudicasse. Hoc totum commentitium est, nam leges istæ & *δευτερονόμιος* à Christo perspicuè sunt damnatæ Math. 15. vers. 9. Marc. 7. vers. 4. Ergo quemadmodum est in eodem cap. 17. Deuter. vers. 11. ex Legis à Deo datæ, non à se præscriptæ sententia iudicabat summus sacerdos Leuiticus. Iubet enim Dominus Malach. 2. vers. 7. ne lex diuina per Mosen data ab illius ore recedat, aliudque doceat, iudices, aut pronuntiet, quàm quod in ea Lege Dei scripta continebatur. Sic igitur & Romanus Pontifex non ex legibus à se positis: sed

ex Dei verbo scripto duntaxat iudicare poterit, vt Bellarmino concedatur sua comparatio inter Summum Sacerdotem Leviticum, & Episcopum Romanum. Quare falsa omnino & inepta est istius collectio, qui ex ea comparatione effici putat ius & auctoritatem aliquid conscientiiis hominum precipiendi, competere Romano Pontifici. Ista enim comparatio eum euertit.

Quòd autem iste col. 787. L. B. §. *Probatum*, ex falso principio à se sumpto argutatur, Possè Romanum Pontificem suis legibus, & sua auctoritate præcipere, vt Actus, qui est in sacra Scriptura indifferens (velut gestare in concionando togam, vel pallium,) sit necessarius ad salutem æternam, & conscientiarum obligatorius, est certè quidem ineptissimum. Est enim fallacia A petitione Principij. Nec enim potest quisquam libertatem, quam Christus nobis acquisiuit, adimere nobis, & imminuere, & nouas conscientiiis nostris leges imponere: licèt Ecclesia possit in rebus *pijs*, & indifferentibus decorum, sed decorum externum noscribere, 1. Corinth. 7.8.9. Quòd autem carnem suillam edere noluerat sub lege pij, ratio est, quoniam hoc præceptum cultus Dei externi & veræ professionis fidei in Deum pars erat à Deo ipso præscripta, non ab homine, vel Summo Sacerdote, data.

Secunda Bellarmini ratio est ex Matth. 16. ver. 19. *Quicquid ligaueris in terra, ligatum erit in caelis.* Ergo non homines tantum, verum quilibet aliud ligare potuit Petrus, & quamcunque legem, de re quacunque voluit, imponere, quæ promittitur

tur fore rata in cœlis. Hæc Bellarminus, & de Petro, & de Romanis Pontificibus : sed ineptè. Respondeo, Primum Christum dedisse Petro eam potestatem, postquam Petrus testatus esset apertè veram suam in Christum fidem pro se, & pro collegis. Ergo dedit Petro hoc ius, quatenus fidem illam in Christum, ac proinde Dei verbum scriptum sequerentur Petrus & alij illi, non autem suum ipsius arbitrium, & voluntatem. Testatur enim Petrus ipse nullam dominationem se in Dei Ecclesiam habere, 1. Petri 5. vers. 3. Est ergo hæc fallacia ab ignoratione Elenchi.

Deinde seipsum evertit Bellarminus. Nam superiori capite, col. 786. L. A. ait, legem non rectè imponi ei, qui subditus nō est. Atqui nemo Christianus, vel Petri, vel Pontificis Romani meræ voluntati subditus est. Ait enim Paulus, 1. Corinthiorum, 7. vers. 21. *Ne estote serui hominum.* Est autem, qui huiusmodi meræ hominum voluntati subditus est, verus Hominum seruus, 2. Petr. 2. vers. 19. Roman. 6. vers. 16. Iohan. 8. vers. 34. Quare nemo Christianus tenetur sequi, probare, & agnoscere legem vllius Pastoris & Episcopi ex solo illius arbitrio profectam, & pro lege eam habere.

Denique Christus ipse sua verba, quæ sunt apud Matth. 16. vers. 19. explicat, Iohan. 20. vers. 23. Docet enim datam à se potestatem ligandi suis Apostolis, & eorum successoribus. Ergo nō quidem ligare possunt Episcopi, velut Muscas, Brucos, & Animalia Bruta: neque de re quavis præceptum obligatorium facere ex hoc Christi, quod est apud Matthæum, dicto.

Tertia Bellarmini ratio est ex Iohanne 21. *Pasce oves meas.* Respondeo, illa est nihili, sed iste hac utitur, uti Agyptæ homines & impostores suo quodam vno medicamento ad omnes plagas curandas.

Quarta Bellarmini ratio est ex Iohan. 2. ver. 21. *Sicut misit me Pater*, ait Christus, & ego mitto vos. Ergo parem Christo potestatem leges in Ecclesia condendi habuerunt Apostoli. Respondeo, Est fallacia a dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Eatenus enim Christus mittit Apostolos, quatenus verbum ex se auditum prædicet, Matth. 28. ver. 18. 19. non ut eandem in Ecclesia, quam ipse Christus potestatem habeant. Est enim ille, & quidem solus, Iohan. 3. spōsus: est Princeps Pastorum solus, 1. Petr. 5. ver. 4. est solus Rex Ecclesie, Apocal. 1. ver. 6. Itaque negat Paulus, 2. Corinth. 1. ver. 24. se vel Coapostolos esse dominos in fidem piorum: cuius tamen Christus est Dominus: ergo vox hæc *Sicut.* ad Doctrinæ puritatē pertinet: non autem ad æquādos Apostolos Christo. Nec enim potuit dicere Petrus, *In nomine meo eiicietis Demonia*, sicut dixit Christus.

Quinta ratio Bellarmini est ex Actis, cap. xv. ver. 28. sed nihil valet. Nihil enim illic præscribunt Apostoli de sanguine, quod non extaret disertè in Lege Dei, Levit. 17. ver. 12. 3. ver. 17. Nec excipere potest Bellarminus, Istæ Ceremoniæ legales iam post, & per Christi mortem sublatae fuerant. Respondeo enim eatenus tunc sublatae & abolitae fuisse, ne pars esse externi Dei cultus, (sicut antea & ante mortem Christi) censerentur: non autem

ne vllū adhuc vsū omnino haberēt. Nam duravit earum vsus inter Iudæos, etiam mortuo Christo, vsque quò Templū Hierosolymis stetit, quia Synagoga fuit, quemadmodum ait Augustinus, cum honore sepelienda, Actor. 3. ver. 1. 16. ver. 1. 21. ver. 26. Sed neque ipsimet Apostoli, quod de sanguine & suffocato tunc Gentibus mandarunt, tanquam partem cultus Dei præscriperunt: sed vt decorum quidpiam Gentibus, vt facilius cum Iudæis piis conuersarentur, Actor. 21. vers. 25. 16. ver. 4.

Verūm D. Caluino nititur, quantum potest, respondere Bellarminus. Sed respondēt-ne? Certè nugas agit nugerrimas. Fatetur enim veram esse Caluini rationem, nec tamen eam admittit. Nam quia postea cessauit ratio prohibitionis de sanguine, & suffocato inter Gentes: ergo & Lex quoque ipsa, vt rectè colligit doctor Caluinus, cessauit, iuxta regulā, Cessante aut sublata causa, cessat & tollitur effectum. Neque fuit Lex ista Apostolorum de Abstinentia à Sanguine & Immolationibus & Suffocato facta Gētibus Lex cōscientiæ ac Diuina, sicut iste imperitè scribit homo Theologaster, col. 789. L. B. §. *Sed hac.* & ad conscientiam, & salutem Animæ pertinēs: sed lex tantūm de decoro, & ad conuersationem honestiorem (præsertim cum Iudæis ad fidem conuersis) spectans, vt ex Actor. 21. ver. 25. facilè intelligitur, quicquid seipsum miserè sciens, prudens-ve fascinans, scribat Bellarminus, & comminiscatur. Nam seipsum refutat, col. sequenti, L. C. vbi fatetur, Paulum id Corinthiis vetuisse duntaxat propter scandalum.

Ad Pauli enim & mentem, & locum illi collimarunt, qui est priore Corinth. 8. vbi hæc omnia refert Paulus solùm ad scandalum, vti & Roman. 14. non ad Animæ salutem. Quid igitur vltra petit Bellar. & quem meliorem istius legis, & Senatusconsulti Apostolici interpretem quærit, quàm Paulum, qui huic Senatusconsulto scribendo ipse interfuit, Actor. 15. & illud exposuit ac prædicauit, Actor. 16. ver. 4.

De Concilio autem Gangræsi quod affert Bellarminus (quod vetat edere sanguinem, suffocatum, & immolatitium, non autem reliquas carnes, can. 2.) nihil nos vrget. Quemadmodum neque illud quod trecentis annis postea Constantinopolitano Concilio sexto, cap. 67. repetitum est iisdem penè verbis, estque ex Concilio Gangræsi in can. *Si quis carnem*. Dist. 30. Nam propter offendicula quæ tunc homines Christiani præbebant, repetita est illa prohibitio, primùm ab Apostolis facta de his tribus, Sanguine, Suffocato, & Idolothyto, ne vel sæui, vel idolis adhuc fauentes pij viderentur, non autem vt quæpiam noua lex hominum conscientiiis scisceretur, vt iste putat.

Id quod vel ex eo apparet: quòd Leges Conscientiæ locum vbique terrarum in Ecclesia habent: at tamen Lex illa de sanguine, suffocato, & Immolatitio, iam tunc in Latina Ecclesia nullum locum habebat (quia nullum offendiculum istarum rerum vsus inter Latinos Christianos præbebat) quum eam repeterent tamen Græcæ Ecclesiæ.

Id testatur & glossa, in suprâ dicto canone,
Si quis

Si quis carnem. Distinct. 30. & annotatio marginalis ad cap. illud LXVII. Constantinopolitani Concilij, & ipsa veritas. Nec alia mens est Augustini epistola 154. quemadmodum apparet ex illius §. *Si quis dubitat de aliqua carne.* Ergo neque Apostoli neque Concilia legem illam de sanguine, Suffocato, Idolothyto constituerunt, posueruntque conscientis hominum Gentilium: sed decorum, & mores tantum honestos & duntaxat sanxerunt, ut placidius, faciliusque Christiani homines ex Gentibus cum aliis & Iudæis versarentur, & idola, atque crudelitatem omnem odisse intelligerentur. Confirmatur nostra sententia ex can. *Presbyteros* Dist. 50. & ab ipso Bellarmino qui ait col. seq. hanc legem ab Apostolis positam, ut breui tempore duraret. Id quod pugnat cum legibus conscientiam piorum obligantibus. Non fuit tamen tam pia sequens ætas. Nam carnis vsum Monachis velut rei illis licite prohibuit hereticè, quemadmodum apparet ex canone.

Carnem cuiquam Monacho De Consecratione Distinct. V.

Quod ad Caluini rationes, ad eas nihil Bellarminus solidi respondet: Imo tertix prorsus succumbit, & manus dat, ac fasces submittit. Agnoscit enim, quod res est, priorem epistolam ad Corinthios à Paulo scriptam fuisse post Concilium Apostolorum, & fere totis, ut intelligas Bellarmine, sex annis. Itaque vera est Caluini sententia, Paulum in epistola illa ad Corinthios posterius scripta mentem Concilij, cui interfuit,

Apostolici exposuisse, nempe Sanguinem, Suffocatum, Immolatum, fuisse ab Apostolis prohibita, solum propter scandalum, non ut lex & iugum imponeretur conscientiis, Id quod ipsimet Apostoli testantur, Actor. 15. ver. 10. Quid contra iste? Nutat, nugatur, sudat, etiam diuinat, Ait enim, *Fortasse eo tempore, deinde, Fortasse Corinthi.* Age tu, qui de re nulla (quum Romae sedes, & sis ad pedes tui oraculi & Gamalielis, & Iouis Capitolini) dubitare potes, responde tibi aliquid veri & certi. Sed certe non potes, quia veritatem oppugnas, ut legem conscientiis hominum imponas, & Dei suo iure spolies.

Sexta Bellarmini ratio est, ex Roman. 13. ver. 1. *Omnis Anima debet esse subdita potestatibus sublimioribus.* Ergo Romanus Pontifex potest leges hominum conscientiis ferre. Quis te dementavit, Bellarmine, ut sic colligeres? Respondeo, Cuique Potestati sublimiori, pro iure & gradu suae Iurisdictionis, est à piis viris parendum: non autem quum supra suam iurisdictionem iubent aliquid & tentant. Sic Petrus explicat in priore Epistola, cap. 2. ver. 13. 14.

At Romanus Pontifex nullam in conscientias hominum piorum habet iurisdictionem, sed solus Deus. 2. Corinth. 1. ver. 24. 1. Petr. 5. ver. 3. 1. Corin. 7. ver. 35. ergo & caetera, id est, illi non est parendum. Sed quid hunc locum pro stabilienda aliorum erga Romanum Pontificem obedientia citat iste, quum aperte de Magistratu Politico agat Paulus: & indignus sit R. Pôt. auxilio istius legis, ut pote qui in eam committat? Denegat n. suis superioribus, Nimirum

Nimirum Imperatoribus, obedientiam: ergo & illi sua est deneganda. Nam quod in alium iuris ipse statuit, eodem vti debet. Dilce ex Catone puer, *Patere legem, quam ipse tuleris*: imprimis quum ex tuorum sententiariorum scriptis probes illud, *Frangenti fidem fides frangatur eidem*.

Solutio verò Caluini ad locum Pauli Rom. 13. vers. 7. vera est, Christianos nempe parere debere in generali Magistratui, & ipsi ordini à Deo constituto propter conscientiam: non autem singulis Magistratus legibus. Quid enim si iubeat lex virum piuum fieri idololatram? Parere igitur ex te, Bellarmine isti legi debet pius, etiã ratione conscientie, & idola colet. Væ tibi, qui hoc suades. Addis, ex comparatione huius phrasim, *non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam*, in omnibus & singulis nos teneri parere Magistratui, propter nostram erga Deum conscientiam, in quibus propter ipsius Magistratus iram & poenam cogimur. Falsum hoc est. Latius enim patet ira Magistratus ad nos cogendos quàm conscientia ad subdendos, interprete Petro ipso Actor 4. vers. 19. 5. vers. 29. & 42. qui non paret ipse summo sacerdoti vetanti prædicari Euangelium. Nam nihilominus prædicat. Ergo & Petrus, & Iohannes hoc fecissent contra conscientiam, & sic impij fuissent. Te confutat Chrysostomus in can. *Nolite*. Hieronymus in can. *Si Dominus* xi. quæst. 3. ibidem Augustinus in can. *Qui resistit*, ibidem Fabianus Papa can. *Qui omnipotentem*. Christus ipse te refellit Math. 10. v. 28. *Nolite timere ab iis, qui trucidant corpus, &c.* Te ipsum refutas quoque Bellarmine supra ca. xv.

col. 785. L. B. quum legem eam, quæ vitium præcipit, legem esse negat: ergo nequaquam illi parendum propter conscientiam censes, etsi sit à Magistratu, nisi & impius esse, & tibi apertè contrarius velis.

Septima ratio Bellarmini est ex 1. Corinth. 4. vers. 21. *Pastores habent virgam à Deo*: ergo leges, & quidem leges in conscientiam hominum condere possunt. Respondeo, nego consecutionem. Nam eam Pastores ecclesiastici virgam habent, ut Dei legum contemptores ecclesiasticè puniant: non autem legum violatores suarum 2. Corinth. 1. vers. 24. 1. Corinth. 7. vers. 35. Quod enim Bellarminus affert de Mago Elyma excæcato à Paulo, Anania occiso spiritu oris Petri, ipsius fallaciam ostendit & habet. Ab ignorantia Elenchi. Nam ab extraordinariis & miraculosis actionibus ad ordinarias arguit iste, & concludit. Quod est ineptissimum & vitiosissimum. Deinde mendacia puniebat vterque, quæ in Deum fiebant illa verò Dei, non hominum solis legibus damnantur, & puniuntur.

Quod denique Bellarminus ait col. 791. L. C. §. *Præterea*. Paulum solum excommunicasse, ut eandem potestatem suo Romano Pontifici tribuat, primum eum ipsum hæc sententia iugulat. Nã si solus Paulus excommunicat: ergo non ex decreto, & potestate sibi à Petro concessa: nec in eo (quæ tamen est summa ecclesiastica potestas) Petro paruit Paulus, aut eam potestatem Paulus à Petro habuit. Præterea non sequitur, quod si Apostoli id fecissent Pastores id possint. Alia enim est Apostoli, alia

alia Pastoris potestas Ephes. 4. v. 12. Deinde refutatur ex ipsis Pauli verbis 1. Cor. 5. v. 4. *Congregatis*, ait Paulus *vobis cum meo spiritu*. Denique ex aliis quoque locis S. Scripturæ. Nam quum ait se manus imposuisse Timotheo, vbi de se solo loquitur Paulus 2. Tim. 1. v. 6. alibi docet id à se ex totius Presbyterij ecclesiæ, in qua tunc erat, consilio factum 1. Tim. 4. vers. 14. Sic Iacobus Hierosolymis audit Paulum, sed collato Presbyterio Act. 21. v. 18. Quum enim in S. Scriptura aliquis rectè quidpiam fecisse scribitur, illud ab eo actum intelligi debet, seruatis omnib. seruandis: nõ autè ius tyranicum illi tribuitur.

Octaua Bellarmini ratio ex 1. Tim. 3. v. 2. sumpta est, vbi vetat Paulus eum, qui binas simul uxores retinet, eligi Episcopum. Hanc iste legem Pauli putat, non Christi. Fallitur, & errat, quia neque legit discendi studio, neque intelligit S. Scripturas. En tibi Bellarmine locum, vbi hoc vetat Christus ipse, non Paulus Math. 19. v. 8. etsi explicat Paulus ex mente Christi 1. Cor. 7. Ergo Paulus non ponit legem conscientis, sed Christus.

Nona Bellarmini ratio est ex 1. Tim. 5. v. 19. Recipere potest Episcopus accusationem aduersus Presbyterum: ergo leges conscientis ferre potest. Respondeo, Ne pueri quidem sic argumentati fuerint, nisi qui nondum ære lauantur. Episcopus, quoniam ecclesiæ quisque suæ caput est ministeriale, recipit accusationem non ciuili modo, sed ecclesiastica duntaxat forma intentatam. Ergo non habet propterea forum, carceres, viatores. Accusatio verò illa non est, vt de suis: sed vt de Christi legibus violatis ab eo, qui se Christianum

profitetur, Episcopus cognoscat. Quare hic locus nihil sui Pontificis Romani coactivam Iurisdictionem iuvat, ut iste & vult, & vocat. Et si seipsum evertit iste, dum varias & incertas loci à se citati interpretationes citat, more suo, ut sese ostentet: non ut propositum suum vere probet, spectans.

Decimam rationem suam inutilem esse agnoscit ipsemet Bellarminus. Nihil enim ad tribunal suum Pontificium erigendum valet, sed ad Christi leges formandas.

Vndecima ratio est ex 1. Corinth. II. vers. 2. 1. Thessal. 4. vers. 2. & 8. Paulus dedit præcepta Ecclesiis: ergo leges novas conscientias hominum imposuit. Respondeo. Negat hoc ipsum ipse Paulus, 1. Corinth. 7. vers. 35. 2. Corinth. 1. vers. 24. qui negat se laqueum cuiusquam conscientiae vel vellet, vel posse iniicere. Nam quod ad eas leges, quas pro decoro conventus ecclesiastici sanxit, ut de velatis mulieribus, ibidem Paulus 1. Corinth. II. v. 4. & seq. eam nequaquam conscientiam obligavit, quum pro ratione tantum loci & personarum ponerentur: non ut res ad salutem necessaria: sed ad decorum externum duntaxat honestæ 1. Corinth. II. vers. 16.

Duodecima Bellarmini ratio est ex Hebr. 13. v. 17. Obediendum est veris Pastoribus Ecclesiasticis: ergo leges in conscientias illi ferre possunt. Respondeo. Negatur consecutio. Nam parendum est illis, quatenus sedent & docent ex Cathedra Moysi, id est, puram tradunt Christi doctrinam Math. xv. vers. 1. 2. Nam 28. vers. 20. ait Christus Apostolus *docete homines servare ea, quae mandavi vobis:*

vobis: non autem leges vestras Marc. 7. vers. 4.

Ab eo, quod firmissimum habere se putabat, præsidio, id est, Dei verbo (quod nullum habet) depulsus Bellarminus, confugit ad infirma & debilia hominum testimonia, quæ à paucis emendicat in vna de Ieiuniorum tempore sanctione & lege ab Episcopis facta, quam iugum conscientis priorum imponere sentit iste, & esse vel salutis nostræ, vel veri cultus Dei interni vel externi partem existimat: nō autem solius offendiculi ratione dari. Quod tamen vtrunque falsum est: sed hominem audiamus, est enim brevis ad omnia, quæ affert, testimonia responsio, hæc nempe. Et concilia, & Patres Ieiuniorum certum tempus definiuisse per singulos annos piis: quòd hoc exercitio eos ad Dei per Christum beneficia accipienda paratiores fieri existimarent: non vt in eo salutis æternæ causam statuerent. Quod si qui aliter censerunt, pessimè errarūt. Ex sola enim Dei gratia pendet illa salus. Non item ad cultum Dei illud tempus præceperunt. Nam Deus ex solo suo verbo vult coli à nobis.

Denique decurrit Bellarminus ad humanæ rationis testimonia. Sed quæro ex eo, vtrum humanam rationem audire velit, aut audiendam putet Bellarminus in hac de fide & Theologia disputatione, qualem à natura omnes habemus, nempe cæcam & dementem: an qualem oportet esse informatam prius ex Dei verbo scripto? Hæc, puto, respondebit admittendâ. Ex quo fit, vt quod ex ratione humana citat testimonium, sit & ipsum ad Dei verbum scriptum reuocandum: alioqui

cæco de coloribus iudicium committeremus, si rationi cæcæ, & nostræ extra Dei verbum de Deo, Deique voluntate crederemus.

Iam verò ex rationis humanæ ratiocinatione probat, ad ecclesiam recte gubernandam nobis oportus esse præter diuinas, & Ciuiles leges, aliis legibus, quæ vim coactiuam habeant. Respondeo ad decorum Ecclesiæ tum priuatim, tum publicè externum duntaxat constituendum, ferri leges posse: sed eæ neque conscientias obligant: neque Dei cultum internum, externumve continent: coactiua verò earum vis hæctenus erit, vt qui ex earum contemptu schisma incoauerit, aut offendiculum sciens dederit, ecclesiasticis tantum pœnis puniatur à Pastore: non multa, carcere, pœna corporali, aut pœna Politica. Ergo conclusio Bellarmini est fallacia, A petitione Principij, & ignoratione Elenchi. Confundit enim leges de decoro cum legibus conscientiæ, & eas vnas facit imperitè, & falso. Neque hoc probat, quod hic, tanquam oraculum Apollinis asserit, leges de decoro nimirum spectare, ac pertinere ad conscientias obligandas. Nostra verò sententia cõfirmatur ex 1. Cor. 7. v. 35. 2. Cor. 1. v. 24. 1. Petr. 5. v. 3. Matt. 15. v. 9. Coloss. 2. vers. 23.

Porro legenti mihi præsertim hanc scripti Bellarminici partem horror obortus est, & quædam animi indignatio, quod in Papatu, & quidè Romæ huiusmodi Doctores, & Doctorum Coryphæos habeant, quales hic Bellarminus, qui indigna quouis Theologiæ Sacræ candidato peccata in scribendo committat. Nam legem Euangelicam vocat eam, quæ opera tradit, id est, eam Legem, quæ à Mo-

à Mose tradita est, quam nimium generalem esse conqueritur. At legem eam & Euangelium opponit S. Scriptura, Iohan. 1. v. 17. Rom. 10. v. 5. 6. Sic iste col. 794 L. A. Præter Christum, alium in ecclesia *Principem ecclesie* Spiritualem esse affirmat, contra Petrum, 1. Petr. 5. v. 41. in L. B. *Peccatum* nõ agnoscit & ad legum civilium, & diuinarum violationem diuerso modo pertinere, quare non paria ex his colligenda: non autem eodem profus modo ad vtrasque referri L. C. Nam in verè diuinis legibus non tantum offendiculum: sed & conscientie vulnus habet. In politicis sæpe sola offendiculi ratio peccatũ dicitur: sæpe sola ratio cõtemptioq; magistratus, etiam sine iusto offendiculo, vocatur peccatũ, i. etsi nõ læditur conscientia violãtis tale præceptũ: neq; vllius alterius. Peccatũ igitur est quicquid deuiat generaliter. Apostolos constituisse, vt ieiuni homines S. Cœnam surraerent. Contra Paulus 1. Cor. 11. Itẽ ex his Christi verbis Ioh. 12. v. 26. *Si quis mihi ministrat, me sequatur* effici, ministros Christi debere abstinere à coniugio, & vouere continentiam. Ergo Petrus non ministravit Christo, quoniam etiam Apostolus vxorem habuit, quam secum quoque circumduxit, teste Paulo Luc. 4. vers. 38. 1. Corinth. 9. v. 5. Et hæc quidem ad palmarium hoc Bellarmini caput, in quo nihil sibi defuisse putat. Sed, vt ait Bernardus, omnia illi defunt, qui sibi nihil deesse putat.

Ad Cap. xvii.

PRimum nostrorũ argumentũ stat, non soluitur à Bellarmino, Ait enim Christus disertè

docete homines seruare praecepta mea, Math. 28. vers. 20. Nec valet obiectio ex loco Luc. 10. vers. 16. *Qui vos audit, me audit*. Is enim demum audit Apollolos, qui verba Christi, & Euangelium Christi predicantes audit, non autem alia verba, aut aliud Euangelium Galat. 1. vers. 8.

Solutio ad secundum nostrorum argumentum ex Deuter. 4. vers. 2. *Nihil addetis, aut detrahetis verbo Dei*, est. Addi potest ad numerum praeceptorum Dei: sed non potest addi ad opus praeceptum à Deo, vt plura faciamus. quàm praecepit, aut pauciora. Respondeo. Imo nec ad numerum praeceptorum addi debet. Deus enim eum discrete definiuit, dum ea decem esse ait Deuter. 4. v. 13. Præterea quorsum maior numerus praeceptorum adderetur, si addita nihil plus continerent, quàm quæ sunt iam promulgata: Frustra enim fit per plura, quod fieri potest per pauciora.

Quod de festo Encaniorum addito excipit iste, 1. Macch. 4. vers. 59. & à Christo comprobato, Iohan. 10. vers. 22. nihil vrget. Nam finis festorum legalium fuit, vt essent anniuersaria commemoratio, & solemne *μνημόσυνον* singularium Dei beneficiorum erga Israelitas. Ergo quum liberatio eorum à tyrannide Regum Syriæ esset insigne beneficium Dei erga suam ecclesiam: eam diem solenniter commemorari oportuit, & quidem semel quotannis.

Alia verò ratio fuit Iudicialium, seu mere politicarum legum, quæ vtique neque sacramenta, neque Dei cultum, neque salutem æternam continent aut monstrant: sic iis addere per modum interpret-

terpretationis licuit summo Magistratui Politico, ex maturo totius Concilij publici iudicio, quod fuit inter Israelitas.

Responſio Bellarmini ad tertiũ noſtrũ argumẽtũ ex Iacobi cap. 4. verſ. 12. *vnus eſt legiſlator, qui poteſt perdere, & ſeruare,* eſt omnino nihili. Itaque refutatione non eget. Eſt enim primarius Legiſlator, qui conſcientias obligare poteſt. Id quod iſte à ſuo Romano Pontifice fieri putat, ergo eum primarium, conſtituit legiſlatorem.

Quartum noſtrum argumentum eſt indiſſolubile Math. 15. verſ. 9. Marc. 7. verſ. 6. *frustra me colunt homines ſequentes præcepta hominum.* Itaque ad illud Bellarminus non reſpondet: ſed extra oleas digreditur. Ait duo genera ſeu duo quædam eſſe præcepta hominum, vna contraria Deo: altera, inutilia, vtraque ipſemet condemnat. At Pontificia mandata ſunt Deo contraria, qui nihil ſuis præceptis addi vult: ſunt peccata, quia ſine fide ſunt Rom. 14. verſ. 23. Sunt etiam inutilia, quoniã ait Chriſtus *FRVSTRA* me colunt homines ex mandatis hominum. Ergo Pontificia mandata ſunt ex vtroque mandatorum genere, quæ manifeſtè condemnat Bellarminus.

Quintum argumentum noſtrum ne longa quidem manu attingit Bellarminus. Sumitur ex Gal. 4. verſ. 31. *ſumus filij Libere:* ergo liberi: non ſerui hominum 1. Corinth. 7. verſ. 23. Ergo ceremoniis à nemine ſumus onerandi. Id quod tamen Romani Pontifices faciunt, & Pontificia mandata. Ergo liberamur ab illis. Bellarminus hãc de tribus libertatis Chriſtiane effectis agit, libertate à ſeruitute

peccati, Legis Ceremonialis, Legis Moralis. Quid ad Rhombum? Certe prorsus nihil. Sed addit ille, *Iubere* 1. Pet. 2. vers. 3. *Petrum, ut simus subiecti omni humanae creaturae*. Disce primum ex nostris vertendum esse hunc locum *omni humanae ordinationis* quemadmodum etiam agnoscit Innocentius III. in ca. *Cū Marte Extr. de Maioritate & obedientia*. Deinde disce Petrū nō eximere & absoluerē se, vel suos successores ab ea subiectione. Ergo illi Papa quoque est subiectus. Denique tyrannidem in animas non tribuit propterea Petrus Pastori vllō 1. Pet. 5. vers. 3. Id quod tu ex eo loco colligis. Quare nihil te iuuat, imo premit & opprimit dictum Petri à te citatum.

Ad Cap. xviii.

QUum dicit Christus Math. 11. vers. 30. *Iugum meū leue est, & onus facile*, exonerat nos iis omnibus sarcinis, quæ extra ipsius verbum nostrarum conscientiarum onerandarum causa ab hominibus nobis imponuntur, qualia sunt præcepta de seruandis diebus festis, de Ieiuniis, de cōfessione Auriculari, de præcisa cōmunionē die Paschæ, de indulgentiis, de votis, de peregrinationibus, de aqua lustrali, de missis audiendis quæ singula sunt per se infinita: collecta verò simul onus insupportabile nobis imponunt. Ergo qui nos iterū istis rebus onerant, Christi beneficium, quantum quidem in se est, nobis adimunt, & nos, teste Augustino epistola 119. ad Ianuarium, Iudæis magis oneratos esse volunt. Id quod studet & nititur efficere iste hoc toto capite. Quare quicquid hic Bellarminus nugetur, & strenuè mētiatur de paucitate

itate Pontificiorum Mandatorum, de eorundem facilitate, & leuitate, præ Iudaicis ceremoniis, & de eorum æquitate, tamen res ipsa clamat nihil esse Papistis miserius, qui vel solum de festis Sancto- rum seruandis præceptum vnum retinent, & obseruare volūt, nedum & alia quoque. Nam præter communia & Solennia festa pene innumera, quale est festum natiuitatis Christi, Circumcisionis, Annuntiationis, Mortis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes: item festa B. Mariæ dicata, velut conceptionis eius, Eleuationis, Purificationis, sunt innumerabilia alia, quæ Durandus li. 7. ca. 1. N. 30. 31. 32. Enchiridij enumerat. Videat, qui volet. Imo nulla est in toto anno dies, quæ non habeat in calendario Romano festum aliquod adscriptum: imo sepe plura simul.

Ad Cap. xix.

Quod ad exempla citata à Caluino, illa veris- simè probant Deum damnare quicquid extra ipsius verbum statuitur ad ipsius cultum, ab hominibus, quantumuis bonam intentionem pietatem magnā & ardorem animi præ se in eferant. Nam quæ Achaz, Manasse, Samaritani tūc ad Deū colendū agebant, ea legibus à se positis statuerāt, quas execratus est tamē Dominus. A deo quidem vt excelsa loca, quæ vocantur, (in quibus solus ipse verus Deus colebatur) etiam damnarit, 1. Reg. 15. vers. 14. 2. Chron. 15. vers. 17. 20. vers. 33. quia præter ipsius verbum retinebantur, Deuter. 12. v. 13. & 26. Verum excipit Bellarminus, Deus idololatriam eorum damnauit, non leges ab iis positas de suo cultu. Respondeo, Imo vtrumque damnauit Deus,

vt apparet, Exodi cap. 20. vers. 23. Deuter. 12. vers. 8. Ergo & leges Pontificum Romanorum, quibus nouum Pontifex Deo cultum instituit, id est, præter ipsius verbum sancit, detestatur Deus. Est enim omnis eiusmodi cultus ἰδωλοθρησκεία Coloss. 2. vers. 23. ac proinde idololatria 1. Samuel 15. vers. 23.

Quod obiicit de loco & capite lib. 1. Regum ca. 8. vers. 64. Solomonem sanctificasse totum atrium Sacerdotum: ergo nos posse alia sanctificare, facere, & offerre Deo, quàm quæ ipse iussit, idque in ipsius cultum, nihil mouet. Nam & pars illa Atrij erat iam non ex hominū, sed ex Dei instituto sancta, Exod. 27. & 40. (vt pote in qua erat altare Holocaustorum) & sacrificiis recipiendis destinata (nam in eadem parte versabantur sacerdotes sacrificantes) verū per totam illius Atrij medij & sacerdotalis aream, & pauimentum sacrificauit & cremauit, illas tot pecudes Solomo, quot obtulit eo die Deo, quoniam altare æneum & sacrificiorum nimis exiguum erat tunc temporis ad tot pecudum sacrificia capienda, id est, ad tot pecudes vrendas. Et hoc ipsum Sanctificare seu consecrare medium Atrium vocat ibi S. Scriptura, id est, vti toto illo Atrio medio & Sacerdotali ad vrendas, ac cremandas pecudes. Verū hoc Atrium iam ex Dei instituto, vti docui, erat in vsum sacrificiorum, & Sacerdotum destinatum Exod. cap. 40. non ex solo Solomonis regis, aut summi Pontificis arbitrio, & legibus. Quare nullo pacto iuuatur hoc exemplo Bellarminus, vt probet præter Dei verbum noua opera ad verum ipsius cultum institui

institui ab hominibus posse: id quod intendit, & vult.

Ad Cap. xx.

Alvinus ait ex Paulo 1. Corinth. 7. vers. 23. docente quantum hominum mandatis tribuere debeamus, *Nolite fieri serui hominum: nam pretio. i. sanguine Christi pretiosissimo redempti estis, & estis Dei, non hominum,* 1. Petr. 1. vers. 19. Ergo hominū mandata ligare conscientias nostras non possunt. Hoc ipsum explicat idem Paulus Coloss. 2. v. 18. *Nemo, ait, voluntarius moderator de vobis statuatur.* Nam hoc est, ait idem, vers. 8. *pradari vos, & Deo subripere.* Respondet Bellarminus Paulum agere de seruis, qui suis Dominis Carnalibus seruiūt: & de eorum sine prauo, quoniam iis seruiunt propter homines: non propter Deum: itaque huic solutioni suæ locum ex ca. 6. vers. 6. Ephesiorum accommodat.

Respondeo Bellarmino bis eū turpissimè peccare. Primum ab ignoratione Elenchi. Migrat enim de genere vno seruorum ad aliud genus. Paulus agit de seruitute ea, qua homines conscientiam liberorum hominum sibi per sua mandata subiicere volunt: ergo de seruitute & conscientia, & spiritali. Iste locum eum accipit de seruitute carnali, & temporali. Hoc est primum Bellarmini vitium. Verba Pauli nostram sententiam planè confirmant, quæ iam citauimus: & Christus ipse Math. 15. vers. 9. Galat. 4. Alterum vitium est Bellarmini, quòd hîc de adulatione à Paulo agi putat. Atqui agit de præceptis hominum, qui aliorū conscientias ligare volūt, eodem capite teste ver.

10.12.& 35.1. Corinth cap.7. Quod si adulationem damnat Paulus, certè Bellarminum, qui nihil nisi vox est, & Pontificis Romani merus assentator, damnat.

Calvinus ait, & verè ex 1. Corinth. 7. vers. 35. 2. Corinth. 1. vers. 24. solus Deus imperium habet in hominum conscientias: ergo homines eas ligare non possunt suis & humanis legibus, quæ ab iis feruntur, vel contra, vel præter Dei verbum. Respondet Bellarminus, imo posse homines suis mandatis aliorum conscientias ad mortem æternam obstringere, & ad pœnam Inferni. Hanc suam sententiam, neque vlllo loco S. Scripturæ: neque vlla autoritate Patrum probat, quia non potest. Sed petit in eo sibi benignè credi. Respondeo, Hanc solutionem esse primum petitionem principij, & rei sibi à nobis negatæ: Deinde falsam esse. Pugnatur enim manifestè cum locis à me hic citatis ex Dei verbo 1. Corinth. 7. vers. 35. 2. Corinth. 1. Denique seipsum. euertit apertissimè Bellarminus. Nà hic col. 802. L. C. §. Respondeo in fine, scribit sic, *Sine vera potestate nulla lex vera condi potest: taterurque transgressores legum humanarum non peccate mortaliter: ergo neque sub pœna Inferni: neque sub mortis æternæ pœna & periculo peccant.* Ac proinde hoc Bellarmini dicto non obligant. Atqui leges omnes ab hominibus præter Dei verbum latæ, præsertim in ipsius cultu, sunt humanæ, & merè humanæ, teste Paulo Coloss. 2. vers. 8. & 23. ac nullam potestatem de illis ferendis homines habent. Ergo non sunt leges. Nec per eas violatas Deus offen-

offenditur: ergo conscientiam nostram non obstringunt. Imo Deus offenditur, si tales leges seruentur, quia peccatum est has leges seruare, Mat. 15. vers. 9. Rom. 14. vers. 23. quum hoc fuit absque Dei præcepto & fide. Mirum est autem istum Magistrum in Israel ignorare quid sit conscientia, quis ius habeat in conscientiam nostram, & vnde illa in nobis turbetur. Sed quum animaduerto illum Romæ esse, vbi nulla est hominum conscientia: & absque vera fide, verâque Dei cognitione viuere, (quam cum bona conscientia coniungit Paulus 1. Timoth. 1. vers. 19.) mirari desino.

Ad Cap. XXI.

QVod ad Origenis testimonium respondet Bellarm. Episcopû vim coactiuam posse adhibere, vt sua mādata seruētur, imo etiam diuina, falsum est. Vis enim illa coactiua pertinet ad magistratû: qui, teste Paulo, gladiû in eû finē solus à Deo habet, Roman. 13. v. 4. non autem Episcopus; quē iste tamē à Paulo dānatus (quoniā est assentator) hoc loco adulatoriè, *Principē* vocat. Sic Chrysostomus sētīt, & nobiscû facit ab hoc ipso hic p̄ductus li. 2. de Sacerdotio. Sic Bernardus lib. 1. de cōsideratione: Ad Chrysostomi testimoniû quod affert iste, effugium est. Chrysostomus negat absq; circuitione vim coactiuâ, vt iste loquitur, ad vltimû Pastorē ecclesiasticû pertinere, etsi ad eundē cēsuras ecclesiasticas adhibere in refractarios spectat. Cōtrâ Bellar. vult ad suos Pōtifices hęc vim trāslatâ esse quoque. Cur tā diuersè? Quoniā Chrysostomus veros ecclesię Pastores pingit, nō aut tyrānos:

Bellarminus non veros, sed tyrannos, qui regnum & forum ecclesiasticum in Regnum, & forum Politicum prorsus mutarunt. Nam cōcedit quidem Chrysoft. & nos fatemur veros Pastores ex Dei verbo posse rebelles excommunicare: sed non est ista vis coactiua propterea, quia inuitum hominē quempiam mouere, aut cogere non potest. Non est autem coactiuum illud, quod non potest cogere quenquam inuitum. Quod ipse et Bellarminus col. 804. L. A. fatetur. Itaque se refutat aperte.

Bellarminus ad Augustini testimonium sibi obiectum nihil respondet. Neque enim eum intellexit. Augustinus loquitur de vero peccato: Iste respondet de Actione, quæ Equiuocè, & generali significato solum *Peccatum* appellatur. Est ergo ista Bellarmini solutio mera fallacia. Ab Equiuocatione vocis peccatum, Respondeo igitur, Peccatum in genere est omnis actio à regula quampiam siue bene, siue male præscripta, & posita deuians. Sic Stoici. Sic M. Cicero in Paradoxis: sic vox *Ἀμαρτία* sumitur. Est enim deerratio à via data, & monstrata, etsi malè. Peccatum verum est deuiatio à regula sancta, & pia, & bene posita. Ergo non verè peccat omnis qui deuiat à quauis regula, & lege sibi præscripta. velut si quis non colit idola, qui tamen id lege regia facere iubetur, Actor. 4. vers. 19. can. *Si Dominus*. II. quæst. 3. Neque quoduis peccatum ferit conscientiam, (quod iste pessimus Theologus existimat) sed illud demum peccatum ferit nostram conscientiam, quod aduersus legem à Deo præscriptam perpetratur. Sic à Iohanne in prima epistola cap. 3. vers. 4. peccatū dicitur

dicitur *ἀνομία*: sed νόμος, Dei lex, non hominum lex illa sit oportet.

Bernardi testimonium planè hunc euertit. Negat enim Pastores Ecclesiæ posse iudices litium sedere in foro. Id quod ante eum lib. 10. Historiæ Ecclesiast. scripsit Eusebius. Ergo neque forum habent Episcopi vlli. i. Prætorium, neque multandi, neque incarcerandi, neque capiendi ius, & potestatem. Quæ omnia habet Magistratus.

Ad Cap. xxii.

Ultima huius libri quæstio, quæ & tertia, pendet ex proximè superiori. Vult enim Bellarminus, (tam est miser Papæ parasitus & assecla) non modo coactiuam Vim & potestatem ad Romanum Pontificem pertinere: verùm etiam ad eum solum, vt eadem Episcopos omnes spoliet, suum autem vnum Pontificem vestiât, & ornât, à quo propterea prædam opimam (vti sperat) reportabit. Iam enim ab eo, inter legatos suos, in Galliam missus est. Hæc autem Bellarmini sententia si vera est, oportet cæteros Orbis totius Episcopos huius Ro. Pontificis pedissequos esse, Vassallos, Mâcipia, solû delegatos. Sed bene est, Quod ex tribus Potestatis generibus, quæ suis Episcopis tribuit, Primùm vult perinde ad omnes Episcopos ex Christi instituto pertinere, quod est in eo. Vt Christi sacramenta conferant. Secûdum potestatis genus, quod Episcopis & suo Ro. Pontifici donat, nescit, vnde sit: idque ingenuè: neq; vnde emanet.

Tertium potestatis genus Pastoritiæ & Episcopalis ab hoc statuitur in Exteriori foro, per quod Episcopi suas Ecclesias regant. Hanc pote-

statem vult iste in suo Romano Pontifice, tanquam in ipso fonte subsistere, à quo ad Episcopos, velut riuus, deriuetur. Atqui hic ipse col. 805. L. B. fatetur eam potestatem esse à Deo, & de iure diuino. Cur igitur eam aliunde deriuat? & præsertim ab vno quodam homine mortali? Nisi vt illi misere assentetur? Certissimū. n. est, Quom Deus Episcopos & eorum potestatem in sua Ecclesia constituerit, & ea omnia quoque adiunxisse, sine quibus illa potestas exerceri non potest, iuxta regulam, *Concessa Jurisdictione & ea conceat intelliguntur sine quibus exerceri non potest.* D. De *Jurisdictione omnium iudicium.* Sed illa vim & coactionem aut forum, & Carceres non habet in Episcopis: sed censuras tantum Ecclesiasticas, quas à Christo, non à Pontifice Romano habent immediate Episcopi, singuli in sua Ecclesiæ ciues, 2. Corinth. 10. v. 8. Iohan. 20. ver. 23. vti habuerunt Apostoli, quod autem iste tres diuersas de ea re suorum sententias refert, id ostendit totam eorum disputacionem de hac re esse dubiam, & incertam: ac proinde nequaquam Dei verbo fundatam, quod certum est, & non dubium: sed neque à Resolutina profectam Sorbona. Illa enim dubitanti & hesitanti, est contraria, qualis est hæc Bellarmini.

Ad Cap. xxiii.

Quod ait iste, apostolos immediate Potestatem suam à Christo accepisse, vero verius est. Vnū modo illud mirandum est, quod vult iste col. 806. L. A. idem per hæc Christi verba, *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos,* Iohan. 20. ver. 21. omnibus & sin-

& singulis Apostolis à Christo fuisse concessum, quod datum est ab eodem Christo Petro per hæc verba, *Pasce oves meas.* & *Tibi dabo claves regni caelorum.* Math. 16. & Iohan. 21. ver. 15. Quod prorsus verum est, & Petri primatum euertit, quicquid iste contra comminiscatur, & fudet postea.

Ad Cap. XXIIII.

HOc contendit Bellarminus, vt hoc capite ingenuè profitetur, omnem ordinariam Episcoporum iurisdictionem pendere & descendere immediate à Papa seu Romano Episcopo. Quod quid turpius, & indignius de Pontificiis Episcopis dici, vel etiam animo fingi potest? Eos quidē Romanæ Ecclesiæ, tanquam suæ Matricis, consuetudinem sequi debere scripsit Calistus Papa can. *Non deest* Dist. XII. & Innocētius can. *Quis nesciat* Dist. XI. eam velut speculum aliarum esse debere ait Stephanus can. *Enimvero* Dist. 19. Ad eam Ecclesiam, & Romanum Pontificem in dubiis recurrendum esse vult Gregorius Magnus can. *Præceptis* Dist. XI. Denique absque Pontificis Romani consensu Episcopos deponi non posse multi Romani Pontifices in canonibus *Accusatis. Discutere. Quāuis* & deinceps, rescribunt, Verum nullus vnquā tā superbus & ambitiosus fuit, vt ea scriberet, quæ hic Bellarminus, adeo vt omnium hominum impudentiam superarit. Ait quidem in can. *Ideo huic* n. quest. VI. Innocentius homo fastuosus (sed nullo S. scripturæ loco prolato, hoc priuilegium concessum Romanæ Ecclesiæ, vt de Episcoporum omnium iniusta damnatione cognoscat: sed se ipsū,

aut suos prædecessores totius iurisdictionis Ecclesiasticæ fontem esse, & Episcopos alios eam à se aut à suis prædecessoribus accipere, neque sensit, neque scripsit. Pendet enim ea ab Ecclesiæ capite, qui est Vnus Dominus noster Iesus Christus.

Verùm Bellarmini rationes audiamus, & perpendamus: Ait igitur, Mosis spiritus in septuaginta viros diuisus est, Numeror. ii. ver. 25. ergo ab Episcopo Romano deriuatur iurisdictione ad alios Episcopos. Respondeo, Quid, obsecro, commune habet Episcopus Romanus cum Mose? Certe nihil. Sed cum Magistratu Politico, aut Prophetis, multa. Ergo nulla est ista similitudo. Si de Aaronis spiritu, qui summus erat Sacerdos, Deus accepisset, fortassis, ista similitudo conueniret: sed quum de Mosis spiritu (qui non fuit sacerdos) non quadrat vlllo pacto. Præterea ex re prorsus extraordinaria & semel facta colligit iste regulam ordinariam, quæ perpetuo locum habere debeat. Quod est vitiosissimum. Denique de Iurisdictione oportet hoc scribi, nõ de dono à Spiritu Dei in Mosem collato, 70. aliis postea communicato. Nec enim dona peculiaris, & spiritualia, (quale hoc fuit, quicquid Augustinus in numerorũ librum cap. 18. scribat) quicquam habent commune cum Iurisdictione hac temporali. Ergo diuersa cõfundit Bellarminus.

Secunda Bellarmini ratio est, Regimen Ecclesiæ est Monarchicum inter ipsos Pastores seu Episcopos: ergo vt in Monarchia, sic in isto regimine oportet omnem Iurisdictionis autoritatem esse in

esse in vno, & ab eo in alios derivari. Respondeo fallacia est à Petitione Principij. Regimen enim Ecclesiæ inter ipsos Pastores est Aristocraticum, & quidem mere, & verè: non autem Monarchicum, iuxta illud Christi Luc. 22. vers. 25. *Principes dominantur Gentibus: Vos autem non sic:* iuxta illud Petri in priore Epistola c. 5. v. 3. Non dominantes gregi Domini.

Nec verò iuuatur Bellarminus canone. *Provincia.* Dist. 99. vbi Anacletus Papa totam Ecclesiam Christianam & illius *ἡγουμένους* seu Præfectos ad Romani Imperij Politici Magistratus, ac formam reuocat. Nam primum sunt meræ nugæ totum illud caput & can. *Provincia.* Deinde falsum est, quod illic scribitur distinctionem Præfectorum Ecclesiæ ab Anacleto factam, quum & à Dionysio Papa, & à Gelasio potius, multis postea seculis facta dicatur can. *Nec numerus* x. quæstione 3. & can. *Ecclesias singulas.* 13. quæst. 1.

Tertia Bellarmini ratio ducitur ab autoritate Cypriani, qui Romanam Ecclesiam, quatenus in Petro Apostolo spectatur, comparat capiti, fonti, radici, Soli. Respondeo, Hæc epitheta fidei Petri de Christo veræ tribuuntur à Cypriano, quatenus ab Episcopis Romanis illa fides retinetur: non autem tribuuntur vel Vrbi Romæ, vel ipsi loco, & solo Romano, & sedi (quod ille putat) quoniam in ea multi sederunt lupi, tenebræ, hostes Christi, vti nunc illic sedet verus Antichristus, in quibus nulla radix, nullus fons, nullum caput Ecclesiæ, ac ne quidem Ministeriale esse potuit, aut potest.

Quarta ratio huius hominis est, sunt inæqualia Episcoporum, & Diæcesū territoria: ergo inæqualis est potestas, & Jurisdictio Episcoporum. Quare ab vno quodam, sic distributa fuerit necesse est: Quare à Papa: Respondeo, Fallacia est A non consequente, Territorij enim vnus vel Regni, vel Diæcesis vel Episcopatus breuitas, vel extensio non facit Regum & Episcoporum potestatem & Jurisdictionem inæqualem. Tanta est enim Eugubini Episcopi Eugubi potestas quanta Romani Pontificis, Romæ, teste Hieronymo, licet maior sit Vrbs Roma, & Romana diæcesis territorium maius, quàm Eugubina, & Eugubij oppidum & territorium. Diæceserum autem istarum, & earum Territorij extensio, dilata-tio, distinctio & definitio primùm à Dionysio Papa circa annum Domini 263. facta apparet ex Tom. I. Conciliorum, & can. *Ecclesias* singulas, xiii. quæst. 1. pro ipsius inepto arbitrato, & iudicio in occidente. Postea à Paschali secundo. Verùm propterea neque inter ipsos Episcopos Jurisdictionis inæqualitas constituta est: neque differentia à Romano Episcopo: imo inter omnes est paritas ratione ordinis ipsius, id est, Episcopatus, & consecrationis Sacramentorum & functionis muneris Episcopalis. Quod & ipse Bellarminus supra testatus est, cap. 22. col. 804. L. D. & infra col. 810. L. D. §. *Respondeo primum*, & Iohannes de Turrecremata docet lib. 1. cap. 93. & Glossa in can. *In nouo* ad verbum *Pari* Dist. 21. Quum enim Episcopi successerint Apostolis Christi, teste Urbano

Vrbano Papa in can. *Quorum vices* Dist. I XVIII certe necesse est, vt quemadmodum omnes Apostoli parem inter se à Christo potestatem habuerunt can. *In nouo* Dist. 21. & can. *loquuntur* XXIII. quasi, i. sic Episcopi parem inter se potestatem, autoritatem, & Iurisdictionē habeant, ex ipsorummet Pōtificum decretis: & eam quidem à Christo ipso, non à Pontifice Romano. Id quod Bellarmini sententiam prorsus euertit.

Quod autem nonnullorum Episcoporum territoria latius pateant, aliorum autem minus, hoc totum partim ex ipsorum Episcoporum ambitione, partim Principum (in quorum regno sunt) fauore profectum est, postquam in Episcopatu opes, non opus spectari cepit, contra quam iubet Paulus 1. Timoth. 3. ver. 1.

Denique inepta est Bellarmini conclusio, si ab vno quopiam Episcopo pendet & derivatur Episcoporum aliorum Iurisdictione & autoritas: ergo à Romano. Potest enim emanare à Parisiensi, Londinensi, vel alio aliquo.

Quinta Bellarmini ratio est, Episcopus Romanus aliorum Episcoporum iurisdictionē amplificare, vel minuire potest (amplificare, velut ex Episcopatu Archiepiscopatum erigere: minuire, vt adimere alicui Episcopo cognitionem de Monachis quibusdam suæ dioceseos, toto Titulo extra de Privilegiis libro quinto. Eius autem est tollere, cuius est dare. Ergo Romanus Episcopus dat aliis eam, quam habet vim, & Iurisdictionem. Respondet, ista Romani Episcopi

autoritas, neque ius est, neque autoritas, quæ illi cōpetat: sed mera tyrānis, vis, & vsurpatio, ex qua nihil pro Romano Pontifice verè, rectè concludi potest.

Sexta Bellarmini ratio est, Ostendant Episcopi locum S. Scripturæ, vbi eorū iurisdictio à Deo ipsis data appareat, ac fundetur. Respondeo, Ostendat Bellarminus locum S. Scripturæ, ex quo vel longa manu effici possit alios Episcopos ab Episcopo Romano sumere suam autoritatem & iurisditionem. Patere enim legem, Bellarmine, quam ipse nobis fers. Certè neque pìctum, neque scriptum S. Scripturæ locum ad eam rem vllum proferre potes. Nam quod affert hæc verba, *Pascite oues meas*, Iohan. 21. vers. 15. & 17. iam millies olèdimus per ea Petrum non in Primatum constitui, sed in Apostolatum, vnde Christum abnegās deciderat, restitui duntaxat. Quod autem ad verba Christi Math. 16. *Supra hanc Petram edificabo ecclesiam*, iam quoque centies demonstrauimus, hoc non Petri personæ, sed veræ in Christum fidei (quam tūc pro tota Ecclesia professus est Petrus) tribui.

Verūm audi, Bellarmine, vacuis & attentis auribus, vt meliùs percipias, locos ex S. Scriptura perspicuos, & cuius obuios (quos tamen tu Theologaster ignoras, vt video) ex quibus intelliges veros Ecclesiæ Pastores, & Episcopos (quoniam Apostolis successerunt te ipso etiam teste) hanc quam in ecclesiam, & gregem quisque suum exercent, iurisditionem ecclesiasticam habere, & quidem à Deo ipso, non autem à Romano Pontifice.

En

Entibi Iohan. 20. vers. 23. *Quorum remisistis peccata, erunt remissa & in caelis.* En Math. 28. vers. 19. *Ite docete omnes gentes.* Docēdi enim verbo Christus omnia complectitur. En Actor. 20. vers. 28. *Auendi: e gregem, in quo vos Spiritus sanctus constituit Episcopos ad pascendam ecclesiam Dei.* Pascendi voce, ut tute vis, tota ista iurisdictione ecclesiastica, etiā illius fons cōtinetur. Lege item Paulum 1. Timoth. 3. & Tit. cap. 1. Hæc ne tot testimonia tibi sufficiunt? Septima Bellarmini ratio est nihili, & s̄ confutat ipsa. Nam sumitur ab eorum ipsorum testimonio, de quorum causa hīc agitur, nempe Pontificum Romanorum, & quidem duorum duntaxat, (ex plus quam ducentis quadraginta, qui iam extiterunt,) & eorum etiā ambitionissimorum hominum, nimirum Innocentij, & Leonis primi. Est autem illud genus probationis ineptissimum & inutilissimū, ut in sua ipsius causa sit quispiam testis. Ergo corruit tota ista per se ratio, probatioque, ut inepta. Quanquam & nos totidem, imo plura aliorum Romanorum Pontificum decreta contra istas duas Innocē ij & Leonis non decreta, sed solum epistolas proferre possumus, si vellemus, velut Anaclei qui pene Petro ipsi successit decretum in can. *In nouo* Dist. 21. ex quo Cyprianus sua sumpsit in can. *Loquitur* 24. quæst. 1. Item Anitij in can. *Porro.* Dist. 1. xv. Florentinum item concilium, sessione 23. cap. 4. *Tridentinum*, ut prætermittam Cyprianum in d. can. *loquitur*, & Augustinum in can. *Puto* 2. quæst. 7. qui contra Innocentium & Leonem aperte sentiunt, fuerunt que his priores, & doctiores. Sed

in istis temporibus terere pene infructuosum est piis,
& bonis viris.

Ad Cap. xxv.

Primum nostrum argumentum aduersus Bellarmini hæresin sic cum premit, vt illud telum euitare non possit. Itaque in multa absurda incidit, sed imprimis in hæc duo: Primum, Episcopos alios non sic succedere aliis Apostolis, quemadmodum Romanus Episcopus succedit Petro. Quod & absurdum, & falsum est, & can. *In nouo. Dist. 21.* manifestè ab Anacleto refellitur. Secundum, Episcopos Pontificios in nullam partem veræ Apostolicæ autoritatis succedere. At saltem in hæc succederent, si essent veri Episcopi, *Quorum remisseritis peccata*, &c. Nam hoc ipsum negare supra non potuit Bellarminus. Cæterum quid hoc, quod hic scribis, aliud est, quam tuos omnes Episcopos degradare, flagellare, infra infimos homines quouis deprimere, vt vni tuo Ioui Capitolino aduleris. Eia verò, & vos Episcopi, hæc, obsecro, perlegite, neque iam de Calvinistarum scriptis, sed de hoc Bellarminico conquerimini, præterquam vos omnes crudeliter cædit, & ridendos omnibus propinat. Hic fructus est istius Suiicæ sectæ.

Secundum nostrorum argumentum est, tum ex S. Scriptura, Act. 20. ver. 28. *Attendite gregi. cui vos Spiritus Sanctus constituit Episcopos*: tum ex Patribus, Dionysio, Cypriano, Bernardo.

Respondet iste Pastores & Episcopos non esse immediatè à Deo: ergo neque suum ordinem, neque suam potestatem accepisse à Deo. Respondeo Bellarmino. Sed neque Romanus Pontifex ipse à Deo

à Deo immediatè est: sed creatur à Cardinalibus in Conclavi: olim autem etiam à toto Clero, & populo Romano. Ergo nec ipse ordinem, & auctoritatem suam habet à Deo: nec maior aliis est Episcopis: aut in eos ius vllum habet. Quanquam quid istli venit in mentem sic scribere, eum non esse à Deo, qui non est immediatè à Deo. Imò, Bellarmine, qui per alium facit, per seipsum facere videtur. Ergo quum ex Dei regula fiant legitimi Episcopi, ab ipso Deo & ordinem, & auctoritatem habent, non à solis hominibus.

Tertium nostrum argumentum est, Si Romanus Episcopus est verum Episcoporum caput, à quo alij illi suam potestatem habeant: ergo eo capite moriente, & sublato, illa omnia ipsius membra moriantur, & tollantur, necesse est. Respondet Bellarminus. Hoc, locum habet in naturali duntaxat capite, non in Mystico, aut Symbolico. Respondeo Bellarmino, imò hoc locum habet in quouis capitis genere pro ratione vnionis, quam cum eo habent ipsius membra. Ergo mortuo in exercitu Duce seu Capitaneo, Milites eius non sunt amplius istius Ducis, aut vexilli milites. Nam vera est vbique illa relatorum regula, qua ipse supra vsus est, *Vno relatorum sublato, tollitur & alterum.*

Verum Ecclesiæ caput est Christus, non Romanus Pontifex: ergo hoc Pontifice moriente, Episcopi alij Episcopi esse non desinunt: quia Christus semper viuit, verum Ecclesiæ, & eorū caput.

Quartum argumentum nostrum est, Deus cōcedens ordinem Ecclesiasticum alicui, & iuris-

dictionem eidem quoque concedit, iuxta illud, *Concessa iurisdictione, & ea sine quibus exerceri non potest, conceduntur.* Ergo quemadmodum ordo, sic Iurisdictionis Episcopalis est à Deo. Respondet iste nugas, nimirum aliam esse ordinis, aliam Iurisdictionis Ecclesiasticæ rationem, fundamentum, & originem. Respondeo, Probet hoc Bellarminus, & vicerit. Verum nunquam probabit, quia falsum est. Episcopalis enim iurisdictionis fons, origo, & fundamentum est in ipsa dignitate, ordine, & institutione Episcopali à Christo facta, Actor. 20. ver. 28. Matth. 10. ver. 16. & 40. Quare quæ Christus coniunxit, Bellarminus separat, contra Christi præceptum, Matth. 19. ver. 6.

Quintum argumentum nostrum est, Papa Romanus agnoscit omnes Episcopos pro fratribus, & collegis. Id quod neque Rex, neque alius quicumque summus Magistratus Politicus fecerit, & dixerit de sibi inferioribus aliis Magistratibus, qui ab eo iurisdictionem habent. Ergo non ut inferiores Magistratus à summo: sic Episcopi alij à Papa suam autoritatem & Iurisdictionem accipiunt. Quid Bellarminus? fatetur hoc totum argumentum nostrum esse verissimum. Itaque dat manus. Nam singulos Episcopos & in ordine, & in onere, summo Pontifici pares & æquales facit, & rectè, col. 810. L. D. Quid igitur sibi antea voluit? aut quomodo sibi iam constat?

Sextum nostrorum argumentum est, Plurimi Episcopi in Africa, Asia, Oriente, Græcia, non sunt ab Episcopo Romano creati, qui tamen eam Iurisdictionem habent, ac exercent.

Ergo

Ergo illa necessariò nō est accipienda à Pontifice Romano. Respondet Bellarminus. Imò tales Episcopos habere & Episcopatum, & suam illam Jurisdictionem à Pontifice Romano, sed mediatè: immediatè verò à suis Patriarchis, & Archiepiscopis, qui & ipsi suam à Romano Pontifice habent auctoritatem. Respondeo Bellarmino, illud quod Hannibal Carthaginēsum Dux Phormioni Philosopho Athenis dixit, Me deliros quidem Monachos, & impudentes vidisse quamplurimos: sed qui magis aut impudens, aut delirus esset, quàm Bellarminus, vidisse adhuc neminem. Ecquæ enim obsecro ista est impudentia, aut stultitia, imò insania, audere, & dicere, & scribere, Patriarchas Constantinopolitanum, qui Græciæ Episcopos creat: Antiochenum, qui Orientales: Alexandrinum, qui Africanos ordinat: & habere, & accepisse eam potestatem à Romano Pontifice, quem ne agnoscunt quidem plerique eorum, nec probant: imò quem si hæc de se scripserit, & excommunicaturi sint, & Antichristum (sicut res est, & Gregorius Primus scribit, & post eum Nilus Thessalonicēsis Archiepiscopus tradit), nominaturi? Quæ igitur hæc est vesania mentis, affirmare Papam Romanum per eos, tanquam per suos delegatos, creare Episcopos Græciæ, Asiæ, Orientis, Africae. Quod omnes mortales falsum esse sciunt. Quæ impudentia, litteris mandare, ausum esse Bellarminum, Beatum ipsum Petrum constituisse per orbem terrarum Patriarchas in Principio, & initio Ecclesiæ, Antiochenum, nempe, & Alexandrinum, per quos omnibus Dei Ecclesiis, & gregibus,

& clero imperaret? quum Petrus ipse, qui se Cōpresbyterum tantum appellat, 1. Petr. 5. ver. 1. qui vnum Christum esse omnium Pastorum Principem scribit, ver. 4. hanc Bellarmini impudentiam manifestissimè refellat, & confutet? Insigniter impudentem esse oportet eum, inquit Marcus Cicero, qui semel verecundiæ fines transilierit. Id quod in hac tota de Pontificis Romani autoritate, disputatione fecit apertè Bellarminus. Ergo iste, dixerim ipse, quod est in Epistola Iudæ, ver. 9. & Michael Diabolo impegit, ac dixit, *Compescat & increpet te Dominus*, qui his tam veterator, impudens mendax, & Christi gloriæ inimicus & hostis, vt tuum Iouem Capitolinum extollas.

Examen, & Censura Secunda Partis huius

Libri Quarti.

IN hac secunda huius libri quarti parte quamquam duas quaestiones proponit Bellarminus: tamen ad hanc vnam reuocari possunt, vtum Pontifex Romanus, & quidem solus, in Spiritualibus potestatem coactivam sic habeat, vt suas leges cogat nos vel inuitos obseruare: quemadmodum Rex habet in temporalibus: ac proinde Romanus Pontifex in conscientias hominum ad suas leges seruandas ius habeat, & nos propterea pœnis Inferni, vel periculo mortis aeternæ adstringere possit. Hæc quaestio est, sicut apparet ex cap. 15. col. 784. L. D. s. *Primum*. Hoc totum iste putat Papam suum posse, itaque pro eo pedibus, manibusque pugnat.

Verum dum nimio suo Ioui illi Capitolino assentandi

sentandi studio rapitur, se in multa vitia, & peccata præcipitem dedit, unde emergere non potest: sed imprimis hæc tria, Nempe in *Ψευδολογίαν*, *Βλασφημίαν*, & *Ανοσίαν*, id est, Mendacium, Blasphemiam in Deum, & Amentiam.

Ac quidem *Ψευδολογία* Bellarmini est, quum Romanum Pontificem statuit leges in hominum conscientias ferre posse. Hoc enim cum per se falsum est: tum verò, si quæ idem Bellarminus scribit, perpendas, Mendacium. Itaque à seipso refutatur, quod est mendacis hominis. Falsum est istud Bellarmini dogma per se, quoniam verus Animorum nostrorum, ac proinde conscientiarum (quæ sunt Animorum nostrorum pars) Rex, & Dominus est vnus, & solus Deus, Hebr. 12. vers. 9. Eccles. 12. versu septimo. 1. Petri, quarto, versu decimonono.

Pugnat autem secum Bellarminus. Nam hæc ipsius sententia refutatur ex quattuor conditionibus & regulis, quas in quavis bona & vera lege requiri ipse scribit, cap. 15. col. 785. L. A. Prima est, Ut tendat ad bonum eorum commode, quibus datur & fertur lex ista. Hæc regula ex fine sumitur, sed deficit in Legibus, quas Romanus Pontifex statuit in hominum conscientias, dum his sua mandata seruanda præscribit, & promulgat. Nam aut ea ipsa edicit, quæ in Dei verbo scripto continentur, & tunc non sua, sed Dei præcepta Pontifex renouat, & præscribit: neque eæ leges Pontificis dici debent.

sed Dei, quarum Deus ipse est autor. Aut iubet & edicit ea ad Dei cultū, & pietatis normam, quæ in Dei verbo scripto minime habentur, & comprehenduntur. Hæ leges Pontificis propriæ sunt & dici debent, quoniam earum est ipse autor. Hæ leges neque conscientiam cuiusquam obstringere possunt, neque leges sunt propriæ ex Bellarmini regulis. Prima earum in eiusmodi legibus deficit, finis nempe. Nam neque fiunt, neque docent bonum commune ecclesiæ: imo potius obsequium illis legibus exitium æternum tales leges continent, & præcipiunt, Nimirum Grauiſſimum peccatū, & Par idololatriæ. Quicquid enim fit ad Deum cultum & Animæ salutem sine fide, id est, manifesto ipsius Dei verbo & mandato, grauiſſimum peccatum est, teste Paulo Roman. 14. vers. 23. Est damnata *est* *et* *obprobretur* Coloss. 2. vers. 23. Est rebellio par idololatriæ, teste Samuele, 1. Samuel 15. vers. 23. Teste denique Christo ipso Matt. 15. ver. 9.

Deficiunt eadem Pontificum Romanorum, Imo quorumuis hominum leges in secunda Bellarmini regula, Nimirum Ex parte Agentis seu eas leges promulgantis ac scilicet. Feruntur enim ab eo, qui nullam huiusmodi legum ferendarum potestatem habet, Videlicet, A puro homine Mortali. At qui vnus est talium legum legislator, Nempe Deus, iuxta illud Isaie cap. 33. vers. 22. *Dominus est noster iudex, Dominus noster Legislator:* iuxta illud Iacobi cap. 4. vers. 12. *Vnus est Legislator, qui potest perdere, & seruare: tu qui es, qui iudicis alium?* Sed ne si Angelus quidem de cælo nobis aliam salutis doctrinam annuntiet, quàm est in Euangelio iam

iam scripto audiendus est: imo excommunicandus Galat. 1. ver. 8.

Deficiunt eadem leges ex parte Materiæ. Nihil enim reliqui nobis fecit Deus, de quo homines leges de ipsius cultu, & Vitæ æternæ assequendæ mediis ferre possint. Omnia enim Christus reuelavit, Iohan. 16. v. 13. 14. v. 26. Deus quicquam suo verbo scripto addi, vel detrahi vetat Deuter. 4. v. 25. v. 32. Apocal. 22. v. 18.

Deficiunt denique eadem Romanorum Pontificum leges in quarta Bellarmini regula, Videlicet ex parte Formæ internæ, leges enim istæ Merita hominum constituunt, si noua salutis mediâ præscribunt. Atqui nulla hominum merita coram Deo esse possunt, Luc. 17. v. 10. Roman. 4. v. 2. Ergo in omnibus bonarum legum cõditionibus deficiunt, teste Bellarmino: ergo vel leges non sunt: Vel non bonæ, sed malæ Pontificum Romanorum leges: ac proinde nos, nostrasque conscientias minime obligant, adstringunt, arctant.

Secundum Bellarmini in tota huius secundæ partis tractatione vitium est, Blasphemia, præsertim in Deum ipsum, & illius seruos sanctos. Ac quidem in Deum quum ait c. 16. col. 787. L. C. *Baptismus est actus ex se indifferens*, At contra Petrus in Act. cap. 2. v. 38. *Resipiscite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Christus Mat. 28. vers. 19. Ite baptizate* & 1. Pet. 3. v. 21. Item eodem capite col. 789. L. B. §. *Sed hæc, Præcepta ipsa particularia legis diuinae de non furando, non occidendo, &c. non obligant ad diligendum proximum.* Est igitur falsus interpret (absit verbo blasphemia) Dñus noster Iesus Chri-

stus, ille vnicus Ecclesie Dei Doctor Mat. 23. v. 20. qui Matth. 5. v. 21. ex hoc particulari legis præcepto, *Non occides*, concludit, diligendum esse proximum. Est igitur falsa hæc Pauli sententia (proh nefas) Romanorum cap. 13. ver. 9. qui postquam omnia illa particularia legis diuinæ præcepta enu- rrauit, addit. *In hoc sermone, & in his verbis compre- di hoc Dei præceptum, Nempe, Diliges proximum tuum, sicut teipsum.*

Itê hæc Bellarmini blasphemia est, Christianos homines seruare, debere singula suorum Principum mandata, cap. 16. col. 791. L. A. Exæquat enim hominum autoritatem Deo ipsi. Ergo refutat hoc dogma Petrus Actorum quarto, versu deci- mo nono, 5. versu vicesimo nono, & quadrage- simo secundo *Non est iustum potius auscultare ho- minibus inquit, quam Deo.* Quid enim si Princeps iubeat te idola colere, vt Nebugnezer hoc præce- pit, cui tamen & quidem piè, non paruit Propheta Dei, Daniel tertio, versu decimo sexto. Hoc idem scribitur in can. *Nolite*, & can. *Si Dominus* 11. que- stione 3.

Quarta in Deum blasphemia Bellarmini est eodem capite xvi. (est enim plenum errorum) col. 794. L. A. & col. 796. L. A. §. *Tertio.* Legē seu præcepta Euangelica esse imperfectiora, quam Legis veteris præcepta. Illa enim sunt nimis vniuersa- lia: hæc minus ait iste. Refellitur cum ex commu- ni Patrum omnium sententia, qui tradunt, Euan- gelium habere perfectiorem doctrinam, quam lex verus tradiderint: Cyrillus lib. 9. in Iohannem cap. 23. Hieronymus, Augustinus, tum à Chri- sto ipso

sto ipso toto capite quinto apud Mathæum.

Quinta cap. 24. col. 808. L. A. *Potest Presbyter excommunicatus, interdictus, suspensus, degradatus, tamen, si velit, consecrare.* Hoc conuellit primùm, quòd excommunicatus & degradatus Presbyter non solùm remouetur ab Ecclesia can. *omnis Christianus xi. quæst. iii.* sed etiam à suo gradu. Ergo suo gradu priuatus est. Gregorius in can. *Quicumque sacros i. quæst. i. Quomodo, ait, qui in Christi corpore non est, Christi corpus tradere aut accipere potest? Qui maledictus est benedicere quomodo potest?* Atqui in consecratione opus est benedictione, 1. Corinth. 10. versu decimo sexto, decimo septimo. Et si verò consecratio non pendet ex consecrantis dignitate, canone. *Non in vobis* Consecrat Dist. quarta: tamen eum Ministrum Ecclesiasticum esse oportet, qui consecrat. Minister autem amplius nequaquam est, qui degradatus est. Nec obstat glossa in can. *Qui perfectionem, i. quæst. i.* quæ ait hæreticum Episcopum posse conferre ordinem, sed non ordinis executionem. Hoc enim verum est, in eo Episcopo, qui nondum propter suam hæresin est excommunicatus, & degradatus. Et si supra sensit, scripsitque Bellarminus Pontificem hereticum ipso iure absque vlla alia degradatione esse depositum. Et hæc quidem sunt Bellarmini contra Deum, & quæ sunt à Deo instituta blasphemia.

Contra verò pios & sanctos viros iam defunctos hæc sunt, quæ sequuntur.

Prima quæ est cap. decimo sexto, columna 791. (quæ malè notatur 789.) L. A. Sanctos Christi,

Apostolos non liberasse Ecclesiam ab omnibus legis ceremoniis: sed tantum à quibusdam. Imo contrarium apparet ex Act. cap. 15. versu 10. Contrarium docet Paulus in tota Epistola ad Galat. Et Colof. 2.

Secunda cap. 25. col. 809. L. A. Apostolos reliquos non fuisse perinde Ecclesiae Pastores & Rectores, atque fuit Petrus. Contra Paulus Galat. 2. ver. 8. *Qui per Petrum efficax fuit, ait per me fuit efficax* Et 1. Corinth. 4. v. 1. idem de omnib. Apostolis iudicium fieri debere ab Ecclesia scribit.

In Petrum peculiariter cap. 25. col. 810. L. D. dum ait Petrum, ut in omnes Christi Ecclesias dominatum, primatumque inuaderet, & sibi arriperet, constituisse statim, atque Euangelium praedicari coepit, duos Patriarchas, nempe Antiochenum, & Alexandrinum, per quos in omnes Asianas, & Africanas Ecclesias dominabatur.

Quid ipse Satan in fidelissimum Dei seruum, & Domini Christi Apostolum Petrum tetrius, contumeliosius, iniuriosius fingere & euomere potest? Facit. n. haec sententia Beatum Petrum primum in Ecclesias Dei tyrannum, & tyrannidis autorem. Quo quid peius de eo dici potest? Verum & te Bellarmine, & omnes tuos confutat ipse Petrus in prioris sua Epistola cap. 5. ver. 3. Negat enim se vllum in Dei clerum & Ecclesias dominatum arripuisse, aut exercuisse. Negat se esse Principem Pastorum: sed Christum solum eum esse scribit. Quis igitur hanc tuam Bellarmine, blasphemiam & contumeliam toleret?

Amentia denique Bellarmini ex sequentibus ipsius

ipſius theſibus apparet. Prima c. 18. col. 799. L. A. *Non peccant qui non ſumunt ramum oliuae in die palmarum: vel non aſpergunt ſe aqua luſtrali quum templum ingreditur: vel non recitant, Aue maria citra contemptum.* Quid ſtultius eſt, quam Pontificias iſtas leges hic omnes damnare, quas tuetur pedibus, manibusque hoc toto libro Bellarminus?

Secunda theſis iſtius eſt eadem col. 799. L. D. §. *Deinde. Nō indicatur deliquiſſe, qui impediſſus Miſſa non interfuit, ſi honeſta cauſſa eſt.* Ergo miſſam tuā tantum otioſi debent audire.

Tertia Bellarmini theſis cap. 20. col. 802. L. C. *Transgreſſor legis humanae, quae non eſt diuina, nō peccat mortaliter.* Quomodo igitur transgreſſor legis Pontificis tui Romani peccat ſub poena inferni, & mortaliter.

Quarta theſis huius eſt cap. 21. col. 804. L. A. *Sacerdotalis poteſtas in foro conſcientiae neminem inuitum cogere poteſt.* Aut igitur Romanus Pontifex non eſt ſacerdos: aut non agit in foro conſcientiae, ſi habet poteſtatem coactiuam: Id quod utrumque tibi ipſi contrarius, viſ tamen.

Quinta cap. 22. col. 804. L. D. *Episcopi omnes perinde, atque Pontifex Romanus, habent immediate à Deo poteſtatem conſecrandi, & Miniſtrandi.* Cur igitur eos tui Pontificis duntaxat ſatellites, mancipia, & legatos facis?

Sexta theſis cap. 23. col. 806. L. A. *Idem omnibus Apoſtolis à Chriſto datum eſt, quod Petro per verba Paſce oues meas?* Cur igitur hunc praefers omnibus aliis Apoſtolis Chriſti? Nonne te euertis?

Septima Bellarmini thesis, ex mera ipsius amē-
tia profecta est cap. 25. col. 809. L. B. §. *Ita verò Epi-
scopi (nempe Pontificij) nullam habent verè Aposto-
licæ autoritatis partem.* Quid contumeliosius in eos
dici potest? Quos nemo cordatus viros esse sente-
rit, si hęc iniuriam sibi suæque dignitati tam atro-
cem inultam in Bellarmino sinant: Eos enim om-
nino de suo gradu deiicit, iste, præterquam quod
manifeste à sui Pontificis Romani canonibus cō-
futatur can. *In nono Dist. 21. can. Quorū vices. Dist.*
68. can. Ecclesia Dist. 35. & aliis quam plurimis.

Octava thesis itidem in suos Episcopos planè
contumeliosa cap. 24. col. 807. L. B. §. *At verò non
requiritur, ut Episcopi (Pontificij supple) instituantur
à Deo, sed ut à Pontifice Romano: & ab eo dependent.*
Quid igitur vos Episcopi Pontificij? estis Pape so-
la mancipia: neque vester ordo & dignitas, hoc
Bellarmino teste, à Deo est: sed à Romano
Antichristo, & Pontifice. Et vos ista patienter
fertis, aut probatis. Emori malle debetis, quam
hęc inulta sinere, & non castigare: Verùm de his
hacten s. Amens enim prorsus est Bellarmin. qui
suis Episcopis, & ut vocat ipse, suis Principi-
bus maledicit, contra Dei verbum, Exod. 22. ver-
vicesimo octauo, Actorum vicesimo tertio, ver-
su quinto: præsertim quos tueri susceperat. quæ est
nefaria præuaricatio, & perfidia.

Ad Librum Quintum

Cap. I.

Caput hoc proponit duntaxat varias de questione proposita scriptorum sententias, ut B. suo more, ingenium suum, & acumen ostendet. Optimam autem & verissimam ex his tribus, quas recenset, sententiam iste reiicit, & hæreticam appellat: Eam autem, quæ ex parte falsa est (& tertiam vocat) arripit laudat, amplectitur, ut omnino veram, tam est vel hebes, vel cæcus in hac tota futura disputatione.

Ad Cap. II.

Vera quidem est huius capituli summa, Nempe Romanum Pontificem non esse totius Mundi Principem: sed ea, quæ Bellarminus affert ad confirmationem illius argumenta, sunt inepta, imo quædam falsa. Falsum enim est, quod col. 812. L. D. scribit, *Dominium Principum Infidelium non descendere ex iure diuino sed ex iure Gentium*. Prima pars huius propositionis est impia, blasphema, *αθεολογος*, Regna & Domina inter homines etiam infideles non esse à Deo: neque proinde à iure diuino. Contra Daniel. cap. 2. v. 37. alloquens Regem infidelem Nabugadnezarem, *Tu rex, inquit, es Rex Regum, Deus cæli dedit tibi hoc regnum, hanc dominationem, hanc potentiam, hanc gloriam*. Id quod idem cap. 4. ver. 22. in cæteris Regibus omnibus verum esse docet. Paulus Rom. 13. v. 1. sic disertè tradit de sui seculi Regibus, & Imperatoribus, qui erant infideles, *Non est enim potestas nisi à Deo, & quæ sunt Potestates,*

sunt à Deo ordinatae. Idem Petrus docet 1. Petr. 2. v. 13. Idem Iob. 12. vers. 18. Pl. 75. vers. 7. Nec quicquã in Dei verbo scripto magis, quàm istud, tritum est. Sed hinc suorum dogmatum fundamentum neque sumit, neque quærit iste sententiaris & Monachus: imo ne legit quidem, tam est væcors. Secunda pars huius eiusdem propositionis est itidem falsa. *Non esse quidpiam, aut non descendere ex iure diuino, quoniam est ex iure Gentium.* Imo ius Gentium est iuris diuini particula, radius, & scintilla, quam Deus nobis post peccatum reliquam fecit, teste Paulo Rom. 2. vers. 14. 15. Inepta sunt hæc, Papam esse Dominum mundi ex hypothesi, quia si conuerteretur mundus totus ad Deum, Reges illi infideles, qui nunc plenum in suos dominium obtinent, illud amitterêt, quamprimum fierent Christiani, euaderent enim, fierentque subditi Papæ Romano, vt iste vult. Hoc si intelligunt Reges infideles nunquam fient fideles. & Christiani. Hoc consequens suæ sententiæ videt quidem Bellarminus, cap. sequenti col. 813. L. D. sed non amouet. Sic iste magistratus omnes cum suo Ioue Capitolino deterret à fide in Christum, vti omnes Iudæos (quorum bona omnia sibi vindicat tyrannicè si fiant Christiani) à fide Christiana absterruit, & auertit Romanus Pontifex.

Ad Cap. III.

HOc totum caput verum est, nempe ne totius quidem orbis Christiani Dominum esse Papam Romanum, nedum totius mundi. Tanta verò fuit vis veritatis. vt ipsos adeo Pötifices Romanos vel inuitos coegerit id fateri & scribere, quem ad-

quemadmodum apparet ex cap. *Causam* 2. cap. *per venerabilem*, Extra *qui filij sunt legitimi* cap. *Solita* Ext. *Majoritate & Obedientia* can. *Duo sunt* Dist. 96. & alijs quàm plurimis.

Ad Cap. 1 v.

ET in hoc quoque capite cum Bellarmino cō-
sentimus, videlicet ad Romanum Pontificem
nullam temporalem iurisdictionem per se, & di-
rectè pertinere, quâ Pontifex est. Duplicem eius
rei rationem affert iste, vnâ à relatis, nempe
Christi autoris omnis ecclesiasticæ potestatis, &
summi Pontificis Romani. Alteram à fine, quòd
inutilis futura erat Christo ad suum munus exer-
cendum huiusmodi potestas & iurisdictione tem-
poralis. Tertiam prætermisit, quæ est disertè ex
Dei verbo, & firmiter, nimirum 2. Corinth. 10. v. 4.
Arma, inquit, Paulus, nostra militiæ non sunt carna-
lia. Item 2. Timoth. 2. vers. 4. *nemo militans Deo*
implicetur huius seculi negotijs, ac proinde neque
iurisdictioni seculari, seu temporali.

Ad Cap. v.

Solutiones, quas ad aduersariorum argumenta
profert Bellarminus, vti ex nostrorum scriptis
descriptæ sunt: sic etiam probamus. Nam ad pri-
mum argumentum ex Math. 28. & secundum ex
Luc. 22. sic nostri quoque respondent. Itaque ine-
ptum est quod ex cap. *Omnes* Dist. 22. ex can. *Qui-*
cunque litem, can. *Quicumque contentionem*. 11. quæst.
1. obiicitur, omnium litium iudicium ad summū
Pontificem pertinere, quâ temporalis iurisdictione
in his spectanda, ac exercenda est. Nec enim po-
test.

larminum istum docebo.

Solutio ad quartum, (Nam ad tertium quoque contradicentium argumentum solutione admittimus,) aduersariorum obiectum non probamus, nec obiectum ipsum. Falsum enim est, Vacante Imperio, illius administrationem ad Romanum Pontificem pertinere, quemadmodum tamen est in cap. *Licet*. Ext. De Foro Competenti, clem. *Pastoris*, in Clementinis, De Sententia, & Re Iudicata. cap. *Vnam sanctam*. in Extrauag. Maiorit. & Obedientia. Illic enim sedent, suntque Romani Pontifices, & iudices, & partes: quod est nefas. Sed Vacante Imperio, administratio imperij olim quidem spectauit ad Senatum Romanum: nunc autem spectat ad Senatum Septem Electorum, ut est in Bulla aurea Caroli quarti, Imperatoris Germanici. Quamobrem sicut obiectio ipsa falsa est, & falsum praesupponit: sic & Bellarmini solutio, quae hanc administrationem Imperij vacantis ex parte Romano Pontifici concedit, falsa est, & falsum concedit.

Ad Cap. VI.

HOc capite iam in sua deliria relabitur Bellarminus, & in furorem pristinum animi de sublimando suo Papa, & ad caelum usque euehendo, incidit denuo, ut ille Papa verus Antichristus appareat, & is, qui se supra omnem Mundi potestatem extollit: ac proinde se Deo ipsi, & illius Numini exaequat. Quae est verissima Antichristi nota, 2. Thessal. 2. ver. 4.

Primum igitur conatur iste Iurisdictione Politicam ab Ecclesiastica distinguere. Verum non potest.

potest. Vtitur ad eam rem, non S. Scripturæ locis
 ullis (quod fieri oportuit, quum Iuris Theologici
 apicem tractet:) sed solum duabus quibusdam si-
 militudinibus: quarum primam ipse refutat, quæ
 est sumpta à Scientiis & Artibus, vna alteri, sub-
 alternantibus, vt Frenifactoria, & equestri sciētia.
 Alteram ipse confuto, prout eam Bellarminus i-
 pse hoc loco exponit. Hæc est sumpta à Spiritu, &
 Carne, rectè quidem à Gregorio Nazianzeno, qui
 in hac comparatione vtriusque, id est, Spiritus, &
 Carnis inter se vnionem considerat: ab isto autem
 malè, qui Spiritum, & Carnem, eorūque actio-
 nes separat & diuidit: vt in Brutis Animatibus, &
 Angelis Beatis, quæ exempla hinc affert. Quæ enim
 doctrina, probatio, comparatio, sumitur à Patri-
 bus ex Spiritu & Carne ad Iurisdictionem Eccle-
 siasticam, & Politicam distinguendam, illa neque
 valet, neque intelligi potest extra istarum reum
 duarum in vnum *ὁψις ἀμερον*, vel corpus vnio-
 nem, & conjunctionem. Quemadmodum enim in
 nobis singulis est Corpus, seu Caro, & Anima, seu
 Spiritus, aiunt Patres: sic in eadem Ecclesia est ius
 soli, & ius poli: sic vna est in vno Reip. corpore Iu-
 risdictio, quæ corporalia in hoc Mundo regit: Al-
 tera, quæ Spiritualia: Vtraque à Deo instituta: V-
 traque distincta, & minimè communicabilis. At
 contra Bellarminus. Nam & ista duo seorsim per
 se cogitat & separat: deinde eadem permiscet, sed
 malè. Nam quæ Deus distinxit & separauit, ea nos
 neque confundere, neque miscere oportet, vt est
 Matth. 19. ver. 6. contraque. Quid sit autem vtraque
 distinctio, & vt separentur, postea dicam, & Bel-
 larminum

Deinde ex comparatione Romani Pontificis cum Principe Politico (quam in tribus his constituit) in Persona, id est Dignitate, Legibus, & foro utriusque, tandem efficit, & concludit id, quod tamen maximè negare velle videtur. Nimirum Papam suum, & in Personam, & in leges, & in forum Politici, summique adeo Magistratus ius, potestatem, & temporalem iurisdictionem habere, ut hæc omnia stabiliat, confirmet, tollat, abroget, prout ipse ea omnia ad suum nutum, iudiciumque renovans probarit, vel oderit, i. ex suo ipsius comodo (quod salutem Animarum appellat Bellarminus), hæc omnia æstimarit, & esse duxerit. Ergo veterator planè, & astutus est iste Principum Politicorum, & eorum Temporalis Iurisdictionis (vti videri vult hoc loco) Patronus. Nam quod Principibus Politicis concedit vna manu: eisdem altera eripit. Quæ summa fraus est, & deceptio. Quam enim suprâ directè Pontifici denegat temporalem in omnes Christianos Principes Iurisdictionem: eidem tamen sed indirectè vindicat, & asserit hoc loco. Quod, quid aliud est, quàm se perfidum Præuaricatorem demonstrare? In summa, Hoc vnum fuit Bellarmino pro tota hac longissima disputatione dicendum, sentiendum, scribendum, Magistratus etiam summus, quâ ovis Ecclesiæ, suo Pastori seu Episcopo legitimo (non autem Romano) subditus est. Vti ipse illius Pastor & Episcopus suo Magistratui Politico, quâ ciuis est, & pars illius Reipublicæ, subiectus est. Sic vna alterius, poscit opem res, & Iurisdictione: Vtraque verò ad Dei gloriam tendere debet. Hæc Bernardus

us ab hoc citatus, Libro primo de Considerat.
 Hæc cap. *Possessor*. De Regul. Iuris in v. i. docent
 manifestè, & cap. *Per venerabilem*. Ext. *Qui filij*.
 Ad Cap. v. i. i.

VT quàm captiosæ sint Bellarmini rationes
 intelligant omnes, non sunt ipsius speciosa
 verba spectanda, sed mens, & scopus. Nihil enim
 istis rationibus in speciem sanctius, nihil verius,
 quàm vt Spiritualia Temporalibus præferantur,
 & hæc illis cedant, & fasces summittant. Nam et-
 si sic reddenda sunt Cæsari, quæ sunt Cæsaris, quæ-
 admodum reddenda sunt Deo, quæ sunt Dei, Matth.
 22. ver. 21. tamen vbique, & semper potior, priorq;
 esse debet Dei ratio, iuxta illud Christi, Matth. 6.
 ver. 33. *Primum querite Regnum Dei & iustitiam*
eius, & omnia adiicientur vobis. Ergo quemadmo-
 dum Publica priuatis, Maius bonum Minori, su-
 perioris autoritas Inferioris Magistratus potesta-
 ti est præferenda: sic Dei ius, *δικαιοσύνη* & ratio, o-
 mnibus præponenda est, Actor. 4. ver. 19. 5. ver. 29.
 Nec obstat, quòd Christus primùm Cæsaris me-
 minit, postea Dei apud Matth. 22. vers. 21. Id enim
 fecit, non vt Cæsarem Deo præponeret: sed vt ad
 interrogatum responderet. De Cæsaris enim iure
 à Phariseis fuerat intrerogatus. In summa, Nobis
 cum Bellarmino in eo summa consensus est, Di-
 uina humanis, Spiritualia Terrenis, Æterna Tem-
 poralibus esse præferenda.

Verùm hoc concesso nequaquam tamen, quod
 iste vult, & hoc capite contendit, efficitur, Nimi-
 rum, Ergo Romanum Pontificem, vel Episcopum
 vllum

vllum habere Temporalē Jurisdictionem in Politicū Magistratū Christianum, qui vel leges fert contrarias Spiritualib. vel Reipublicę suę administrationem sequitur Spirituali contrariam. Fate-mur quidem eiusmodi & Leges, & administratio-nem esse quidem corrigendam: (quis enim de eo dubitare potest:) verū primū id fieri debet à Concilio Publico, vel à Parliamentis Regni, vel denique ab ipsis Regni totius ordinibus, si de ad-ministratione quaeritur, & agitur. Deinde ab Epi-scopis Regni seriis admonitionibus de ea re ta-ctis, & proposito Dei verbo scripto in eam rem.

Præterea quum ista ab Episcopis emendantur, & corrigantur: non temporali iurisdictione, vel directè, vel indirectè fieri debet ista correctio, & emendatio, (qualis est deponere ipsam Magistra-tus personam à suo Regno, in illius locum aliam instituire & eligere) sed duntaxat ecclesiastica censura & iurisdictione, qualis est admonitio pri-vata vel publica: demum excommunicatio ab usu Sacramentorum Ecclesię.

¶ Quare, quum Bellarminus colligit, Si Ma-gistratus Politicus Christianus leges Tempo-rales contrarias Spiritualibus ferat: aut regimen Spirituali noxium & contrarium sequatur, & E-piscopis suis subiecti, & hos in illum tempora-lem Jurisdictionem indirectè & ex consequen-ti habere, & exercere posse, falsum est. Est enim fallacia duplex, Prima Ab ignoratione e-lenchi, quia quod de ecclesiastica solum iurif-dictione conceditur, transfert ad temporalem.

Altera

Altera est, A non conſequentē. Nec enim fundamentum vllum arripiendæ ſibi poteſtatis Temporalis tribuit Episcopis ouium eccleſiæ rebellio Dei verbo, & ipſius regno facta.

Nam, vt docet Paulus, Magiſtratus ſolus Politicus gladium geſtat, & à Deo hanc poteſtatem & iuriſdictionem temporalem accepit: non autem vllus Episcopus ſiue directè & primariò: ſiue indirectè & ex conſequentē, vt iſte putat. Paulus Roman. cap. 13. verſic. 4. 2. Corinth. capite decimo verſic. 4. *Arma militie, inquit, noſtra non ſunt carnalia.* Exemplum Chriſti apud Iohannem capite octauo, vbi Chriſtus in adulterio comprehenſam mulierem non condemnat verſiculo vndecimo. Dictum & præceptum Chriſti ad Petrum autorem, vt iſti volunt, Pontificiæ poteſtatis Io. capite decimo octauo verſu vndecimo, idem probat, *Reconde gladium tuum in vaginam.* Quod ſi Episcoporum Principem Petrum exarmavit Chriſtus, teſte Tertulliano in lib. de Idololatria, multo magis & ipſius Vicarios Pontifices Romanos, vt iſti vocant, & Succeſſores. Nec enim ſucceſſori plus eſt iuris, quàm ipſi autori, quemadmodum docent omnes Iuriſconſulti. Ergo falſa eſt Bonifacij VIII. conſtitutio cap. *V nam ſanctam* in Extrauagant. qui aliud fancit.

Quod igitur ad primam, & Secundam rationem Bellarmini, Nihil aliud concludit, quàm Episcopos, quibus Spiritualis Iuriſdictio demandata eſt (non autem vnicum Romanum Pontificem, vt iſte vult) poſſe emendare & reprehendere ea,

quæ contra Dei verbum à Principe Christiano fiunt. Quod autem ille addit, *Per temporalem Iurisdictionē* Episcopā posse illa emēdare, est fallacia A nō Consequēte, & A Petitione Principij (Nam assumit nō concessū) & Ab Ignoracione Elenchi.

Tertia ratio Bellarmini nimis valet, Est autem hæc, pertinet ad Episcopos examinare & scire, Vtrum suus Princeps, sit verē Orthodoxus vel hereticus: Ergo eum per Iurisdictionem temporalem Episcopi deponere possunt, & eā potestatem in illam assumere & exercere, iure nempe Deo-lati, vt loquuntur ipsi, & ex consequenti, siue indirectē. Respōdeo, Nego consecutionem. Nec enim propter hæresin Principum suorum Christianorum Episcopi aliam Iurisdictionem consequuntur, aut maiorem, quàm ijs concessit rerum omnium dispensator, & Rex, & Dominus noster Iesus Christus, Mat, 28. Neque enim facit subditorum proteruia, vti Iurisdictionum fines tollantur, quos summus Magistratus pepigir. Ergo Iurisdictiono Episcoporum semper manet Ecclesiastica, vtcumque sunt rebelles & refractariæ oues Ecclesiar: non fit autem propterea temporalis, quod existimat Bellarminus. Neque enim malitia hominum naturam rerum à Deo constitutam & definitam mutare potest. Quare fallacia est ista cōclusio Bellarmini, A non consequente. Sed & ipsemet huius sui argumenti *ἀδωαμίαν* & *ἀσυλλογισίαν* vidit Bellarminus. Itaque non iis verbis utitur, quibus suā sententiā affirmet, sed debilis. Ait. n. *Existimo posse*, quæ sunt hominis dubitatis verba. Denique suā sententiā Thomæ cōtrariā, Scholasticorū tamē

Coryphæo

phæo testatur in L.D. col.822. Nam Thomas in tertia secunde quæst.10.Art.10.aliter sentit,quàm Bellarminus.

Confirmatur nostra responsio quòd nulli Christiani Episcopi, ac ne quidem Pontifex Romanus deposuit Valentem Imperatorem Christianum, & Constantium filium Constantini Magni, aut Iulianum Apostatam, aut Anastasium, aut Iustinianum Magistratus Christianos hæreticos, non quia vires iis non adfuissent, sed quia ius hoc sibi minimè competere intelligebant. Qui id autem primus aggredi ausus est, fuit Gregorius tertius, qui Leonem III.Imperatorem Constantinopolitanum (quòd idola seu Imagines defunctorum non coleret) excommunicare, & Regno Italiae priuare ausus est, Caroli Martelli Franci Principis autoritate suffultus, & subnixus: non iuris sibi à Christo concessi potestate. Hoc nefarium exemplum postea secuti sunt nefarij alij Põtifices, Gregorius VII. Paschalis II. Victor III. & alij postea quamplurimi.

Quod ad locos S.Scripturæ quos hîc citat Bellarminus in suæ sententiæ confirmationem, corrumpit manifestè omnes. Nam ait Paulum 1. Corinth. 6.verf.1.2.concedere Christianis, vt nouos sibi Iudices creent: falsum verò prorsus istud est,vt apparet ex ipsius Pauli verbis: & regulis iuris notissimis. Priuatorum consensus magistratû, aut iudicem neminem facit: item, quod quis non habet, alij dare nõ potest. Ergo de arbitris solùm à Christianis inter se litigantibus eligendis agit Paulus, non de iudicibus, qui sunt Magistratus,

constituendis. Id quod Christiani, qui tunc priuati erant, non poterant.

Quod ad locum ex 1. Reg. 12. prorsus ille Bellarminum oppugnat. Nam Hieroboam Rex erat ex fidelium numero: neque tamen à summo sacerdote Iudaici Regni, (cui suum Pontificem esse vult similē ille) Hieroboamus de regno deiectus est, quum idololatra euasisset: neque Zacharias filius Ioiadæ summus Sacrificator Ioam de regno detrusit: licet hæreticus, & plus quàm hæreticus, nimirum idololatra Ioas euasisset, 2. Reg. 12. 2. Chron. 34.

Locus autem ex 1. Corinth. 7. vers. 13. 15. nihil hunc iuuat. Primum quoniam agitur de coniugio inter priuatos: non de Iure magistratus ad subditos. Deinde non ipse fidelis coniux repudiat infidelem, aut eum de domo, aut lecto deiecit: sed ipsa fidelis coniux potius, & quidem prima, ab infideli coniuge deseritur. At hic vult fideles Episcopos (qui Regi subditi sunt) posse deponere suū Principem summum: id quod est nefas. Porro malignitas in nos istius scriptoris & uarietates hic apparet, qui ea, quæ à nostris didicit, & nostri colligant ex illo Pauli loco, 1. Cor. 7. vers. 13. & 15. iste suo Innocentio III. Papæ tribuit, quasi ea primus tradiderit in cap. *Gaudemus Ext.* de Diuortis. Id quod est falsissimum, ut ex ipso capite apparet.

Quarta Bellarmini ratio est fallacia à non consequente. Concludit enim solūm ratio, ab Episcopis iudicari posse, utrum princeps, qui Christianus factus est princeps, orthodoxus sit, & maneat, an non: non autem ab iisdem solis deponi posse probat.

probat. Refellit enim causa, quam affert Bellarminus, eum ipsum. Sumit eam à Iureiurando, quod à tali Principe datum est, nempe quod fidem Christianam sit seruaturus: quam si non seruet, ex pacto deponi potest. Respondeo, sed quaeritur, à quibus deponi possit. Certè non ab Episcopo Romano, qui extra Romanam Diocesim non est Episcopus: non item à solis illius Regni & Regionis Episcopis. Nam hi soli Regis, & Regni inspectionem non habent: neque his solis iusiurandum Rex ille praestitit. A quibus igitur poterit deponi, si esse propterea deponendum iudicatum fuerit? Nimirum ab ipsis totius Regni ordinibus, quibus hoc iusiurandum Rex ille dedit, & praestitit. Ergo nihil iuuatur hac quarta sua ratione Bellarminus, ut probet temporalè Episcoporum iurisdictionem in principes.

Quinta eiusdem ratio probat duntaxat veros, bonosque Pastores posse excommunicare principem eum, qui sit ouis sua, non autem aliena: & quidem, si iusta sit ex Dei verbo causa. Nam Ambrosius Theodosium excommunicauit, non quum Theodosius erat Constantinopoli, sed quum esset Mediolani, ubi erat Ambrosius Episcopus. Atque etiam Ambrosius eundem Theodosium excommunicauit solum, quantumuis primum obstinatum: non autem ab imperio deposuit. Ergo haec Bellarmini ratio neque pro Romano Pontifice quicquam concludit, aut facit, qui extra suam Diocesim & Romanam Reges constitutos excommunicare audeat: neque probat ad eum ipsum, aut ad reliquos Episcopos ius deponendi Principis Christiani pertinere, licet euadat

vel lupus, vel hæreticus, vel hircus seu hærdus, & turpis moribus, quem iste imperitè *Arietem* hic vocat: S. vetò Scriptura *hærdum* Math. 25. vers. 33. tã malè eam iste legit, vt Nicolai Sandeci hominis ineptissimi errores, nugas, & tribunitias seditio- nisque plenas declamationes in Reges Christia- nos disceret, ex quibus ista sua Bellarminus om- nia confarcinauit, quæ in Principes Christianos hic euomit, vt eos sui Pontificis Romani manci- pia reddat, & in illius seruitutem miserrimam, & imperium tyrannicum redigat.

Ad Cap. VIII.

Quod rationibus euincere Bellarminus non potest, exemplis iam obtinere, iisque & pau- cis, & à suo proposito omnino alienis conatur, nimirum Episcopum Romanum, aut alium, posse de suo Regno regem Christianum deturbare pro- pter hæresin, aut alias graues caussas. Verùm pri- mum in vniuersum Bellarmino respondeo, quod Iurisconsulti scribunt homines sapientissimi, *le- gibus viuunt, non exemplis*. Nec quid faciendum sit, definiri debet ex paucorum hominum facto, sed ex communi legis publicæ præcepto. Præter- ea, quemadmodum Dialectici docent, ex particu- lari nihil vniuersale effici aut concludi potest, quod iste tamen vult & contendit hoc capite, & loco. Et hæc quidem generaliter. Peculiariter au- tem respondeo ad exempla proposita omnia.

Ad primum ex 2. Chron. cap. 26. vers. 18. Respo- deo Regem Osiam, quum contra Dei legem Deo fuffitum ipseniet offerre in Templo vellet, non de regno suo depulsum fuisse, aut vi, aut multa af- fectum,

fectum, aut manu iniecta à Sacerdote seu Pontifice summo detrusum de regno: sed tantum de templo & de altari ab eo publicè remotum, quæ excommunicatio quædam fuit, iurisdictioneque merè ecclesiastica: non autem politica, aut temporalis. Nam qui *ἄσπονοι ἰερωσολοι* facti erāt, aut Templi Dei sanctitatem violare videbantur, ab ingressu Templi à Leuitis Ianitoribus prohibebantur: aut iam ingressi ab iisdem expellebantur. Exemplum est in Act. in Paulo cap. 21. vers. 30. Confirmatur Ioh. 9. vers. 22. 12. vers. 42. Idcirco enim constituti erāt in portis Templi Solomonici Leuitæ Ianitores, & custodes 1. Chron. 26. Ergo nihil ex hoc exemplo confirmat Bellarminus, quod Pontificis Romani, vel Episcoporum aliorum temporalem in Principes Politicos iurisdictionem confirmet: quum nullam in Oziam Regem exercuerit Pontifex Legalis. Nec verò sequitur, quòd etsi Pontifex Leuiticus hãc olim sub lege potestate haberet, eam quoque habeat nunc sub Euangelio vel Pontifex Romanus, vel alij episcopi. Nam multa sub lege Leuitis & summo Sacerdoti licuerunt, & à Deo concessa sunt, quæ neque Romano Episcopo, neque alij vlli sub Euangelio licent, aut concessa sunt à Deo, velut in Iudiciis forensibus sedere & iudicare, quia totius Nomothesiæ, & legis Moisis interpres erat.

At excipit Bellarminus, Ozias propter sepram à regno postea depulsus est. Respondeo, Bis peccat Bellarminus, ab ignoratione Elenchi, primū. Non enim à sacerdote summo: sed ab ordinibus Regni Iudaici ista remotio Ozia facta est, vt faci-

le intelligitur ex eodem cap. 26. vers. 21. li. 2. Chronicor. Deinde peccat fallacia, ab æquiocatione. Non enim à regno, regiæque dignitate depulsus est Ozias: sed tantum ab eiusdem administratione, quæ in ipsius Filium Ioathanum translata fuit, quia cum leprosis (qualis tunc erat Ozias) nullum erat populi, aut cuiusquam commercium ex lege Dei Leuit. 13. & 14. Numeror. 12. Quare neque hoc iuuat, tribuitque vllam vllis Episcopis temporalem in principes suo Politicos fideles iurisdictionem: aut eos deponendi autoritatem, quum id factum sit ab ordinibus regni, non à sacerdotibus.

Secundum exemplum nihil prorsus vrget. Sumitur ex 2. Reg. 11. 2. Chronicor. 23. vbi Ioias summus sacerdos sub lege veteri dicitur de regno Athaliam detrusisse & deiecisse. Ergo idem potest, ait Bellarminus, sub Euangelio Pontifex Romanus: aut Episcopi. Respondeo, Peccat ab ignorantia Elenchi Bellarminus, quia tempora legis & Euangelij confundit, quæ sunt fueruntve, etiam ratione Sacerdotalis muneris, dissimillima. Nec enim eadem Pastoribus & Episcopis sub Euangelio concessa est autoritas à Deo, quæ Sacerdotibus, & Leuitis olim data fuerat sub veteri lege. Leuitæ, & Sacerdotes sub lege caussarum, & ciuilium, & criminalium ordinarij iudices in foro, cõque temporali, sedebãt, & erant ex lege Dei Deut. 17. At sub Euãgelio dictũ est, *Qui Deo militat, ne implicetur negotiis secularibus*, 2. Tim. 2. v. 4.

Sub lege Leuitæ, & Sacerdotes arma tractabãt in exercitu, suos Centuriones, & vexilla habebãt, tubas in bellis gestabant & quidem soli, non alij

ex aliis Israelis Tribubus Numer. 2. item cap. 10. vers. 8. Pugnabant ipsi. Id quod exemplum etiam Maccabeorum docet Maccab. 1. cap. 2. & 3. In portis Templi Hierosolymitani erant assidui atque ordinarij milites, & armati, ac praesidiarij. At Episcoporum, & summi Pontificis munus sub Evangelio nequaquam par est: etsi & ministri verbi Dei in exercitu piorum esse possunt ad docendos de Dei verbo milites, & mores eorum reprimendos: atque etiam ipsi, si sic oporteat, cum hoste ecclesiae pugnare, uti & Leo ipse III. id se fecisse gloriatur can. *Igitur* & can. seq. xxiii. quaest. viii. & in Theodosij exercitu fuit Ambrosius Episcopus. Atque Constantinus Magnus in bellis & Templum suum circumgestabat, & suos Presbyteros & Episcopos in comitatu semper habebat, teste Eusebio in eius vita. Denique id licere, ostenditur ex can. *Si quis episcopus* & can. *Si vobis* 23. quaest. 8.

Sub lege summus sacerdos secundum à Rege ipso locum habebat, princeps Reip. & populi erat. Exo. 22. v. 28. Actor 23. v. 5. de rebus Politicis iudex erat: quae omnia sub nouo Testamento sunt immutata ex Christi praeepto Luc. 22. v. 25. *Reges dominantur populis: vos autem non sic.* Quare pessime eadem vel Pontifici Ro. vel vlli episcopo potestate tribuit Bellar. quae olim summo Sacerdoti, vel Levitis competebat.

Præterea peccat Bellarminus, à non consequente. Nec enim Ioiada, aut soli Sacerdotes Athaliam deiecerunt, sed vniuersi Regni Israelitici ordines, ut est 2. Chron. 23. v. 1. & 2. At putat iste eam à solo Ioiada depulsam fuisse. Quare plus, imo falsum assumit, ut suo Ioui Capitolino autoritatem temporalem

vindicet, aut tribuat. Ex falsis autem principiis nihil verum concluditur, vt & Dialectici docent, & Polybius lib. 3. Historiæ.

Tertium exemplum Bellarminum euertit. Ostendit enim Ambrosium non vsum vlla temporali in Theodosium Imperatorem in sua Dioccesi manentem iurisdictione: sed ecclesiastica duntaxat censura, vt & ex Theodoreti lib. 5. Histor. ca. 18. & Sozomeni lib. 4. cap. 24. apparet. Quod autem ait Bellarminus Ambrosium imperasse Theodosio, vt legem conderet, fallitur. Consilium enim illud fuit Ambrosij, non iussus: sed quoniam æquissimum erat consilium, illud secutus est Theodosius, vt docet Sozomenus lib. 4. ca. 24. qui eandem historiam refert.

Quartum, Quintum, Sextum, exemplum profus est ἀπὸ τοῦ δίκου, & ineptum. Est enim Pontificum ipsorum Romanorum pro se testimonium. At nemini in sua causa testimonij dictio est. Denique tyrannica Pontificum Romanorum facta, & causa, pro iustis, legitimis & imitandis exemplis vel imperitè, vel malitiosè nobis proponit: perinde atque si quis Caij Caligulæ, Heliogabali, Maximinij tyrannica edicta nobis pro iustis legibus commendet. Id quod Ælius Lampridius, & Iulianus, Capitolinus in eorum vitis, licet homines Ethnici, tamen irrident.

Septimum exemplum videtur quidem Bellarmino, & Pontificis palmarium, imo Achilleum argumentum: verum est profus elumbe, ac infirmum. Hoc enim solum probat, populum Romanum, quum ab Imperatoribus suis Constantino-

politanis

politanis pro derelicto haberetur, (quos de se ad-
 versus Longobardos tuendis interpellauerat sæ-
 pe, præsertim Constantinum VI. & Leonem III.
 ipsius filium) sibi de Rege, & Tutore prospexisse,
 interuentu Pontificis sui, nempe Romani. Itaque
 Carolum Magnum Francorum, ac Germanorum
 Regem sibi populus Romanus ex sui Episcopi, i.
 Romani consilio delegit in Regem, quem tunc
 omnes Imperatorem appellabant. Hoc potuisse
 populum Romanum ex eo apparet, quòd à suo re-
 ge pro derelicto habebatur, teste etiam hoc loco
 Bellarmino. Ergo, quemadmodum etiam seruus
 à suo Domino pro derelicto habitus, si con-
 ualuerit, fit liber: Res pro derelicto habita fit pri-
 mò occupantis §. *Quaratione De rerum diuisione*
in institutionibus: sic populus Romanus desertus
 & pro derelicto habitus à suo Rege, merito ab e-
 ius imperio, & iure fuit exēptus & liberatus. Qua-
 re alium sibi Regem creare potuit, quoniam sem-
 per fuit electiuum Romanorum regnum. Verùm
 Romani Pontificis interuentu, & consilio id fa-
 ctum est. Quidni verò? Nam & consilio aliorum
 quamplurimorum prudentum virorum id quo-
 que factum est, qui Romani ciues erant, qui pro-
 pterea tamen nullam in electum principem suum
 iurisdictionem habuerunt. Ergo neque Pontifex
 Romanus habet vllam. Quod autem scribimus, à
 populo Romano hanc Caroli Magni electionem
 factam esse, docet glossa in cap. *Venerabilem* ad
 verbum, *Transfuit* Extra de Electione, tradit Ca-
 rolus Sigonius lib. 4. de Regno Italico, Flavius
 Blondus in Decadibus, Platina, Paulus Diaconus,

& omnes, quicquid neget postea Bellarminus. Ergo hoc Bellarmini argumentum est fallacia Abignoratione Elenchi. Supponit enim Pontificem Romanum pro populo Romano.

Quod si Romanus Pontifex Carolum Magnum suo iure ac potestate propria Regem seu Imperatorem (quod idem fuit) Romanæ urbis & Diocesis creasset, seu territorij summam in Carolum auctoritatem, tanquam ipsius Imperij autor, eoque superior, Pontifex habuisset. At contra, Carolus in ipsum Pontificem Romanum ius summum habuit, utpote illius Princeps, quia Romani territorij, Rex erat à populo Romano creatus. Ergo ius & eligendi & deponendi Romani Pontificis habuit Carolus Magnus, & eius posteri, ut est in can. *Adrianus. 2.* & in can. *In Synodo Dist. 62.* nõ autem cõtrà. Porro ne propter hoc in Carolum Magnũ, eiusque posteros beneficium, aut scitũ, magnopere vel Episcopus iste Romanus, vel populus ipse Romanus glorietur, en quale beneficium fuerit. Constituit enim populus Carolum Regem illius territorij duntaxat, quod tunc ad se, id est, ad Romanos Iudices, & Romanam urbem pertinebat: quod omne intra quatuor leucas gallicas continebatur, & finiebatur. Nec enim latius patebat quam vsque ad Anguillarium nempe pagum, & Orbinetum oppidum: non plus, aut longius. Non Gallia, non Germania regnum, & ius in eas regiones concessit tunc Romanus Pontifex, vel populus. Illa enim regna auita habebat Carolus Magnus, Non in ipsam Italiam. Fam enim armis obtinebat, deiectis ex ipsius possessione Longobardis

dis Carolus. Reliquam Imperatores Græci tenebant. Quid igitur iste populus, & Pontifex in Carolum contulerunt? Certè nihil præter ventum, & inanes fumos, & inane Romani territorij tunc fanè exigui regnum, & Regis nomen, quod magnifico tamen *Imperatoris Romani* flatu, titulo, & spiritu inanius populus, & Pontifex commendabât. Hæc tota est istius Electionis historia, qua nihil Bellarminum iuuat, quoniam à P. Romano, non à Pontifice Romano facta est.

Nec quicquam mouet, quòd Carolus à Pontifice Romano fuit coronatus. Hic enim môsiã erat Constantinopoli, & quidem pridem receptus, vt Imperatores ab Episcopis coronarentur, non vt ipsi Imperium electis darent: sed vt datùm illis esse à populo, à Senatu, à militibus ostenderent, & per hanc coronationem confirmarent. Quare nõ maiorem Occidentalis Imperatoris, deponendi potestatem habet Põtifex Romanus, quoniã eum ornat corona, quàm Pontifex Constantinopolitanus habet Orientalis Imperatoris de Imperio deiiciendi, quoniam & ipse hũc quoque coronat. Verùm Pontifex Constantinopolitanus nullam in Orientale Imperatorem Christianum temporalem iurisdictionẽ propterea nactus est, habuit, aut exercuit. Ergo neque vllam quoque habet in Occidentalem Imperatorem Romanus Pontifex. Itaque Bellarm. ipse col. 826. L. A. fateretur non esse absolute necessarium, vt Regum, aut Imperatorũ Christianorum dignitas sit à Põtifice Romano, aut vt Papa cõfirmet Imperatorem, aut vt Imperator insurrandũ fidelitatis det Papa. Quæ sentetia totũ istius Rõlli. Põtif. in principes Politicos iurisdictionis tẽporalis

fundamentum subruit, & euertit, vt omnes vidēt.

Vtrum verò id rectè populo Romano suaserit Romanus Pontifex, vt à suo Imperatore deserti omnes, & pro derelicto habiti ad Carolum Magnum Francorum Regem confugerent, eúmque in suum Regem, & Imperatorem eligerent, antea dixi. Potuisse P. Romanum id facere, quum pro derelicto haberetur à suis Principibus, essetque Romanum Regnum electiuum. Itaque de eo disputare nolo. Rationes tamen, propter quas suadere conatur Bellarminus id rectè fuisse factum, neque id probant, neque vllius sunt momenti: quas equidem refutare facilè possim, si velim.

Nam prima, quòd hanc imperij translationem omnes Principes Christiani probarunt, falsa est. Constantinopolitanus non probauit primùm: acquieuit duntaxat postea Nicephorus, quia viribus erat inferior, quàm Carolus. Quòd deinde Reges alij maiorem in Imperio isto translato, quàm in suo Regno dignitatem inesse existimarunt, vt ille putat, & existimat, id ad Reges omnes non pertinet. Neque enim Francorum Reges se Imperatori summittunt, nisi ex quadam benevolentia: neque quum Otho III. vel Carolus IV. Imperatores in Franciam venerunt, illis cesserunt Reges Fràcorum vlllo pacto, tanquam sese superioribus Principibus. In Synodis & conciliis sedent primùm Episcopi: deinde ij, quibus locum Episcopi ipsi concedunt, & quo loco concedunt, qui locum nullum tamen præiudicium facit, aut minoritatem affert in Politica administratione sui Regni Regibus illis, quorum legati posteriore loco in Synodis

nodis sedent. Denique quem honorem alij Reges Imperio isti translato deferunt, non huius imperij, noui, recentis, & translati respectu: sed primi, (cuius potentia, & dominatio latissimè patuit) id faciunt.

Secunda ratio sumpta est ab euentu: cui respondeo, *Careat successibus opto, quisquis ab euentu facta notanda putat.* Deinde hic euentus fuit tristissimus. Inde enim euenit, vt Romani Episcopi moderata antea potestas, & ecclesiastica in meram tyrannidem ac politicam degeneraret, ac prolaberetur. Et primum in ecclesiam Dei venenum promanaret. Voluit enim Carolus Magnus & ipse vicissim Romanum Pontificem magnis donis & priuilegijs decorare.

Tertia ratio, quam iste ducit à consensu ab Irene scœmina, & Nicephoro imbelli Imperatore Constantinopolitano præbito, est inanis. Non intelligit enim Bellarminus homo perspicax & acutus hunc consensum fuisse extortum, & coactum, quia viribus inferiores illi, quàm Carolus erant: ergo illi eripere è faucibus hunc bolum non potuerunt, sed tamen alij Imp. Constantinopolitani multa postea tentarunt, vt occidentale imperium recuperarent. Verum ius Carolo, & eius successoribus fuit in armis.

Quod verò iste præfractè negat à populo Romano, consilio & suasu Pontificis sui, id est, Romani Carolum fuisse in Regem Romæ (quem tunc imperatorem vocabāt & Augustum) electū, pertinax est. Omnes enim authores, etiā quos hîc ipse citat, id testantur: sed fallitur pueriliter Bel-

larminus, qui, quia scriptum est Imperium à Grecis in Francos à Pontifice Romano *translatum*, nō intelligit id à Pontifice factum esse, tanquam ab vno quodam populi Romani consiliario: à populo verò Romano, tanquam ab istius Imperij Romani autore, datore, creatore, Domino, collarore. Nam eiusdem operis caussa & effector dicitur & Dominus, & Minister.

Octauum exemplum nihil hunc iuuat. Eodem enim modo refutatur, quo quartum, quintum, & sextum supra, nempe *quòd nemo index ferendus est in propria ratione caussa*. Ergo neque illa Pontificis Romani, siue Gregorius ille V. fuerit, siue X. (nā perinde est, omnes enim sunt eiusdem farinae, & æque reiiciendi) decretalis probat hoc ius ad R. Pontifices pertinere. Imo ab Othone III. Imperatore id factum, constitutumque primum fuisse: nō ab vilo primum Pontifice Romano docet idem hic Onuphrius eodem libro de comitiis imperialibus, quem hic citat Bellarminus. Quod postea Romani Pontifices (vt id à se esse censeretur) sua decretali sanciverunt, falcem suam in alienam esse mittentes. Nec vrget quod septem Electores id probarunt, quoniam hoc ab Othone III. Imperatore ex ipsorum, imo totius Germaniæ Procerum consilio ad euitandas in nouis Imperatorum electionibus seditiones, & turbas fuerat statutum, sancitum, promulgatum.

Ad exemplum IX. X. XI. & XII. idem respondeo, quod octauo, non effici illud rectè fuisse factum, quoniam sit factum à Pontificibus Romanis. Nō enim quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat, spectandum

standum est, aiunt Iurisperiti. Ista igitur Pontificum Romanorum in suos Imperatores interdicta & decreta fuerunt planè tyrannica, sacrilega, nefaria, teste Arnolde de noua Villa, Petro de Vineis viris pijs & eruditis, Guilielmo Occkano sententiariorum Doctore, & pluribus concilijs in Germania, & Italia habitis, quæ ista Pontificum Romanorum decreta publicè & manifestè ex Dei verbo damnarunt. Nostra verò sibi contraria argumenta Bellarminus omnino hic prætermittit, non tam quia, vt ait, alij illa iam tractarunt, (quid enim his tribus crassis Bellarmini Tomis erat opus, si quæ iam ab alijs dicta sunt, repetenda minimè fuerunt? Nihil enim in istis continetur, quàm crambe centies iam repetita, quæ mors est) sed, vt verum dicat, quoniam illas nostras obiectiones contra se refellere non potest.

Ad Cap. 1x.

VT suæ assentationis aduersum Romanum Pontificem cumulum Bellarminus impleat, & demonstrat, etiam hoc addit, posse personam eandem, & vnam numero vtranque hanc dignitatem habere, retinere, & exercere, nempe Pontificatum Ecclesiasticum, & Principatum Politicum. Hoc adiecit superioribus erroribus (nam abyssus abyssum inuocat) vt suos Pontifices, vt pote veros Antichristos, præsertim Romanos, supra nomen quoduis euehat. Verùm in tota hac quæstione tractanda magnum sophisma, & fallaciã insignè admittit, eamq; duplicem, primã ab ignoratione

Elenchi, & migratione deuenire ad genus. Quædam enim extraordinaria eorum, qui vtrunque hoc munus gesserunt, exempla profert, eaque pauca, velut Melchisedeci (quia typus erat futuri Christi) & Heli, vt ex his ordinarium in ecclesia regimen, qualem sui Romani Pontificis temporalem iurisdictionem esse vult, stabiliat, introducat, & confirmet. Hoc primum vitium est totius huius loci, & probationis, quam hic affert Bellarminus. Alterum est quòd à diuersis argumētatur, de quibus idem concludit tamē. Agitur eum inter nos, & quæritur, vtrum præcisè sub Euangelio idem & Episcopus, & Magistratus Politicus esse, tolerarique debeat, qui vtranque iurisdictionem administret. Verùm iste prætermisso disputationis cardine, & proprio statu, qui est, Vtrum sub Euangelio hoc liceat, recurrit ad ea tempora, quæ sub Veteri Lege fuerunt, vbi alia & dissimilis fuit Sacerdotum & Leuitarum ratio ab Episcopis, & Clericis Noui Testamenti, sicut antea demonstrauimus. Quare tota ista argumentatio est fallacia non consequente, quia confundit, pro eodēque sumit dissimillima.

Ergo breuiter ostendamus sub Euangelio Episcopis non licere vtranque & Ecclesiasticam, & Politicam iurisdictionem exequi, exercere, habere. Ratio igitur nostra hæc est, Quæ Deus distinxit, & separauit, non sunt ab hominibus confundenda. Matth. 19. ver. 6. Atqui Deus hæc munia separauit, & diuersis personis attribuit, & quidem sic, Vt neque Apostolos, neque Apostolorum successores velit esse Magistratus Politicos, Luc. 22.

v. 25. Ergo ista non sunt confundēda. Altera ratio, Quod Christus ipse ad se pertinere negat, ad illius successores non pertinet. Nec enim horum, quam illius ius & autoritas maior esse potest. Atqui negat Christus ad se Iurisdictionem siue Ciuilem, siue criminalem pertinere, Luc. 12. ver. 14. Iohan. 8. ver. 11. ergo neque ad ipsius successores ea pertinet.

Verūm argumenta Bellarmini perpendamus. vtrum id probent, quod affirmat, Nequaquam verò.

Primum est, ab exemplo Melchisedechi Gen. 14. Hebr. 7. Respondeo, querimus quid sub Evangelio, & post pactos & distinctos à Christo vtriusque iurisdictionis, Episcoporum nempe, & Magistratum Politicorum fines liceat, non quid ante eos fines distinctos, & præcise positos à Deo velut ante legē à Deo datā erat. Deinde hoc exemplū est extraordinariū, vti alia multa, quoniā hic Melchisedech fuit typus Domini nostri Iesu Christi, qui, & Rex, & Sacerdos simul futurus erat Ps. 110. Heb. 7. nō autem ordinarium exemplum, & commune.

Secunda Bellarmini ratio ab exemplo Mosi petitur: Moses fuit, inquit Bellarminus, & Politicus Magistratus, & Sacerdos summus. Ergo vnus & idem vtramque iurisdictionem exercere potest. Respondeo, Mosē nequaquam vtrumque illud & Sacerdotij, & Magistratus Politici munus habuisse, aut exercuisse: sed munus dūtaxat Magistratus, & Prophete, quemadmodum postea David Rex: Itaque falsum est hoc Bellarmini argumentum, & exemplum.

Nec obstat, quod Moses semel sacrificauit, dum Aaronē, nimirū ex Dei pręcepto inauguraret Exo. 29. 40. & Numer. 7. Respondeo enim id semel tantum, idque iussu Dei, factum fuisse, quod solus Moses primus in monte Sinai, viderat quomodo hæc omnia essent administranda, & à Deo fuerat edoctus de iis rebus, vt Aaronem postea doceret. Ergo Deus in ea duntaxat prima Aaronis inauguratione, partes suas Mosi demandauit: & semel coram Aaronē sacrificauit, tunc nempe, vt Aaronem ipsam doceret, quomodo in aliis sacrificiis, tum ipse, tum alij sacerdotes gerere se deberent. Postea verò totum Sacerdotij munus Aaroni & Sacerdotibus à se sic ex Dei pręcepto inauguratis, & edoctis reliquit, ac commisit. Ergo vna illa Mosi actio non facit eum Sacerdotem. Nec enim vna hirūdo facit ver, inquit, & rectè, Aristoteles. Nec propterea magis est Moses dicendus summus Sacerdos, quā sūmus faber, artifex, aut Phrygio, quia Beselecelum, & Ooliabū summos fabros, artifices, & Phrygiones docuit quo modo Tabernaculū Dei, omnisq; illius supellex & apparatus erat cōficiendus & cōstruendus ex forma, & ad exēplar quod ipse Moses in Monte Sinai viderat, à Deo sibi monstratū, Exo. 25. v. 40. 31. v. 2. 36. v. 1. Quare pessimè in hoc Mosi exēplo fallitur, & hallucinatur Bellar. vti & ij, quos ipse testes hoc loco pro se producit.

Tertia Bellarmini ratio ducta est ab exemplo Heli, qui & Iudex, & Pontifex summus in Israele fuit 1. Samuel. 2. Respondeo Hoc exemplū omnino fuit extraordinariū, vti & Melchisedechi, & ex eadē causa, quoniā & hic Heli erat quoque typus Christi futu-

lli futuri simul & Regis, & Summi sacerdotis Pf.
110. Heb. 7.

Quarta ratio sumitur ab exemplo Macchabeo-
rum lib. 1. Macchabeor. Respondeo, Hoc exēplum
omnino vitiosū fuit: sed eorū Maccabeorū, qui vtrū
que hoc munus simul exercuerunt, ambitione hoc
contigit, ac introductū perperam fuit, & præter
Dei verbum, qui vnum quodque munus diuersis
familiis attribuerat, Magistratum nempe familie
Dauidis: Sacerdotij Leuiticæ, quæ res cōfundi mi-
nime debuerunt. Quod ipsemet iste infra col 830.
L. D. concedit & testatur.

Quintum Bellarmini argumentum (quod col.
829. L. D. continetur) ducitur à cōparatione Epi-
scopatus cū Principatu inter se, belli & pacis, di-
uersorū regnorū, & harum rerū administrationis
facilioris, vel difficilioris. Respondeo, frustra hæc
à Bellarmino nunc adduci, sunt enim *compara-*
tionis ad hanc quæstionem: itaque fallacia sunt A
non cōsequente. Non enim istius incōpatibilita-
tis Magistratus & Episcopatus in vna & eadē perso-
nā causa, & ratio pendet ex vtriusque illius rei, vel
difficultate: vel inter se contrarietate, sed ex solius
Dei iusta, sub Euangelio præsertim, prohibitione
& interdictione, Luc. 22. v. 25. 1. Pet. 5. v. 3. Luc. 12.
v. 14. Iohan. 8. v. 11. Cui sententiæ consentit & sub-
scribit Nicolaus primus, teste hoc ipsemet Bel-
larmino in cap. 10. col. 834. L. B. Quemadmodum
quod duas aut tres simul vxores nemo pius ha-
bere iam debet, non pendet à re ipsius per se im-
possibilitate, aut difficultate, (quandoquidem
nonnulli eas simul plures habent, vti Turci;) &

olim sub lege Patres habuerunt, sed ex sola Dei prohibitionem, Genes. 2. Mat. 19. ver. 5. 1. Corinth. 7.

Sextum Bellarmini argumentum est, Quod illi, qui has opes: & temporalem Iurisdictionem Ecclesiae dederunt, fuerunt Principes pij: qui eas ademerunt, in pij. Respondeo, cum quodam temperamento & ista concessio, & ademptio est, procul dubio accipienda, & intelligenda: Alioquin minime laudanda est. Hi Principes pij vocantur, qui Pastoribus Ecclesiae opes honestas sed moderatas concesserunt, quibus sese Pastores honeste alerent, non autem sumptuose, delicate, otiose, Hi soli Principes pie fecerunt. Qui vero Ecclesiae opes illas immensas, & dignitates temporales reliquerunt, ij Ecclesiam corruerunt, labefactarunt, ac tandem sua nimia illa largitione prorsus evertunt. Eam enim, & ipsius Pastores luxu & opibus diffluentes reddiderunt, sicut res ipsa docet, & venenum in Ecclesia seminarunt, Zeloz quidem, sed qui non fuit secundum scientiam: contraque Pauli preceptum eiusmodi opes & datae sunt a Principibus, & a Pastoribus acceptatae. Vtrumque male. Paulus enim ait, 1. Timot. 6. v. 6. 7. 8. *Habentes quibus aliamur, & vestiamur, contenti esse debemus*, nos imprimis Pastores Ecclesiae. Et de iis quidem, qui Principes superfluas opes Ecclesiae dederunt, qui nullo modo propterea sunt pij censendi. Sed neque si qui priuati easdem sunt largiti. Qui vero temporalem iurisdictionem Pastoribus Ecclesiasticis contulerunt, ij fuerunt manifeste impij. Christi enim ordinationem violarunt, & terminos ab eo positos remouerunt, & conuulserunt. Vnde postea

postea Ecclesie, discipline, & pietatis omnis pestis nata est. Quod vel vnus Bernardus in libris quinque de consideratione testatur luculentissimè.

Septimum Bellarmini argumentum est ab experientia. Respondeo eam ipsam à me pro teste produci, nihil exitiosius vnquam, aut miserius Ecclesie extitisse, quàm istam opum immensarum, & temporalis iurisdictionis attributionem illi factam, teste vel Bonifacio, illo Meguntino Episcopo, quem tantopere Papa Zacharias laudat. Nam Bonifacius hic in can. *Vasa Consecrat. Dist. 1.* testatur tunc Episcopos fuisse aureos, quum Ecclesie vasa erant lignea. Cepisse verò eisdem fieri ligneos, quum eorum vasa fuerunt euaseruntque aurea. Hoc Hieronymus testatur. Hoc Exuperius Tholosanus Episcopus, qui corpus Domini ad ægrotos in canistro vimineo gestabat.

Cæterum nihil valet illa Bellarmini ratio, per quam conatur euincere, & probare Pontificè Romanum iure, & legitimè habere civilem Principatum. Est autem ea duplex, Vna, Quòd Principes & Imperatores Christiani huc Principatum Romanæ Ecclesie, & ipsius Pastoribus dederunt, ac concesserunt, vt apparet ex can. *Ego Ludonicus Dist. 63.* & ex variis variorum scriptorum historiis. Respondeo, Neque Principum illorum donationè, neque Romanorum Episcoporum: aut aliorum acceptationem vllius esse momenti: imo vtrâque impiam, saltem contra ius esse, ac proinde nullum ius Romanis, aut aliis Episcopis tribuere, aut acquirere potuisse, etiam ex ipsorum Romanorum Pontificum decretis can. *Dicenti xxv. quest. ii. qua*

cum iuris, & legum ratione concordant Principum rescripta, inquit Pelagius Papa, ea demum valent, & ius alicui tribuunt. Quae verò Principum rescripta surreptione, aut falsis precibus impetratur, ea nullum supplicantibus aut impetrantibus ius asserunt, aut remedium. In glossa cap. Super eo. Extra de Crimine falsi, disertè sic, & verè etiam, scriptum est, falsa littere Principum non conferunt Iurisdictionem: imo qui us utitur si clericus est, officio & beneficiis Ecclesiasticis spoliari debet: sin laicus, excommunicetur, ait Innocentius III. in cap. Ad falsariorum. §. Quis verò. Ext. De Crimine falsi, can. Si Episcopus Dist. 50. Quorsum ista? inquires. Respondeo. Ad hanc quaestionem maximè faciunt. Doceo enim surreptitia, & obreptitia fuisse ea Principum Christianorù rescripta per quæ Romanus, aut alius cuius Episcopus, has temporales dignitates, & iurisdictiones ab illis impetrauit, aut impetrat. Itaque falsa esse eiusmodi Principum rescripta, non quidem ratione scripturæ & expeditionis (fuerunt enim concessa re ipsa) sed ratione causæ in iis allegatæ, & præsentis, quæ omnino falsa est, fallax, obreptitia, imo impia, & Christi mandato expresso contraria. Sic glossa in can. In memoriam ad verbum falsam, Dist. XIX. ostendit quæ rescripta Principum ex falsa causa, & conscientia Principum male informata obtinentur, esse falsa, nullumque ius, autoritatem, aut remedium asserre, imo irrita esse, & inualida, casusque. Itaque nullo tempore conualescere, quicquid ex eiusmodi litteris, aut rescriptis Principis fuerit decretum, statutum, iudicatum, glossa in D. cap. Super eo. Extra de crimine falsi: Iam verò causa eiusmodi temporales Principatus impetrá-

di ab Episc. Romano, aut aliis allegata fuit, Quod Pietas Christiana polceret vt illi docebat, & exigeret, ex Dei mandato, vt illis donis & privilegijs temporalib. & iurisdictionibus ornaretur Pastores Ecclesiæ, easque obtinerent ex Christi præcepto voluntate, & concessione. Hac enim ratione moti Principes & Imperatores Christiani has Iurisdictiones temporales Episcopis & Pastoribus Ecclesiasticis dederunt, vt apparet ex can. *formam* 12. quest. 1. Atqui hæc causa omnino est falsa, ementita, supposititia, obreptitia: imo impia. Nã Christi mandato & præcepto non solum repugnat: sed etiam illud omnino euertit, & pessundat. Quare falsa fuerunt omnia eiusmodi Principum rescripta, per quæ Episcopi quilibet Principatus & Iurisdictiones temporales obtinuerunt. Itaque nullius omnino sunt momentu: sed quicquid ex his statutũ est, prorsus est tollendum, & omnino abrogandum: imo ipso iure nullũ est, quia cũ Dei verbo manifestè pugnat, Luc. 12. v. 14. 22. v. 25. Joh. 8. v. 17. 1. Pet. 5. v. 3. ex quo fit, vt res huiusmodi à Principibus Christianis nõ potuerint iure, honestè, & piè concedi Pastorib. & Episcopis, siue Romano, siue aliis. Nec enim quod contra Dei expressum præceptũ datur, honestè vel piè datur. Sed vt eiusmodi dignitates, Principatus, ac Iurisdictiones temporales à Christianis Principibus piè dari Episcopis nõ potuerũt: sic neq; honestè, neq; piè ab Episcopis ipsis acceptari potuerũt. Quod. n. inhonestè Pastorib. Ecclesiæ etiã offertur, ab ea, accipi neq; debet neque honestè potest. can. *Quicquid vult.* 17. quest. 4. Itaque & repetendũ est, & nulla est concessio, &

ex causa dati causa non secuta reuocari debet. Toto titulo Digestis *Causa data causa non secuta*. Quemadmodum enim nemo vel venenū miscere ipse debet, vel ab alio sibi oblatum acceptare, eoque uti: quemadmodum nemo falsum monetam cadere ipse debet, aut eam ab alio, quò ea utatur accipere. Quemadmodum falsam nemo instrumentum vel ipse componere & scribere debet, vel eo sibi ab alio porrecto uti. Sic neque Episcopus quisquam debet, debuitve Principi falsum dignitatis temporalis assequendæ fundamentum & rescriptum suggerere, vel eo etiã sibi à Principe oblato rescripto uti, & illud acceptare. Nam quæ honeste dari nō possunt, neque eadem accipi possunt honeste. Sicut Alexander Macedo cuidam à se quidpiam præter dignitatem petenti respōdet: neque me illud tibi dare honestum est, neque tibi decorum aliud aut plus accipere. Ergo mera fuit subreptio, ista petere, à principibus Christianis: mera, verãque impietas, illa concedere Pastoribus ecclesiæ, quæ fuerunt venenum ecclesiæ: mera denique tum auaritia & ambitio, tum sacrilegium Episcoporum Christianorum, illa eadem etiã à Principibus vltro sibi oblata acceptare, habere, retinere. Atque sic primæ Bellarmini rationi responsus esto, per quam efficere nititur Romanū Pontificem iure temporalem principatum habere, ac retinere. Est enim Paralogismus à nō causa pro causa.

Altera eiusdem ratio adhuc est & minoris momenti, & coloris. Sumitur à longi temporis præscriptione, propter quam istum Episcoporum terrenum

renum dominatum, & iurisdictionem tuetur. Respondeo, ex ipsis Pontificum Romanorum decretis, nullam esse vel civilium vel ecclesiasticarum rerum prescriptionem, quæ bona fide cepta, continuataque careat: & iustum titulum non habeat. Sic Alexander III. rescripsit in cap. *Vigilanti*: sic Innocentius III. in cap. *Si diligenti*: sic concilium Lateranense in ca. *Quoniam* Extra de prescriptionibus. Sic in can. *Placuit* xvi. quæst. iii. diserte annotatum est etiam ab ipsis scriptoribus canonistis. Sicut enim in malæ fidei possessore tēpus non tollit obligationem: sic neque eam, neque ius aliquod acquirit L. *Obligationum*. §. *Placet*. §. *Aliionibus*, & *Obligationibus*. At verò bonam fidem Episcopales principatus terrenos possidentes habere non potuerunt, quum id contra Dei verbum facerent, Luc. 22. vers. 25. & quicquid sit sine fide sit peccatum, ac proinde bona fide careat, Rom. 14. v. 23. d. cap. *Quoniam*, iustum autem titulum habere non poterant, quum præter Christi voluntatem, mundi totius Domini, illas dignitates possiderēt Luc. 12. v. 14. Ergo præscribere, aut prescriptione tutus in ea possessione esse neque Romanus, neque alius quisquam Episcopus potuit. Est enim tota hæc Bellarmini ratio fallacia, à non causâ pro causâ. Ac proinde iure hos principatus & iurisdictiones terrenas ac temporales habere, ac bonâ conscientia tenere neque olim potuit, aut debuit R. Pontifex: neque nunc potest, aut debet. Nec iuuatur Bellarmini defensio ex libro Iudicū cap. 11. v. 26. quia à Iephthe non solum longi temporis possessio allegatur: sed & bona fides, & iustus

titulus, ver. 24 & 27. quo utroque carēt isti omnes Episcopi, uti docui. Itaque Bellarminus ipse hanc huiusmodi Principatus possessionem à Pontifice Romano factam comparat, col. 831. L. B. regno, & Imperio per latrocinium acquisito. Atque sic manifestè, & ex Dei verbo, & ex ipsis Pontificū Romanorum decretis confutatum est, quicquid ad tuendam temporalem & terrenā, tū R. Pontificis tū aliorū Episcoporū iurisdictionē attulit, atque cōmentus est diligentissimè omnibus animi viribus Bellarminus.

Ad Cap. x.

FRustra est, quòd contraria sibi, suæque sententiæ argumēta non tā tollere (nec enim potest) quàm eludere conatur Bellarminus. Nam in eo non cum hominibus, sed cum ipso Deo manifestè. & cum ipsa Veritate pugnat: quæ est inuicta.

Obiectio igitur aduersus Bellarminum prima, est Matth. 20. ver. 26. vbi vetat terrenos Principatus illos constitui inter suos Apostolos, & eorum successores Christus. Respondet Bellarmin. Christum vetare duntaxat tyrānicam Pastorum Ecclesiasticorum dominationem in terrenis Principatibus, quī ipsis concedentur: non autem ipsammet iurisdictionē & dignitatē temporālē dari prohiberi. Respondeo Bellarmino, Verba Christi ipsammet dominationis omnis terrenæ constitutionem vetare, Luc. 22. ver. 25. exemplo ipsiusmet Christi, qui utramque repudiavit, & Civilem iurisdictionem, Luc. 12. ver. 14. & Criminalē, Iohan. 8. v. 11. De Mose iam dixi, & de Heli, & aliis, quos hic iste producit.

Obiectio

Obiectio nostra secunda est ex Luc. 12. vers. 14. Respondet Bellarminus, Vetari tantum ne minora negotia præponantur maioris momenti rebus & negotiis. At respondeo Bellarmino, cum nugas agere hoc loco, & nihil respondere. Nam ipsam iurisdictionem terrenam à se prorsus, & à suis successoribus Pastoribus Ecclesiæ reiicit, & remouet Christus, Iohan. 3. ver. 11. Ineptus autem est Bellarminus, & quidem ineptus, qui scribit, col. 8; 2. L. C. munus colligendi eleemosynas pro fratribus Hierosolymitanis Paulo mandatū, & Barnabbæ: (non autem Petro & Iacobo, sicut iste falso scribit) fuisse manus terrenū, quòd iurisdictionē temporālē adiunctam haberet. Hoc enim exemplum in eum finem adducit iste. Tertiam nostram obiectiōem ex Bernardo non soluit Bellarminus: Terrenā enim, & de rebus terrenis iurisdictionē in Pōtifice Rom. damnat luce meridiana clarius Bernardus. Verba ipsius hīc citata legantur ex lib. 2. de Cōsideratione. Quarta nostrorum obiectiō, & præsertim D. Caluini ostendit, teste ipso Bellarmino, saltem vsque ad annū Christi D. C. Ecclesiasticos Pastores, & Episcopos Romanos nullam terrenā iurisdictionem habuisse, & exercuisse.

Quinta Caluini obiectiō est ex 2. Timothei, 2. *Nemo militās Deo, implicetur curis secularibus.* Respondet iste damnari solūm curā in omnibus, sollicitudinēquē nimiam de victu, non autem interdici Episcopis propterea terrenos Principatus, & iurisdictionem habere. Respondeo Bellarmino, Aliam esse prorsus sententiam Pauli in hoc cap. 2. ver. 4. posterioris Epistolæ ad Timotheum,

quàm ipse scribit, & fingit. Est enim ea, quam affert Calvinus, vt Episcopi veri, Pastoresque Ecclesiastici ab omni rerum, negotiorumque secularium cura, gestione, & administratione abtineant, nedum vt sint Iudices Litium ordinarij, aut Principatus, iurisdictionesque seculares acceptent, retineant, obeant. Sic explicatus est hic Pauli locus à Petro ipso, teste Clemente, vt est in can. *Te quidem.* x i. quæst. i. sic in canonibus Apostolicis, can. 81. & 83. sic in Concilio Toletano, vt est in can. *Sape Principes.* xxiii. quæst. viii. Cura autem illa sollicitudòque nimia de victualibus damnata est à Christo, Matth. 6. vers. 34. & à Paulo ipso, I. Timoth. 6. vers. 6. 7. 8. Quos Sacræ Scripturæ diuersos locos confundit hic vel imperitè, vel malitiosè Bellarminus.

Sexta nostrorum obiectio est ex ipsius Pontificis Romani, Nempe Nicolai primi rescripto ad Imperatorem Constantinopolitanum Michaelem, vbi Nicolaus testatur Christum in Euangelio istas Iurisdictiones duas, Ciuilem, & Ecclesiasticam nempe non modò distinxisse: sed etiam diuersis personis, non vni, & eidem attribuisse. Respondet Bellarminus id intelligendum de totius orbis imperio, & Pontificatu, quas duas dignitates vni, & eidem inesse simul posse sub Euangelio neget Nicolaus: non autem simul Ecclesiasticum, & Politicum dominatum. Respondeo Bellarmino, falsam eum præsupponere, Quenquam vnquam in populo Dei, aut inter pios nimirum, totius orbis Imperatorem, & simul Pontificem fuisse. Soli Imperatores Romani, quandiu fuerunt Ethnici, hosti-

tulos

ulos sibi arrogarūt, & se summos Dictatores, Sacerdotes, & Tribunos Plebis in Romano Imperio constituerunt, de quibus non agit Nicolaus, sed de solis fidelibus hominibus, quos negat ex Christi præcepto vnquam passos esse, vt isti limites & fines Iurisdictionum duarum confunderentur, & in vna, & eadem persona coalescerent sub euangelio. Nam ne longi quidem temporis præscriptio locum habet in tollendis limitibus, quos homines pepigerunt, vt est in can. *Inter memorabiles. xvi. quæst. iii.* nedum in iis, quos Christus ipse Deus pepigit. |

Nec obstat, Quòd Nicolaus ipse sibi sic fuisset contrarius, vt pote qui & summus Pontifex esset, & Dominus simul Romæ, & Rauennæ temporalis. Nam non quid Nicolaus iste fecerit, sed quid ex suo ipsius decreto facere debuerit, spectandum nobis est. Neque nobis metuendum est, ne erremus, si eum sui ipsius præuaricatorem cõstituamus, & in eo, & in aliis plerisque, vti quod Concilij Constantinopolitani primi Symbolo addidit: *Filiòque*, vt in controuersia secunda supra factus est ipsemet Bellar. lib. 2. cap. 27. & 28. Et hæc quidem hæctenus.

Examen & Censura libri quinti.

EXiguus quidem, si cum superioribus comparatur, est hic liber, sed tantum mole, non errore. Continet enim, vt alia prætermittam, tria potissimum vitia in breui præsertim opere grauissima, Nempe Prolixitatem, Perplexitatem,

& Leuitatem Animi.

Prolixitas est, Quod vnicam duntaxat Quaestionem, quæ est, Vtrum Episcopis & Pastoribus ecclesiasticis dupl. illa iurisdicção, Nempe terrena, & ecclesiastica ex Christi præcepto competat, iste diuidit in tres, easque inutiles. Prima est, Vtrum Dominium Temporale competat Papæ directè: Secunda, vtrum indirectè. Tertia, Vtrum vtraque illa, quam dixi, Iurisdicção vni, & eidem personæ conuenire, & attribui possit ac debeat: quæ certe primo loco, velut aliarum fundamentum, tuiti ponenda. Curverò vnicam illam quæstionem in tot discerpit? corpus vnum in tot frustula laniat, & in tot membra dilacerat? Nisi vt vel sui ingenij & pectoris sæcunditatem ambitiosè nobis ostendet in rebus Theologicis, id est, in re, quæ maximè ab omni ambitione debet esse aliena? Vel chartas multas impleat, & sic nos pingui & crasso isto quinque magnorum liborum volumine pro suo Pontifice Romano obterat, & opprimat? Fallitur. Est enim puerilis ista declamatio, & agendi ratio, quam ex Quintiliano Rhetore, vel fortassis ex libris Rodolphi Agricola de Inventionem didicit. Ergo capita decem huius libri facit, eaque longa, quæ sanè odiosa est prolixitas, quæ vno capite, eoque breui comprehendi potuerunt. Fundamentum verò totius istius disputationis suæ etiam prætermittit, Nempe quod ex Dei verbo sumi debet, præsertim & præcise ex Nouo Testamento & ecclesiæ Regimine, quale Christus

Christus sub Lege noua (vt iste vocat) non autem sub Vetere instituit. Nam quemadmodū est, Heb. 7. ver. 12. *mutata Lege, mutatur quoque sacerdotium, vicissimque, mutato sacerdotio, mutatur Lex.* Et certē non fuerunt eadem à Christo Pastoribus Euāgelicis sub Euangelio concessa in Ciuilibus & Politicis iurisdictionis administratione: quæ fuerant olim Sacerdotibus, & Leuitis sub lege attributa, quemadmodum suprā demonstrauius, quoniam Sacerdotes & Leuitæ Veteres totius Nomothese per Mosen à Deo datæ, fuerant constituti interpretes, cuius Monothese pars erat Lex Politica, ex qua lites Israelitarum definiebantur, Deutero. 17. Verū Pastores Ecclesiastici non sunt à Christo constituti, institutique Legum Forensium & Politicarum interpretes: imò prorsus ab ea cognitione, & administratione semoti, 2. Timoth. 2. ver. 4. Quare quum suæ sententiæ fundamentum iustum ponere vellet Bellarminus, illud ex Euangelicis scriptis, & exemplis ducendū fuit, non ex Veteris Testamenti exemplis, & iis quidem paucis, nempe duobus duntaxat, Melchisedechi, & Heli, cap. 8. Reliqua enim exēpla, quæ profert, sunt duntaxat tyrannica Pontificū Romanorū ausa, & facta scelerata, ac impia. Præclarè verò docet in Politico Dialogo Plato, duplicem esse prolixitatem, vnam ἀπλῶς, nempe quum nihil, nisi inutilia verba congesta in aliquo scripto reperiuntur: Alteram, κατάρτι, & comparatè ad argumentum quod tractandum susceperis, si plura quàm oporteat, aut longius de eo disputes, quàm par sit: qualem in hoc libro se præstitit procul dubio

Robertus Bellarminus. Fuit enim certe quidem prolixus, & verbosus, non peruosus. *Ἀληθεία δ' ὁδὸς ἀπλὸς καὶ ὁ ἀδ' ἰός ἔστιν, καὶ ἐλάττω καὶ εὐμαρῆς.*
Veritatis via est simplex & facilis, non obliqua, nec implicata. Itaque capita VII. VIII. IX. & X. hoc in libro expungi possunt ac superuacanea sunt. Et ex his quidem illius scriptoris vitiosissima prolixitas apparet.

Perplexitas autem eiusdem ex his, quæ iam sequuntur, quæ tum in ipsius verbis, tum dogmate posita sunt. Ac in verbis quidem, velut in his dicendi generibus & locutionibus, *Papa directe nullam habet iurisdictionem terrenam ac temporalem.* cap. 4. & cap. 6. *Papa habet indirecte quamvis iurisdictionem temporalem & terrenam etiam supra, & in ipsos summos Imperatores.* Quid enim illud & *Directe*, & *Indirecte* significant? Idne, *Primario*, & *Secundario*? Vel *Per se*, & *Per accidens*? Vel, *Primum* & *ex consequente*? Exponat quid velit, ut intelligatur. Istæ enim Phrasæ confragosæ sunt, duntaxat ignorantia ipsius latebræ, & infirma præsidia. Item, Quid significat, obsecro phrasîs ista cap. 2. col. 82. *L. D. Regna & Dominia non fundantur in iure diuino: sed in libero arbitrio, & ratione?* Primum enim hoc falsum est Roman cap. 13. versi. 1. *omnis potestas est à Deo* ait Paulus. Deinde planè perplexum est, quòd rationem hominis hic opponit iuri diuino: & illud quod fit ex ratione, vult contrarium esse iuri diuino: quæ ne Delius quidem natator intellexerit, quantumvis Romanum oraculum interroget. Nam neque seipsum quidem hic intellexit Bellarminus: Velut etiam quòd ibidem *Ius gentium* oppo-

opponit iuri diuino. Quæ obsecro, sunt istæ ambages. Ergo seipsum quoque confutat postea cap. 4. col. 815. L. C. §. *Cæterum: ubi quadam Regna à Deo dari scribit: ergo quædam dominia fundantur in Iure diuino: ac proinde nõ in ratione, sed præter rationem ex Bellarmino.*

Item omnino perplexa est ista sententia, & obscura c. 9. col. 830. L. C. §. *Denique. Et si forte præstaret absolutè Pontifices solum tractare spiritualia, tamè propter malitiam temporum utiliter, & necessariò habent Principatus terrenos & temporalia tractant, & administrant.* Quomodo enim aliquid potest esse absolutè bonum, & expediens, cuius tamen contrarium fieri, & quidem *necessario*, & ex *singulari Dei providentia*, quemadmodum iste ibidem loquitur, fieri inquam, debeat? Nam quod addit idè *propter malitiam hominum*, aliter fieri oportere, certè malum in eo se Theologum esse profitetur, & ostendit, qui, contra Pauli præceptum Roman. 3. v. 8. mala fieri posse vult, & concedit, vt bona eueniant, & malitia hominum corrigatur: velut si quis lupanaria inter Christianos aliqua in oppidi parte esse concedat, ne in tota vrbe sint sparse meretrices.

Hæc sunt Satanæ, nõ autem Dei concilia. Deuter. 23. v. 17. Et hæc quidem sunt verborum *λοξίοιτες* & perplexitates, quas etiam affectat Bellarminus in hoc libro, vt latitet.

In eiusdem autem dogmate sunt aliæ quoque quamplurimæ, quas omnes nequaquam persequar, sed has duntaxat, Velut, Quod Ciuilem Iuris-

dictionem ab Ecclesiastica neque distinguere potest, neque quid sint quantumque ista inter se differant, nouit iste. Conatur quidem eas capite sex to explicare: sed neque se, neque rem ipsam, de qua agit, assequitur. Atqui Bellarmine, diu tibi discendum erat, ex concilio Hieronymi, quod alios docere volebas. Disce autem ex me, mea que Itagoge Christiana quid vtraque Iurisdictione sit, & quantum vna ab altera differat. Nec enim mihi tempus suppetit, aut vacat te diutius aut tuos hæc, quæ nescitis docere, & ex meo illo libro hic repetere.

Velut, quod hîc idem scribit c. 7. col. 822. L. A. §. *Item potest, Rempublicam vnã posse cogere aliam non sibi tamen subiectam, ad mutandum administrationis genus: itemque illius Principem deponere,* Ecquod, obsecro, hoc dogma est? quàm insolens, inauditum, nouum, perplexum? Quis hoc intelligat, aut illius fundamentum? Nisi fortasse credat verum esse, quod de Dario Persarum Rege, Hystaspis filio scribit Herodotus, cum legatis ad Carthaginenses sibi non subditos missis, imperasse illis, vt homines viuos suis Diis sacrificare desinerent: quem, & ipsius legatos irriserunt Carthaginenses, & omnes Afri.

Velut denique Bellarmini hoc dogma, Pastores Ecclesiasticos posse simul & Pastores Ecclesiasticos & Iudices seculares esse. Hoc dogma cum per se perplexum est, (Nam si quis est verus Pastor Ecclesiasticus, idem iudex secularis, laicus, & inter laicos esse simul ex Bel-

larmi-

larmini schola, iam non potest, quoniam implicat ista contradictionem, ut idem sit simul & Pastor, id est, Clericus, & laicus tum (verò si cum & verbo scripto, & praxi veteris Ecclesie, & Conciliis canonibusque conferatur, prorsus est irreconciliabile cum his. Cum verbo Dei, quia in vna & eadem persona has curas, tam diuersas esse Dei ipsius vox non patitur, in Euangelio præsertim, Luc. 12. ver. 14. 2. Timoth. 2. ver. 4. Cum praxi veteris & primitiue Ecclesie idem pugnat, sicut apparet ex Apostolorum Canonibus can. 81. & 83. Cum Conciliis, Nêpe cû Concilij Chalcedonensis c. 7. cum Toletano 4. & 11. can. *Sæpe Principes* 23. quæst. 8. Cum Patrum sententiis, Nam & Eusebius lib. 7. Historiæ cap. 30. & Ruffinus lib. 2. cap. 9. docent Episcoporum & Pastorum Ecclesiasticorum munus esse, Ecclesiam, & Gregẽ suum pascere sana doctrina, & sanctis morib. instituire: nõ autem lites seculares, negotiaque mundana tractare. Non debent quidem Pastores Ecclesiastici eligi homines stupidi, & bruti, & rerum omnium imperiti, ut rectè traditum est tota Dist. 39. non tamen ad secularia negotia, gerenda eliguntur, qui Pastores Ecclesie creantur xxiii. quæst. vii. per totum. Quare qui Principatus terreni sunt illis dati, & ab his tenentur, sunt auferendi, ac repetendi. Nam & lege Furia constitutum erat, ut si quis plus testamento accepisset, quàm ei accipere ex lege liceret, repeteretur ab eo, saltem illud redderet vel hæredi, vel postea Fisco. Sic quod ex lege diuina, non

licuit Episcopis accipere à Principibus, illis red
dant, aut vi ab his auferatur.

Leuitas animi est tertium Bellarmini in hoc li-
bro vitium. Nam cap. sexto destruit, quod cap. 1. 2.
3. 4. & 5. edificauit. Nam his docet Iurisdictionem
terrenam & temporalem Episcopis non compe-
tere: contrà, capite sexto vult eam iisdē conuenire,
& concedi oportere, Quo quid leuius, & stultius?
Item quod cap. 8. col. 826. L. A. scribit his verbis,
*Non est absolute necessarium, vt Papa confirmet Im-
peratorem, nec vt Imperator Papæ iuramentum fide-
litas præstet.* Hoc quidem verum, sed quomodo
hoc ipsum concordat cum toto istius libri capite
oçtauo, & eodem, vbi Gregorius I. II. Leo III. &
Gregorius VII. & alii alibi laudantur, qui iusturā-
randam postularunt, acceperuntque ab Impera-
toribus, eosve, nisi à se prius coronatos, & sibi iu-
ratos, veros Imperatores esse negarunt, deposue-
runt, suo iure dominij spoliarūt, & priuarunt? Ista
fane inter se non cohærent. Sed in tāta istorū scri-
ptorum varietate apparet magna scriptoris ipseus
leuitas, & inconstantia. Demum, vt concludam
(esset enim per singula ire infinitum) ca. 9. col. 831.
L. B. ait Papæ Principatum terrenum similem esse
regno per latrocinium occupato: item in hoc li-
bro sæpe repetit, ait, Papam etiam ex iusta causa
non posse ordinaria sua potestate deponere Prin-
cipes temporales. Qua igitur autoritate poterit
eos deponere? Dices, Extraordinaria. Sed quæro,
Vnde hanc tantam extraordinariam potestatem
habet Papa? Quis eam illi concessit? quis dedit?
Vnde accepit? Vnde se eam habere nobis con-
firma-

firmabit? Ista nobis probet necesse est vel Bellarminus ipse, vel Pontifex Romanus, priusquam, quisquā moderati vir ingenij, & pius illi, vel Bellarmino credat. Sed nimirum Dictatoria potestate, hoc pronuntiat Bellarminus, quoniam est Romæ, & ex sui Iouis, vel Apollinis Capitolini oraculo, falso, nempe, & impio. Sed hæc hæctenus.



AD ROBERTI
BELLARMINI
QUARTAM CON-
TROVERSIAM,

QUÆ EST DE CONCL-
LIIS ET ECCLESIA.

Ad præfationem.



Ecce iterum Crispinus (sic enim mihi appellare liceat Bellarminum, qui Crispini Poetici sædos in præcipuis vitæ partibus mores refert, calumniator nempe perpetuus, & virorum piorum osor, & mastyx.) Ecce, inquam,

iterum Bellarminus in hac præfatione calumniatur cum nos omnes Orthodoxos ipse hæreticus, tum imprimis D. Martinum Lutherum, cuius laus & memoria, quemadmodum ait ille *canescet seclis innumerabilibus*. Duæ sunt autem huius Præfationis partes: Vna, qua peculiariter in Lutherum inuehitur, quod quæ sit Conciliorum, id est, humanorū de reb. Ecclesiasticis decretorū vera, legitimaque autoritas, Lutherus docuerit. Altera, qua Tridentinū Conciliabulū tuetur, & velut Athlas quidā suis humeris, sed infirmis fulcit, & sustentat.

Quod ad primā Partē: in ea calūniatur Bel. Lutherum, quasi omnem Conciliis omnib. autoritatē detraxerit. Falsum hoc. Nam solū docet Lutherus quæ sit, quantaque Conciliorum vis & dignitas legitima, Docet autem non eam esse, quam iam pridem nonnulli existimarent, & est in legib. Codicis Justinianæi scriptum & can. *Sicut* Dist. xv. Nimirū vt Pat sit Canonum & Decretorū Synodaliū autoritas ipsi Euangelio, & Dei verbo. Hoc enim est immutabile, illa mutantur. Non item eam, quum Leo xi. Pontifex Romanus, & Papiſtæ iactabant, quum Tridentinū in oppidū cōcilij titulo, ipsi & iudices futuri conueniebant, vt postea ipsorum Decretis refragari nemini liceret, quantumuis errores confirmantibus. Non item eam, quam hīc tuetur Bellarminus, vt post conuentum aliquem (modo Concilij nomine donetur) habitum veritatem Christi tueri non liceat sed ea propter istum commentum sit deserenda. Ergo docet Lutherus hanc demum esse legitimā Cōciliorum autoritatem, & potestatem, Primū vt Articulos fidei ex solo Dei verbo scripto deci-

dant: Deinde, vt Disciplinā & Decorū Ecclesie ex cuiusque gētis honestis morib. definiant, vti fecerunt Apoſtoli Actor. 15. & Paulus 1. Corint. 11. v. 5. 6. Quæ postrema decreta nēpe de decoro Ecclesie mutari pro diuersa locorū ratione, & personarū varietate possunt, nō in diuersis solū Gētib. sed & in eadē etiam gēte pro diuersa circūstantiarum ratiohe quemadmodū hoc versiculo docuit Ambrosius. *Quū fueris Roma, Romano viuito more: Quū fueris alibi, viuito sicut ibi.* Hanc tam sanam, & veritati consentaneam Lutheri sententiam, tam æquam, tam moderatam Bellarminus reprehendit, quia vult quicquid Concilia de re quauis decreuerint, illud esse immotum, perpetuum, diuinum, & obligare hominum conscientias, Quæ Bellarmini sententia, sicut postea apparebit, est falsissima: sed tamen eam obtinere vult, & vincere inter pios.

Secūda præfationis huius pars posita tota est in Tridētino Cōcilio (quod ipsi vocant: nos autē verius Coitionem & Cōiurationem in Christū, quæ prædicta fuerat Psal. 2. ver. 1. 2. 3.) tuendo, & Deificando: quod tamen omnes sciunt, ex personis, suffragiisque redemptis, & mercenariis, & præiudiciis domo allatis constituisse, & conuenisse.

Stomachatur igitur homo iste, quod Doctores nostri Cōciliij istius Tridētini varias fraudes detexerint, Nullitatē multis de causis deprehēderint, Personas iā in Pōtificis, antequā nos audiuisent, gratiā & sententiā iuratas esse demōstrarint. Cur verò: Quia vult Bellarm. vt in sua causā Pontifex Romanus Iudex summus sedeat: reliqui autem

Episcopi, velut illius assessores, de suo iure statuunt: nemo ad tuendam Christi causam & doctrinam admittatur, nisi qui prius se Romano Pontifici addixerit: ac proinde præuaricatorem bonæ & piæ causæ se futurum promiserit, ac iurauerit. Hæc, obsecro vos omnes, quàm sunt iniqua, iniusta. Quis tali concilio credat? Quis recipiat, ubi iidem sunt & partes, & iudices?

Denique quod conqueritur de Luthero, Illyrico, Melanchthone, Caluino, Kemniti oviris doctissimis, quod fidem conciliabulo isti blasphemò detraxerint, probet eos falsa de isto cõuentu scripsisse, & vicerit. Certè non ea neque tam tetra scripserunt quàm in Bulla conuocationis istius concilij, à Pontifice ipso Romano sunt promulgata, nempe S. Scripturam solùm litium causas præbere, non autem earum decisionem continere. Id quod impium est, & maximè in Deum blasphemum.

In summa, Benigne lector quicumque eris, qui hæc leges, scito, spondetòque, nos orthodoxos concilium, sed liberum, sed iustum, sed ex Dei verbo decisuum expetere, poscere, postulare: à quo ne latum quidem vnguem si tale detur, discessuri sumus. Hæ sunt tres imprimis conditiones, quas omnia legitima concilia habuerunt, & quas nos quoque in concilio quod præbebitur, requirimus, ac desideramus.

Ad libri primi.

Cap. I. II. III.

Primum antestari duo quædam libet, vt rotius huius scriptionis scopus, quem occultat. Bellarminus

larminus intelligatur, primum, quicquid hinc pollicetur & præ se præferat Bellarminus, se Conciliorum autoritatem defensurum, eò tamen spectare, ut ea, quàm infimè deiici possunt, extenuet, & deprimat, quoniam eam ipsam autoritatē Conciliorum, (quantam maximam verbis commendauerit) vnius tamen mere mortalis hominis, nempe Pontificis Romani pedibus, bullis, voluntati, arbitrio postea subiiciet, ut ea omnino nulla sit, nisi eam aliquam esse velit pro suo arbitratu Romanus Pontifex. Id quod ex lib. 2. cap. xv. & xvii. clarissimè apparebit, atque cernetur. Hæc summa fraus est ac præuaricatio.

Secundum, quæ fere in toto hoc libro primo traduntur, omnia esse superuacanea iam & superflua, nam extant in ex nostrorum libris, transcripta, ex his & repetita, quæ nulla alia de causa hinc congerit Bellarminus, nisi ut ambitiosè suum ingenium ostendet, & nos suis scriptis oneret: Ergo partitionē futuræ disputationis, quã iste velit, instituat, illa nihil ad nos. Omnia tamen hæc capita vel prætermitti potuerunt, vel longe breuius tradi debuerunt.

Qui scripserint. i. recensuerint concilia, multis verbis enumerat: sed tamen neque Balsamonem, neque Bessarionem, neque Summam conciliorum per Fra. Bartholomæum Carranzam, neque Synopsin Græcam eandem Conciliorum, (quã Iohannes Tilius Engolifinensis ædidi) habet: neque plures alios, quos vel ingratus prætermisit, ut suis Monachis blandiretur, Hæsitis, qui præ se reliquos omnes spernunt: vel ignorans, ut se nondum eos

omnes, qui de Conciliis scripserunt, bonos auctores legisse ostenderet, quod verum est.

Caput tertium duo absurda habet. Primum quidem, col. 844. L. A. ubi scribit iste idem esse Concilia in Ecclesia, quod sunt Regni Comitibus & ordines in Politia: & tamen in hoc ipso Libro, in Præfatione, col. 842. vult solos Episcopos in Conciliis ius habere suffragij, imò proprie solos ad Concilium vocandos, cap. xv. Infra. Atqui in Comitibus & Ordinibus Regni intersunt homines ex quovis hominum genere & ordine delegati, & in iis sedent Ecclesiastici viri, Nobiles, Plebeij. Cur non itidem igitur ex omni hominum genere Concilia tua Bellarmine, constabunt, ad eaque delegabuntur pij viri?

Alterum absurdum est, Quòd Theologus iste, qui se nominat, Concilia tantopere laudaturus, nescit tamen, Vtrum eorum origo sit Diuina, vel Humana, Nam vtitur duntaxat Phrasi ista planè incerta, *Probabilius est, credibile est, Videtur, Non audeo*, quæ nihil affirmat. Itaque de re, quam laudare & describere suscepit, prorsus incertus tamen est Bellarminus. Nescit enim, Vtrum à Deo sit institutum illud ipsum, quod tantopere probat in Ecclesia locum habere, an ab Hominibus, Nèpe Conciliorum congregatio, & vsus. Disce ex me, vel potius ex Dei verbo, Bellarmine, Legitima Concilia à Deo ipso, nō ab Hominibus esse instituta, Deuter. 27. Matth. 5. Act. 15. Iohan. 11. ver. 47.

Ad Cap. IIII.

HOc totum caput quartum concedi à nobis potuit, nisi venenū illi admiscuisset Bellarminus,

minus, dum scribit Pontificem Romanum solum Generalibus Conciliis præsidere debere. Id quod quouis falso falsius, ac mendacius est. Nam & ab ipsomet Bellar. refutatur, cap. 7. col. 847. L. D. ubi tradit R. Põtificẽ ne adfuisse quidẽ Synodo Cõstantinopolitano generali primo, neq; v. Cõcilio.

Ad Cap. v.

QUOD hoc capite scribit Bellarmin. esse XVIII. Concilia generalia approbata, translaticium est. Nam ex suo, suorũque, id est, Papistarũ sensu & consilio duntaxat hoc scribit: non ex totius piæ, & Orthodoxæ Ecclesiæ consensu. Nã quis & Nicenam Synodum secundam, (ubi cultus Imaginũ stabilitus est) probet: quum eam Carolus Magnus Francofordiẽsi Cõcilio, etiam ex R. Põtificis subscriptione abrogarit? & Conciliũ illud VIII. (quod quartum Constantinopolitanũ vocant isti) quum potius sextum dici debuerit. Nam hoc Concilium quartum secutum est illud, quod Constãtinopoli contra Iconolatrias habitum est sub Leone 3. Imperatore, Gregorio Præside: & aliud quod conuenit sub Tiberio 2. Imperatore, & Benedicto Põtifice. Verũm præterea hoc totum Conciliũ VII. nihil, nisi meras nugas habet de Depositione Photij, & restitutione Ignatij. Reliqua Concilia, præter quatuor illa prima, & generalia, nemo ferẽ pius probat: sed neque hæc ipsa quatuor in totum, sed quantum illa cum Dei verbo consentiunt. Et hæc esto nostra ad longum hoc Bellarmini caput, breuis, & vera responsio. Nam illi etiam ipsi, qui hæc Concilia omnia probare se dicunt, inter se tamen dissentiant, & eorum pleraque omnino

impias sententias & decisiones continere fatentur, quale Viennense, Lugdunense primum, Lateranense quintū, & ipsum præsertim Tridentinum Cōcilium. Quod dicimus apparet ex canone primo, secundo, & tertio, & ex canon. *Prima. §. finali.* Dist. xvi.

Ad Cap. vi.

Nihil nos caput istud Bellarmini ferit, aut lædit, præterquàm quòd Pisanum Concilium, in quo Iulius secūdus Romanus Pontifex damnatus est, inter Concilia reprobata recenset Bellarminus, quum tamen & Mediolanense postea illud Pisanum probarit: & quæ de Iulio I. sunt pronūtiata, fuerint, apparuerintque verissima. Itaque ipse Iulius vim illius Concilij non vitæ purgatione, & Innocentia diluit: sed seditionis furore, & armis, quæ & inter Imperatorem Maximilianum, & Ludouicum duodecimum Regem Gallorum commouit seu excitauit, atque etiam hoc incendium postea per totam Italiam sparsit. Sed quid has quisquilias in tam graui de Conciliis opere inferere fuit necesse? & in Simpulo istas turbas mouere, aut, in mustaceo isto lauream inanē quærere, nisi vt iste se omnia scire ineptè ostentaret? Quod ad Vvittembergense Cōcilium, facilè pro se Germani viri doctissimi respondebunt, & se, sua acta, suamque doctrinam aduersus fugacem hunc Athletam Bellarminum defendent: quas illis partes suas integras propterea relinquo.

Ad Cap. vii. & viii.

Sed neque istæ quisquilie, aut surfures leues de Conciliis partim, & ex dimidia sui parte viuus: partim

partim mortuis, & ex alia sui parte extinctis ad nos pertinent. Hic se fatigent, si voluerint, & crucem sibi fingant Pontificij. Nos ab hoc iugo, miserique & inani onere liberi simus, Dei gratia, qui vnicum Dei verbum scriptum pro fidei regula, veræque vitæ sanctitatis norma sequimur, ac tenemus. Isti contra, Hominum placita, Traditiones, & infirma Mundi elementa, imò nulla, ut scribit Paulus, Galat. 4. ver. 9. Coloss. 2. ver. 8. Videat tamen can. *Prima. Dist. xv i.* qui alia Concilia nosse volet.

Ad Cap. ix.

Generalium Conciliorum usum ac finem esse in Ecclesia Dei summum, optimum, maximè necessarium fatemur, & agnoscimus nos quoque ipsi, qui hoc ex Apostolis, & eorum exemplo, Act. xv. id didicimus. Itaque in eo fine & usu à Bellarmino non discrepamus, modò quæ de sui Pontificis autoritate assentatoriè hic scribit, sapientior factus deleat, & vna litura expungat.

Ad Cap. x. & xi.

Iam latet hic anguis in herba. Nam hæc Concilia generalia, quæ Bellarminus proximè superiore capite tantis laudibus extulerat: imò in sua Præfatione penè in cælum usque euexerat: iam, mutatâ turpiter sententiâ, deiicit, de illo suo gradu deturbat, minimèque necessaria Ecclesie esse vult, & toto hoc capite contendit. Quid ista inconstantia in homine, præsertim Theologo, scædus? Nam ait, postea negat: laudat, postea damnat: probat, improbat. Quare,

Quo teneam vultus mutantem Prothea nodo?

Imò leuitate ipsa leuior est homo iste. Nam hoc cap.x.negat Generalia Concilia ad tollendas fidei controuersias esse in Ecclesia absolutè necessaria. At sequenti capite, nempe xi. contrà constanter affirmat, non modò commodius, & vt iste suauis homo loquitur, suauius tolli controuersias de fide per Concilia, quàm vnus alicuius, (etiam summi ipsius Pontificis Romani) solius arbitrio & decreto: imò esse absolutè, & simpliciter necessaria contendit hic ipse Bellarminus, vt per Concilia aliqua id fiat, eæque concertationes decendantur. Si igitur ex te omnino & absolutè necessarium est, vt controuersia de fide per Concilia tollantur, ergo per generalia ex te ipso tollantur necesse est. *Nam per quod V numquodque tale, & illud magis, vt tradunt Logici omnes. Quare si per Concilia simpliciter tollendæ sunt lites in negotio fidei, per Generalia simpliciter necessarium est, vt tollantur. Generalia enim Concilia magis rationem Conciliorum habent, maiorem totius Ecclesiae consensum habent, maioribus Spiritus Sancti donis abundant, iuxta illud Christi, Vbi duo, aut tres erunt congregati in nomine meo, ero in medio eorum, Matth. 18. ver. 20: item, Bonum, quò communius, eò maius est.* Quare caput sequens manifestè caput hoc confutat.

Verùm non tandiu sui ipsius confutationem differt homo iste moræ impatiens: sed in hoc ipso cap.x. statim seipsum, col. 857. euertit & refellit, vt suo se iugulet gladio. Nam & Augustini variis locis ex lib. i. de Baptismo, Contra Donatistas, cap. 7. & 18. & libro secundo, capite quarto, & Libro 4. Con-

4. contra epistolas Pelagian. cap. 12. & Isidori testimonio in Præfatione libri sui de Conciliis: & Eugenij responso Veteris & Orthodoxi Episcopi Carthaginensis, teste Victore lib. 2. de Persecutione Vandalica: & quod prætermisit, Concilij Basiliensis tota Præfatione: sed & Toletani Concilij 21. Præfatione quoque refutatur sententia Bellarmini. Hi enim omnes & loci, & autores docent Necessaria esse concilia Generalia ad tollendas & definiendas Christianæ fidei Controversias.

Quid igitur tergiuersatur, & hîc aduersus seipsum recalcitrat Bellarminus? Durum enim est aduersus tot stimulos calcitrare. Sed & Dominus noster Iesus Christus, quum ait, *Necesse est eueniant offensa: Matt. 18. ver. 7.* & Paulus, *1. Corint. 11. ver. 19.* quum scribit, *Oportet etiam hereses inter vos esse,* nonne verissimè hâc Bellarmini sententiam confutat? Nam si morbus necessariò futurus est: & remedium necessariò quærendum quoque. Sunt autem hæreses, morbus: remedium autem, hoc ipso teste, Concilia: quæ quò generaliora, eò meliora. Ergo generalia Concilia colliguntur necessaria ex Christi dicto, quam necessitatem iste vult cap. xi. esse absolutam in morbis futuris: ergo per hunc erit eadem necessitas, Nimirù absoluta in remediis i. Conciliis habendis. Sed & hic quoque (ne ista pij legentes miserè ab isto fallatur) errat turpiter Bellarminus hæc verba Christi & Pauli *Necesse est, oportet* de Necessitate absoluta, & ἀπλῶς considerata, intelligenda esse. Fallitur. Intelliguntur, sumunturq; de Necessitate Cōditionis, quæ κατὰ τὴν λέξιν dicitur, quoniã homines per peccatū in tenebras & in

Deum rebellionem inciderunt. Creauerat enim Deus Hominem primum, qui si talis permansisset, nullæ hæreses & offendicula nulla erāt futura.

Quod autem ad singulos fines Conciliorum generalium à Bellarmino propositos, si mihi per otium, & rerum meliorum studium & occupationem liceret, facile demonstrarem necessaria esse ex singulis istis finibus Generalia Concilia, contra quam iste scribit, & colligit. Verùm, pie lector, ne te ista Bellarmini & leuitas & ignorantia turbet & decipiat, disce Cōcilia quidem ad tollendas fidei Christianæ controuersias esse necessaria: sed maximè Generalia: sed nulla cōcilia sunt necessaria necessitate absoluta, vt iste cap. x. putat, verùm duntaxat *natura*, quoniam in hominum animis per & post peccatum inhæserunt tenebræ, & contradictio in Deum. Nulla igitur Concilia neque Generalia, neque particularia sunt necessaria simpliciter & absolute, quod iste tamen vult, & sentit cap. xi. & quidem ineptè.

Ad Cap. xii.

VTilis quæstio à Bellarmino hoc loco proponitur, si rectè decideretur: Sed contra quam res est, ab eo definitur. Quæstio est, Ad quem iure potestatis spectet Generale Concilium conuocare. Respondet Bellarminus, Ad summum Pontificem Romanum: Nos verò ad Imperatorem. Vtrorumque rationes sunt à viris piis perpendendæ, & examinandæ. Ac primum quidem Bellar. postea verò nostræ. Illæ verò omnes non solum ab ipso met confutantur cap. 14. vbi ex illis dubia & absurda multa nasci docet. Absurdum autem ex absurdo,

absurdo, non ex vero nasci solet: ex quo fit, vt sit absurda ista sententia,) sed etiam ex eo, quod hoc capite Bellarminus perpetuò peccat Paralogismo & fallacia ineptissima, Nimirum A non causa, quâ pro causa statuit. Sunt enim omnia istius hoc loco argumenta falsæ, inanes, & vanæ præsuppositiones à nostris iam millies confutatæ, & conuulsæ, veruntamē quid Bellarminus dicat, audiamus.

Prima eius ratio est ex Math. 18. vers. 20. *Vbi duo, aut tres erunt congregati in nomine meo, &c.* ait Christus, ergo Cōcilium generale à Romano Pōtifice conuocari oportet. Nam congregari, in nomine Christi, est ex Romani Pontificis (qui Christi Vicarius est) iussu conuenire, inquit Bellarminus. Respondeo idem quod priùs, hîc esse fallaciã à non causa. Est enim falsa præsuppositio ista, R. Pontificem esse Christi vicarium. Deinde A non consequente. Neque enim, etiamsi daretur, eum esse Christi vicarium, tamen in conuocatione cōciliorum generalium, eum Christi vicarium esse sequeretur. Nec enim qui in vno Christi vicarius est, in omnibus est. Nam concilij generalis conuocandi potestas, Iurisdictionis Politicæ pars est, & ea quidem summa & præstantissima: quæ data est Politico Magistratui, non Episcopo vlli. Ergo potestas conuocandi generale concilium, ad summum Magistratum pertinet, & præstantissimum. Is autem est Imperator. Denique fallacia est à falsa interpretatione horum verborum, *Cōgregari in nomine Christi* apud Matthæum. Hęc enim ad orationem refert Lyranus, Theophylactus ad charitatem commendandam. Glossa typice interpre-

tatur. Verùm optimè Iohannes Calvinus, cuius tamen interpretationem iste, maledicēdi studio, reiiicit ineptissimè.

Nec obitat quod col. 862. L. B. §. *Ad hæc*. scribit Bellarminus, nimirum Imperatorem esse ecclesiæ ouem, ergo eum & Episcopis, & Romano præsertim (quos ecclesiæ Principes vocat) subiici: neque eos cogere posse. Est enim fallacia A dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Nec enim Imperator in rebus Politicis (qualis est diuerforum Regnorum & Prouinciarum coadunatio, & Concilij generalis conuocatio) ouis est, & subditus vili Episcopus: imò Episcopi ipsi, quâ ciues, illi subiiciuntur, id est, Imperatori.

Denique quod idem hic Bellarminus ex Prospero affert, *Roma Facta caput mūdo, quicquid non possidet armis, Religione tenet.* Est & falsum, & ex mera parasitatione à poëta decantatum in Romani Episcopi laudes. Sed à Poeta nemo veritatem exspectat. *Nam miranda canunt, sed non credenda poete* Delectare volunt, non affirmare poëtæ.

Secunda Bellarmini ratio est, Solus Romanus Pontifex omnes Episcopos cogere potest: ergo solus Cōciliū generale etiā cōuocare. Respōdeo. Nihil valet ista ratio, quoniā falsū præsupponit, eiq; innitur, Romanū nēpe Pōtificē in alios Episcopos ius & imperiū Politicū (coadunare. n. Synodū est in perij Politici) aut etiā ecclesiasticū habere.

Tertia ratio, concilia Diocesana ab Episcopis, Prouincialia à Metropolitanis, nationalia à Primatibus sine sui summi Magistratus autoritate cōuocātur: ergo & generalia sine Imperatore, seu il-

lius

lius consensu. Respondeo, falsa est ista præsuppositio. Posse quam Synodū vllam siue generalem, siue particularem legitimè conuenire sine summi Magistratus illius regionis (in qua coadunatur, & ex qua colligitur) vel tacito, vel expresso consensu, eoque certo, id est, de quo constet, si est ille Magistratus fidelis & pius: non autem si persecutor, aut lupo erit. Sed ex recepta & vsurpata iam inter Pontificios Pastores in Magistratum tyrannide, hæc, quæ nunc scribit, tanquam ex diuino quodam tripode pronuntiat Bellarminus, hoc episcopos posse.

Quarta ratio nullus est momenti. Nam ab ipsius Romani Pōtificis, id est, partis in sua causa, testimonio profertur: vti neque valet quod ex tota Dist. xvii. apud Gratianum affertur hoc loco. Sunt enim Pontificum Romanorum pro seipsis testimonia, & vindiciæ à seipsis pro seipsis pronuntiatæ: sunt testimonia, inquam, domestica. Quis produxit? Appius. A quo? Ab Appio. Pro quo? Pro Appio. Vide M. Ciceronem in ea, quæ est pro Milone. Eodem modo ad septimam Bellarmini rationem respondeo. Nam Valentiniani primi Imperatoris responsum apud Sozomenum li. 9. ca. 7. est de decisione decretorū Synodi intelligendum, de quibus ipse iudicare nolit: & quod ait se Episcopis dare liberū in toto imperio locū ad cōueniendū, probat quod volumus, Imperatoris esse conciliū generale cōgregare, & conuocare. Idē ad Sextā Bellarmini rationē respondeo, Illa enim ostendit fuisse Theodorici tūc Gothorū & Italiæ Regis cōuocare, & assignare Synodū, sed locū se delegisse.

ex ipsius Romani Pontificis iudicio & consensu omnibus idoneum, & magis aptum. Apparet ex can. *Consilia* Dist. xvii.

Quinta ratio Bellarmini ex concilio Chalcedonensi sumpta nihil aliud docet, quàm generalia concilia legitima non censerì, quæ neglectis Patriarchis illis quatuor (qui Concilio Niceno primo, & aliis statuti fuerant) conuenerunt, vt est in can. *Multis* Dist. xvii. Nec in eo maius est Romani Pontificis, quàm aliorum primatû seu patriarcharum priuilegium. Quod etiam ipsum si verum est, quemadmodum canones ipsi Pontificij censent, & obtinere iubent, nulla concilia Lateranensia Generalia erunt, quoniam iis alij tres Patriarchæ, nempe Constantinopolitanus, Antiochenus & Hierosolymitanus defuerunt. Et sic quidem omnes Bellarmini rationes sunt euersæ, ac confutatæ.

Ad Cap. xiiii.

Iam nostræ perpendantur, quas etiam Bellarminus profert (quanquam nec omnes commemorauit, nec firmiores: sed eas duntaxat selegit, quas se facile confutaturum esse existimauit) sunt autem hæ,

Ex Patrum omniû autoritate, & ecclesiæ Christianæ praxi in conuocandis primis Synodis generalibus Nicena Ruffin. lib. 10. cap. 1. Histor. Ecclesiast. Constantinopolitana. Theodoret. lib. 5. cap. 9. Ephesina Euagrius lib. 1. cap. 2. Chalcedonenlis Theodoretus lib. 2. cap. 4. & ipsæmet conciliorum generalium præfationes id docent. Patres Hieronymus lib. 2. Apolog. contra Ruffinum: Leo epist.

43. Nicolaus primus ad Michaellem Imperatorem
can. *Cum ad verum* Dist. 96. item & Nilus Theffa-
lonicenfis.

Respondet multa Bellarminus eaque sibi con-
traria. Primum non admittendam cōsuetudinem.
Deinde consuetudini consuetudinem opponen-
dam. Quomodo verò consuetudo est opponenda,
si nullius est momenti, & spernenda omnis eccle-
siæ consuetudo? Præterea vult in eas synodos con-
gregandas etiam Romanum Pontificem consen-
sisse. Respondeo Bellarmino, sed & alij quoque
Episcopi & Patriarchæ consenserunt. Quanquam
propter Romanæ vrbis autoritatem illius Episco-
pus primus consulebatur. Nec quæritur hîc de cō-
silio, aut de consensu in Synodum convocatam:
sed de autoritate indicente & iubente tales con-
uentus. Hęc autem ad solos Magistratus pertinet,
vtpote quum sit res mere politica hæc coaduna-
tio hominum & cœtus, etiam Pastorum. Ergo Pi-
ghius ipse Magnæ Romanæ dignitatis patronus
lib. 6. cap. 1. Ecclesiast. Hierarch. fatetur convocā-
tionem generalium conciliorum esse Constanti-
ni Magni inuentum: non Pontificis. Quem tamen
mentitum in eo esse scribit ipse mentiens Bellar-
minus. Nec enim ante Constantinum Magnum
fuit vllum generale concilium.

Reliquæ rationes quas hic addit de sumptibus,
quos in conveniendo faciebant Episcopi, & dum
in concilio interessent: de vehiculis, nihil cum iu-
vant. Nam quæritur de principali autoritate, qua
conveniebant in Synodum generalem & ex ea di-
scedebāt Episcopi: non autem de istis accessoriis,

velut de vehiculis, sumptibus, victu. Apparet ex concilio Ariminensi Episcopos neque ad concilia generalia accessisse: neque ab his recessisse, nisi ex sola Imperatoris summi Principis autoritate. Quid igitur tergiversatur Bellarminus?

Dum confutare Nilum nititur Bellarminus, seipsum iugulat. Nam verba hæc Leonis Episcopi Romani, *Synodum generalem iubeatis intra Italiam celebrari*, ad Theodosium Imperatorē, monstrant, neque Leonem ipsum, neque totam ipsius Romanam Synodum potuisse conuocare generale concilium: sed hoc ad solum Imperatorem pertinuisse. Hoc ipsum quoque concedit Bellar. col. 867. L. C. §. *Ad tertiam cōfirmatur Carthaginienſis c. 68.*

Ad Cap. XIII.

HOc caput plane Bellarminum opprimit, euetritque eam sententiam, qua concilij generalis conuocatio ad Papam spectare dicitur, & defenditur. Ostendit enim Bellarminus ipse eā esse absurdā, vt pote ex qua absurda sequuntur, etiā teste Iohāne à Turrecremata lib. 3. ca. 8. Summæ de ecclesia, summo Pontificis Romani patrono. Nam quod negant isti fieri posse, vt Pontifex Romanus nolit & recuset Conciliū si erit necessarium, præsertim generale conuocare, sese rerum imperitos esse demonstrāt, quum vix, ac penè ne vix quidem ab Eugenio IV. & aliis Antipapis obtineri potuerit, vt concilium Constantiense conueniret. Vix à Leone X. nisi post magnas Caroli V. Imperatoris querelas & assiduas impetratū sit, vt cōciliū generale conueniret. Deniq; ex variis tractatibus, qui sunt in Tomis cōciliorū appareat Pontifices Romanos concilia generalia, quantū possunt, recusa-

re, & denegare. Nam ad Synodos dum scribunt Romani Pontifices de se, suæque sedis autoritate demissè & sobriè loquuntur, quemadmodù apparet ex Bonifacij primi epistola ad Carthaginensè cōciliū VI. & Celestini primi epistola ad Ephesinā Synodū. Deniq; quū hīc concedat Bellarm. generale cōciliū posse ab alio, quā à Papa, cōuocari col. 868. L. B. cur tā præfractè alibi negat hoc ipsum?

Ad Cap. xv.

Multa hīc nobis affingit, & quidem impudētissimè mentiens Bellarminus, velut velle nos vt omnes viri docti in conciliis vocē deliberatiuā & decisiuā habeant: velle, vt soli homines à Deo ab æterno ad salutē æternā electi. (quis enim hīc eos omnes nouit?) recipiantur in concilium: & nescio quæ eiusmodi opinionū portenta, quæ fingit, & nobis appingit Monachus iste merè nebulo. Verūm facilis, plana, & certè quidem verissima est nostra sententia de re ista, moderata, & quā moderatis ingeniis nos cōfidimus probaturos: longè verò alia, quàm cōmētus est Bellarminus. Est autē hæc, omnes eos, qui ab ecclesiis legitimè delegati, electiq; sunt (qui ad Synodū generalē proficiscentur, ibique cū cæteris ecclesiarū cœtum & personam publicam repræsentarent) eos, inquam, omnes habere in Synodis vocem & deliberatiuā, & decisiuam, seu definitiuā. Hi autē sunt eligēdi, qui præsertim sunt ecclesiæ Pastores, & hi quidē non hæretici dānati, aut notoriè improbi & scādaloſi: quibus Ecclesiæ Presbyteri, & Diaconi viri pij & Docti sunt adiungēdi. vt & ipsi quoq; delegati vocē cū Pastorib. decisiuā deliberatiuāq; vnā habeāt.

Hæc sententia nostra ex Act. xv. & Niceno concilio, Socrat. lib. i. cap. 8. confirmatur: & postea solidis rationibus quoque comprobabitur, imo demonstrabitur, imprimis Laodicensi concilij cap. 20.

Iste verò solos Episcopos à suo Papa creatos, vel probatos in concilium generale recipiendos esse tanquam de cælo demissus Angelus pronuntiat, qui vocem in eo decisivam seu definitivam habeant. Reliquos verò omnes pios, & Christianos homines (quantumvis ab ecclesiis delegatos, & quancunque in ecclesia dignitatem ecclesiasticam sunt fortiti) à voce decisiva in conciliis etiam generalibus excludit, Presbyteros, Diaconos: & ne non in omne genus suorum principum ecclesiasticorum sit iniurius iste, etiam Cardinales ipsos Romanæ ecclesiæ ab eadem potestate excludit. Eos enim etiam voce ista decisiva priuat, & spoliat intrepidè, col. 869. L. C. Verùm istius tam absurdæ sententiæ rationes audiamus, si velit, ac potest, vllas pro se proferre Bellarminus, & ipsius sequaces. Atqui nullam in toto Dei verbo pro se locum reperire potuit. Itaque ad nostrorum refutationem, si potest, dilabitur.

Primum verò strenuè mentitur, dum nos, aut Brentium comminiscitur velle, vt ex solis à Deo Electis constet concilium generale. Quis dæmon hoc Bellarmino subiecit, vt nobis eiusmodi monstra affingeret? Ex piis viris, & doctis, quantum quidem eos nos ex signis & fructibus in his terris dignoscere possumus, constare concilia volumus, qui verbum Dei scriptum norint, illud tractent & tractarint,

tractarint, quique aduersariorum fallaciis respondere queant. Hos in concilio quærimus, hos admittimus ab ecclesiis legitime, non per factionem missos & electos: non autem eos, qui & verbū Dei ne viderunt quidem, nisi superficialiter, & in sua ipsorum causa partes & iudices sedere velint, ut ipse Pontifex, & Pontificij Episcopi. In summa verum Dei verbum scriptum præsidere in conciliis Christianis volumus. Ergo viros illius summè peritos in conciliis desideramus.

Deinde affingit nobis, velle nos ut quiuis Christiani in Synodis sedeant, & vocem definitiuam habeant. Falsum hoc & planè in nos cōmentitiū. Verum quod nobis, & nostrę sententię iste obiicit, & opponit, est falso falsius, nempe solos Episcopos posse ex Dei verbo scripto ea, quæ credenda, & agenda sunt, definire, & decidere, col 870. L.A. Primum refutatur à Synodo Nicena prima, in qua non modò Episcopi, sed & Presbyteri multi interfuerunt, disputarunt, iudicaruūt: & Laici quoque viri pij, & eruditi, & in sacris Scripturis exercitati. Eusebius lib. 3. Vita Constantini. Socrates li. 1. cap. 8. Nicephorus lib. 8. Historiæ cap. 14. Sed & Philosophus quidam Ethnicus ab homine simplici Christiano pene rustico, qui neque Episcopus erat, neque clericus. publicè in illa Synodo disputante & victus, & ad fidem Christi conuersus est, Rufinus lib. 1. cap. 3. Historiæ.

Deinde seipsum refutat Bellarminus. Nam ca. 17. col. 876. L.D. docet in Nationalibus Prouinciis sæpe plures adesse Episcopos, quàm in generalibus. Ex quo sequitur fore certiora cōciliorum

Nationalium, quàm Generalium decreta, quia plures iudices habent Nationalia concilia. Præterea idem col. 871. L. A. scribit in Conciliis Florentino, Lateranensi, Basiliensi, etiam Tridentino ipso Presbyteros, Abbates, Generales ordinū sedisse. Cur non igitur in aliis conciliis sedebunt? Præsertim quum id iubeat concilium Toletanum quartum can. 3.

Denique quæro ex eo quid respondebit ad id, quod obiicitur de Nicolao Myrorum Episcopo, qui quum propter ignoratiam in illa Nicena synodo prima petulanter se gessisset, ab ea depositus est ad tempus, & suo loco carere iussus. Itaque Durandus lib. 7. Enchiridij cap. 39. scribit historiam & legendam Nicolai non fuisse primum solitam in ecclesia legi, quia petulantiam Episcopo indignam videlicet continebat. Sed & plures episcopos rudes & simplices in conciliis adesse ait Rufinus li. 10. cap. 3. Ista diuinarum denique Scripturarum scientia, quam solis Episcopis tribuit Bellarminus, aut illis competit simul omnibus congregatis, & coniunctis, & tunc non erit fuerit - ve in vlla Synodo generali, à qua sæpe multi Episcopi propter valetudinem, vt est in can. *Placuit* Dist. 18. ætatē, aut aliam grauem necessitatem absunt & abfuerunt: aut iisdem Episcopis competit disiunctis & singulis, & tunc vel vnus Episcopus tam poterit facere eandem decisionem, quàm totum Concilium generale, quia S. Scriptura siue ab vno solo pronuntietur, siue à pluribus, eadem est, & vna. In summa, eadem scientia rerum agendarum & crendarum,

dendarum, non poterit inesse in legatis Episcoporum, aut Romanorum Episcoporum absentium, quia solis illis competit, ut Bellarminus ait, & donum, beneficiumve personale in alium transferri non potest. Ergo quam sit absurdum, & falsum id, quod aduersus nostram sententiam Bellarminus obiicit, omnes iam vident.

Secunda Bellarmini ratio est hæc, Soli Episcopi sunt Pastores Ecclesiæ, Actor. 20. ver. 28. Respondeo. Hoc falsum est. Nam & Presbyteri quoque sunt Pastores Ecclesiæ, teste Petro in priore Epistola cap. 5. ver. 3. teste Paulo, Actor. 14. & Tit. 1. Vult enim creari Presbyteros, qui tractent Sacram Scripturam, & populum doceant, uti & 1. Timoth. 5. ver. 17. Ergo & hi quoque Pastores sunt. Denique locus ipse, quem pro se citat Bellarminus, contra ipsum facit. Alloquebatur enim Paulus non eos, quos hic Bellarminus vocat Episcopos Presbyteris maiores: sed Presbyteros ecclesiæ, quos gregem Domini pascere iubet Actor. 20. ver. 17.

Fallitur Bellarminus, qui putat col. 870. L. B. & C. Laicos, ut ab Ecclesia delegatos (etsi id raro fit) non habere in Synodo vocem deliberatiuam ac definitiuam, quia Pastores ordinarij non sunt. Hæc enim vox non competit illis in Synodis, aut etiam ipsis Episcopis ratione ordinis Clericalis: sed propterea quod ecclesia hoc ius suum ad tempus illis demandauit. Ergo ratione delegationis proprie & per se hæc vox illis competit, & omnibus, qui delecti sunt ad Synodum: non autem

ratione ordinarij sui muneris ecclesiastici, aut etiã ipsiusmet scientiã & doctrinã maioris aut minoris: quanquam ea, quum ab ecclesia deligerentur spectari debuit, vti & vitã sanctitas, & honesta nominis fama. Sed hæc distinguere non potest homo iste opicus Bellarminus, quoniam hoc à suo Iohãne de Turrecremata (ex quo hæc omnia transcripsit) non didicit.

Alia ratio Bellarmini col. 870. L. C. 6. *Probat* est nihili. Non intelligit enim homo iste nomine *Episcoporum* etiam Presbyteros, & alios, qui adiuncti fuerant Episcopis per synecdochen, & breuiloquentiam contineri, & comprehēdi ab his, quos ipse citat, autoribus vt ex Toletani concilij 4. ca. 3. apparet, imo constat.

Exempla illa tria nempe Theodosij Imperatoris, Junioris, Pulcheriã Theodosij sororis, & Martini Archimandritã, hominum superstitiosorum, nihil Bellarminum iuuant. Nam præter regulas generales omnium Synodorum, & imprimis Apostolicã Actõrum xv. vers. 22. fecerunt isti tres, quos profert. Itaque damñandi sunt, non laudandi.

Quarta Bellarmini ratio (quam ipse col. 870. L. A. tertiam appellat) ducta est à praxi & vsu conciliorum, vt ipse vult. Respondeo, ex ipsomet Bellarmino hoc loco contrarium apparet, nimirum ex conciliis Florentino, Lateranensi, Basiliensi, Tridentino, vbi etiam Presbyteri, Abbates, Generales ordinum subscripserunt: non soli Episcopi: sed & ex concilio Apostolico, cui se omnia conformare debent, iste homo confutatur Actõrum. 15. vers. 22.

Quinta ratio (huic quarta) est hæc, à Solis Episcopis negotia publica ecclesiastica sunt tractanda: ergo soli Episcopi vocem definitiuam in synodis habent. Respondeo, Est in hoc syllogismo fallacia duplex, vna à non consequente. Nec enim in Synodis vox definitiua cuiquam competit ex loco & ordine, quem habet ordinariè in ecclesia: sed ex delegatione & electione extraordinaria de eo facta. Altera fallacia est à non causa. Nam falsum sumitur pro causa, nempe rerum ecclesiasticarum publicarum administrationem pertinere ad solos Episcopos. Docet enim Paulus eam etiã pertinere ad Presbyteros & Diaconos. Rom. 12. v. 6. 7. 8. Philipp. 1. vers. 1. Actor. 11. vers. 30. 26. vers. 17. & 28. Docet idem ipse Bellarminus, qui confert vbique cœtum conciliorum cum comitiis regnorum. At in comitiis regnorum & à Nobilibus, & à plebe quidam delegati sedent: non ex vno tantum ordine sumpti. Denique hæc Bellarmini præsuppositio refutatur ex concilij Antiocheni cap. 24. Cypriani epistola 12. & 14. ad Cornelium, epistola Syricij. 2. in Tomo 1. cœciliorum. Ea enim pertinet etiam ad Presbyteros & Diaconos, ex concilij Carthagenensis quarti cap. 23. qui est in can. *Nullius causam* xv. quæst. vii. Et Antiocheni cap. 24. Et hæc quidem manifestissimè Bellarminum confutant, vt omnes vident.

Ad Cap. xvi.

PRima nostrorum aduersus hunc Bellarmini errorem obiectio est, in Apostolico concilio (quod omnium aliorum typus & exemplar esse debuit) & Presbyteros, & Plebem interfuisse, etiã

vocatam, Actor. 15. vers. 6. & 22. Quid ad hoc Bellarminus? Nugatur more suo. Nam primum Concilium Apostolicum ipse ad aliorum typum reuocat: non alia verò ad hoc, contra rerum naturam. Nec enim mensuratum mensuræ suæ regula est: sed mensura mensurati. Deinde ait neque Presbyteros, neque Plebem habuisse parem in definiendo sententiam, quam Apostoli. Nam neque ipsorum Episcoporum omnium sententia par pondus habet. Hoc quidem verum, quia donis Dei magis instructi erant Apostoli: sed tamen & Presbyteri, & alij congregati pro ratione & gradu suæ cognitionis etiam & ipsi quæstionem propositam definirunt, in definitione consenserunt, suumque suffragium tulerunt: eodem modo Actor. 26. vers. 17. 28. actum. Ergo ista solutio Bellarmini est nullius momenti. Nam quod excipit Bellarminus tacuisse multitudinem, verum est: sed eius silentij ratio fuit, quod idem sensit multitudo & tota Ecclesia, quod prius Apostoli senserant. Ergo idem repetere fuisset mera *Tautologia*. Sic quum plures iudices de re eadem singuli ferunt sententiam, multi sunt, qui in aliorum sententiam pedibus eunt, & idem quod priores sentiunt: itaque solum addunt, idem sentio.

Secunda nostrorum obiectio est, Concilium totam ecclesiam repræsentare debet: ergo ex omnibus ecclesiæ partibus aliqui interesse debent. Sunt autem partes duæ, Clerici, & Laici, vt ipsi dicunt, ex vtrisque igitur, non ex solis Clericis aliquos delectos esse in Concilio generali oportet. Bellarminus respondet, per solos Episcopos totam eccle-

ecclesiam repræsentari. Respondeo hoc esse falsum, teste Cypriano, & Augulino, quos citat: quorum tempore etiam & Presbyteri, & Diaconi conciliis intererant. Imprimis autem hoc docet Paulus, 1. Corinth. 16. vers. 3. Præterea in comitiis (quibus iste generalia concilia ubique comparat) non ex vno solum hominum genere, & ordine, sed ex omnibus aliqui deliguntur, & delegantur, qui in illis sedeant, & intersint. Ergo seipsum euertit Bell.

Tertia obiectio nostra est, quod ad omnes spectat, velut fidei negotium, ab omnib. tractari debet can. *V binam* Dist. 96. Respondet Bellarminus hoc quidem verum esse, sed diuerso modo tractari. Respondeo, hoc dicere nihil est dicere: neque enim volumus, vt non suus cuique locus tribuatur pro ratione maioris dignitatis ecclesiasticæ, etiam in Synodis generalibus. Quod iste putat.

Quarta obiectio, saepe vnus Laici sententia verbo Dei scripto sulata est toti concilio præferenda can. vltimo 36. quæst. 2. cap. *Significasti* Extra de Electione, Panormitanus, & Iohannes Gerson. Potius credendum vni Laico S. Scripturam alleganti, quàm toti concilio ea destituto. Respondet iste, Ante decisionem & decretum, à concilio factum has auctoritates locum habere: non autem post definitionem concilij. Respondeo Bellarmino, ne eam quidem concilij definitionem pro decreto habendam, quæ cum Dei verbo à Laico prolato pugnat. Quod Gratiani testimoniū eleuare conatur Bellarminus, frustra est. Nā verba ipsa Gratiani cum solutione Bellarmini pugnant: verū illū mētītū ait ipse mētīēs. Hi sunt nēpe flores eloquētiæ Bellar.

Quinta obiectio nostra est, quòd & sæpe coram aliis, quàm Episcopis iudicibus de fide actum est: & id faciendum esse docet Ambrosius epistola 32. Quid Bellarminus? obuagulatur, & longos in re facti circuitus quærit, quò rem inuoluat. Tandem eò decurrit, vt dicat, quòd iudicium de fide aliis, quàm Episcopis fuit concessum, duntaxat priuatum, non autem publicum fuisse: itaque neminem obligasse. Respondeo. Imo tota Dei ecclesia & Mediolani, post Ambrosij disputationem, sanæ doctrinæ acquieuit, & Auxentium Arrianum odio persecuta est. Et in Actis cap. 8. vers. 20. Gal. 2. plebs ipsa fuit controuersiarum de fide iudex: & 1. Reg. 18. vers. 21. & 39. Denique nostris temporibus, quibus Deus Euangelij sui lumen mundo restituit, quid frequentius factum est, quàm vt totus ecclesiæ populus ad iudicandum de fidei Christianæ doctrina, etiam absque vllis Episcopis, admitteretur? Ea verò res felicissimè cessit, & à Deo ipso fuit comprobata. Ergo nugas hîc agit Bellarminus, vt suis Episcopis Pontificiis assentetur miser.

Ad Cap. xvii.

PRorsus & curiosa & inepta est ista Bellarmini quæstio, quot nimirum Episcopi desiderentur, vt concilium generale faciant, & appelletur. Rem iste indefinitam relinquit: neque hanc quæstionem soluit. Cur igitur eam temerè proponit? Melius enim est tacuisse quum nescias, quàm suspensos, ac incertos hominum animos relinquere, etsi postea cap. 20. plus quam xxx. requirit. Præterea conditiones eæ concilij generalis, quas iste annotat,

annotat, eo ipso teste col. 875 L. B. & C. non sunt necessariae. Imo falsae. Sed & istud magnum numerum Episcoporum nequaquam requiri vel ad particularia, vel ad Concilium generale probatur ex can. *Placuit*. Dist. 18. Discat verò iste, Ad Concilia generalia potius requiri & spectari auctoritatem convocantis, si maximè patens imperium habeat, quàm numerum adstantium. In omni enim Concilio siue generali, siue particulari congregando clausula hæc censetur apposita, *Si omnes interesse non possint*, ab eo, qui ius congregandi & conuocandi tale concilium habet, i. à summo magistratu loco congregandorum. Hæc autem clausula dat ius & potestatem vocatis & presentibus procedendi, iudicandi, & negotium totum conficiendi, si qui conuocati sunt, vocati venire cessent, aut recusent, ut est in c. *Prudentiam* ext. officio *Delegati* & can. *Sciscitatus*, Ext. De rescriptis et si qui venire & adesse sine iusta causa recusant, sunt grauiter redarguendi, & puniendi dicto capite *Prudentiam*. §. *aducimus*, & can. *Si quis autem*, & can. *Si quis Episcoporum*. Dist. xviii. Et sic erat tota hæc questio definienda: non autem incerta relinquenda.

Ad Cap. xviii.

Vtilis questio, si verè à Bellarmino decideretur: sed mere tyrannicam suis Pontificiis Episcopis potestatem & auctoritatem iste tribuit, Nimirum ut quicquid illi in Conciliis deciderint de fidei doctrina, & illis placuerit, sit ab omnibus pro lege immota sequendum. Atqui rectè Tertulianus in Apologetico, *Iniqua lex est*, ait, *que se examinari non patitur*. M. Cicero lib. primo de legibus

Lex est, inquit reſta ratio in iubendo, & vetando: lex est reſta ratio imperandi, atque prohibendi. Etiam ne, ſi quæ ſint tyrannorum leges: aut ſi omnes Athenienſes delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco hæc leges, iuſte haberentur? Quare inſulſus & inſipidus eſt Bellarminus, qui nobis quæuis Episcoporum placita pro legib. quas Chriſtiani homines admittere debeant, propinat, & obtrudit. Præſertim in negotio fidei & religionis, in qua vox ſolius Chriſti, ex præcepto Dei Patris, eſt audienda, Math. 17. v. 5. Nã unicũ huic Doctorem in huiuſmodi quæſtionib. dedit Deus, non plures, Matt. 23. v. 10. Hic vnus nobis à Patre datus eſt Sapientia 1. Corint. 1. v. 30. Veritas & Via, Iohan. 14. ver. 6.

At verò contrã ſentit Bellarminus: ſed impiè, hæreticè, blaſphemè, qui tamen, ne conqueratur ſe inauditum eſſe damnatũ, eius rationes audiamus.

Prima eſt ex Deuter. 17. v. 10. *Parendum eſt Sacerdotibus.* Reſpondeo, Adde, Bellarmine quod eſt in ſequenti verſu *ex edicto legis diuinæ præcipiẽtib.* Malac. 2. v. 7. Sed inciuile tibi, mi vir, fuit non tota perſpecta lege reſpõdere. Facis quod fecit Diabolus tentans Chriſtũ. Allegã. n. ex Pf. 91. v. 11. *Tollẽte Angeli in manib. ſuis,* prætermiſit præcipua verſiculi verba, *In viis tuis.* Sic iſte ſciens omiſit hæc verba, *ex edicto legis Dei,* Matth. 23. ver. 2.

Secunda Bellarmini ratio eſt ex Math. 18. v. 17. *Dic Eccleſiæ, &c. R. Locus iſte, teſte hoc ipſo Bell. alium ſenſum habet, nihilque ad hanc Materiam facit & ſpectat.*

Tertia, ex Actis, c. 16. v. 4. nẽpe Paulus tradebat inſtituta Apoſtolorum ſeruanda Eccleſiis. Reſpondeo

pondeo, Quoniã erant Prophetico Dei verbo cõ-
 formia, vt est c. 15. v. 28. *Visum est spiritui Sãcto* Al-
 legatum enim illic fuit Dei verbũ v. 16. Amos, 19.
 scriptũ apud Prophetas, cõtra quã tamẽ hĩc fallis-
 simẽ scribit Bellar. ex quo tria illa notabilia Bell.
 falsa apparent, & imprimis, quod scribit doctrinã
 & sententiam Apostolorum non fuisse à Discipu-
 lis & auditoribus examinatam. Cõtra Actor. 17. v.
 11. apparet: & Christus ipse sic examinari suã ipsius
 doctrinam iubet, Ioha. 5. v. 39. Scrutamini Scriptu-
 ras. Nam quomodo, & cur hæreses de seruanda &
 retinenda circuncisione inter gentes inter Gala-
 ticas Ecclesias fuissent natæ, si de Apostolorum
 illis etiã decretis agere non licuisset. Ille. n. error
 in Galaticis Ecclesiis post Cõciliũ Apostolicũ or-
 tus est, ad quẽ confutandũ Apostolica illa decreta
 nunquã tamẽ cõmemorat, aut citat Paulus, qui il-
 la nouerat. Quarta ratio Bel. Ipsa Cõcilia vocat
 sua decreta canones & regulas R. Nisi Dei verbo
 scripto innitantur, pessimẽ. Neque quid illa Cõci-
 lia his verbis dicant, *Anathema sit*, sed quã verẽ
 dicant, spectandum, aut curandum nobis est. Nam
 illa Anathemata nõ fundata Dei verbo, sunt pue-
 rilia crepitacula, nõ Iouis fulmina. Et Tyranni sua
 impiissima decreta, tamen bonas & honestas leges
 appellant, & ea pœnis sanciant.

Quinta ratio (tertia colum. 877. L. C.) Absur-
 dũ est, vt ius & facultas disputãdi cõcedatur ple-
 beis ineruditis aduersus decreta doctorũ Episc.
 R. Imo isti disputatores, si erũt pertinaces, & nullã
 ex Dei verbo scripto rationẽ contra afferat sunt à
 Magistratu seuerẽ puniẽdi & ab Ecclesia coercẽdi.

Paphnutij exemplum, quod Socrates lib. I. ca. 8. refert, istum iugulat, ex cuius sententia vnus totū Nicenū Conciliū primū suā sententiā reuocauit. Negat Bell. hoc esse verum: legatur historia, & facile apparebit effugiū Bellarmini, Nā mētiri maluit verum negando, quàm nobiscum sentire vera affirmando. Sic est iste & in scribendo verus, & in iudicādo sincerus, scilicet: imo mēdax, hereticus & impius, vt Pontificiis suis Episcopis parasitetur.

Sic prae textatos referunt haec secula mores.

Dénique quod negat Pontificem Romanum vel malitia, vel fauore posse sequi minorē suffragiorū partē, etiam in Conciliis generalib. nimirū se Pontificum Romanorū Gnathonē iā & assentatorum profitetur. quasi ignoret, aut neget Romanos Pontifices esse meros homines, qui sunt iisdē quibus alij homines, affectionibus & vitiis obnoxij. Id quod Paulus & Barnabas de se senserunt, ac ingenuē professi sunt, Act. 14. v. 15. Ergo modus aliquis erat à Bel. in his assentationib. adhibendus & tenendus (si modo in vitiis medium & modus aliquis esse potest). Nam dum suis Pontificibus nimium tribuit, totum quod ipsis vindicare vult, adimit. Sed quod postremo omnium loco in hoc capite adiicit, Pontificem Romanum, vt praesidem concilij, debere sequi maiorem suffragiorū partē: sed, vt Pontificem, posse ex minori eorundem numero iudicare, & statuere: quid, obsecro, istud aliud est, quàm posse quempiam sui ipsius praeruaricatore esse, ac sibi contrarium: Deum & Diabolum in eodem Concilio, bonā conscientia agere? Quod & damnat Paulus, Galat. 2. v. 18. & haec Catonis
vetustif-

vetustissima sententia. *Sperne repugnando tibi, tu contrarius esse.* Imo hæc sententia contradictione implicat manifestè. Nam si Romanus Pontifex debet numerum maiorem suffragiorum sequi, non potest sequi minorem: Primum quoniam hæc sunt contraria: Deinde, quia sic posset Pontifex aliquid bona conscientia agere contra officium suum & debitum, Id quod est *δούλος αἰών*. Ergo ad populum & imperitos & opicos homines suas istas phalaras Bellarminus deferat: non ad homines rerum peritos, & qui ista subterfugia inania perspiciunt & fraudes manifestas vident.

Ad Cap. XIX.

FAcilem per se quæstionem vel malitiosè, vel imperitè inuoluit hoc & sequenti capite Bellarminus. Quæstio est, *Quis in generali Concilio præsidere debeat.* Facilis responsio erat, *Eius esse nempe præsidere, qui Concilium generale conuocare potest.* Est enim eiusmodi autoritatis posse cæterum quæpiã cõuocare legitimè, & eidẽ cõuocato præsidere, eũ tueri, regere, gubernare: Hoc docet rerũ natura, hoc rãtio, hoc ius nationũ omniũ & ca. *Quisquis* 2. quæst. 6. Hoc autẽ supra fuit à nobis demonstratũ, Pertinere ad Imperatorẽ cõuocare generalia Concilia: Quare eiusdẽ est, illis præsidere. Contra tamẽ peruerso iudicio, Bellarmin. iudicat & sentit, esse Romani duntaxat Pontificis præesse generalibus Conciliis, etsi ipse col. 879. L. C. fatetur Imperatorẽ Cõstantinop. aut ipsius legatos semper in cõciliis quod ad locum, omnibus Episcopis & eorũ legatis, etiã ipsius Romani Pontificis, præsedisse, & illis præfuisse. Quod & repetit & cõfirmat postea

Bellarminus col. 181. L. B. §. *Itaque*. Imo idem hic ait. *tolerabile esse, ut Principes seculares sedeant ante alios Episcopos*. Cur non igitur ante R. Episcopum?

Veruntamen Bellarminianæ sententiæ rationes audiamus. Prima est Pontifex Romanus est Pastor omnium, qui ad Cōcilium generale conueniunt, quia dictum est Petro, *Pasci oues meas*. Ioha. 21. R. Crambe bis repetita mors est: at istam centies iam apponit Bellar. falsa est ista præsuppositio, & perperam locus iste ab hoc in hūc censum, uti docuimus, allegatur. Ergo est fallacia A non causa. Nā quod Episcopi Romanum appellant Patrem, id honoris & consuetudinis tantum gratia fit: non ut se eo minores cēseant. Eodem enim modo, & iisdem litteris eum vocant *Domixum*. Ergo fuerunt illi Episcopi mancipia Papæ Romani, dicet Bell.

Secunda ratio, Petrus præfuit in Cōcilio Apostolico, Act. 15. R. Falsum: Sed Iacobus. Hic enim totius illius Concilij suffragia colligit. postremus sententiā dicit, & conclusionē facit. Ergo Iacobus in eo Cōcilio præsedet. Sed & hæc argumentatio Bell. nihilominus esset fallacia A non Consequēte. Nec enim valet consecutio, ut quæcunque dignitas concessa est ab Apostolis Petro, ea conueniat, sitque tribuenda quoque Pontifici Romano.

Tertia ratio Bellarmini est, Præcedit Romanus Pontifex in aliis Conciliis generalibus, velut in octo primis, & aliis postea sequentibus. R. Hoc falsū esse ipsemet probat, & testatur Bell. col. 880. L. B. C. D. ubi aperte docet Primo Niceno Cōcilio nequaquam præfuisse Romanū Episcopum (ad cuius exem-

exemplum sese conformare reliquæ Synodi gene-
 rales debuerunt) sed Hosium Cordubensem Epi-
 scopum, qui, teste Athanasio, scriptore grauissimo
 (qui Cōcilio illi Niceno interfuit) etiã Symbolum
 (quod Nicenũ appellatur) scripsit, Athanasius in
 Epistola ad Solitariam vitam agentes, Præfatio
 Concilij Sardicensis. Sed neque Constantinopo-
 litano Concilio generali primo præfuit R. Pon-
 tificex vel per se, vel per legatos, Bellarmino teste.
 (Nam prorsus abfuit) col. 882. L. A. §. *Secũdum*: sed
 præfuit Nectarius Constantinopolitanus Episco-
 pus: Ephæfino præfuit Cyrillus, non quia Roma-
 ni Pontificis erat legatus: sed quoniam à toto
 Concilio fuerat in eam dignitatem electus. Chal-
 cedonensi Imperatorem præfuisse fatetur ipsemet
 Bellarminus, & Epistola post finem Concilij te-
 statur. Voces autem & suffragia in eodem Con-
 cilio collegisse legatos Romani Pontificis verum
 est, non quã legati Pontificis: sed quoniam ad il-
 lud munus fuerãt ab eo Cōcilio electi, alioqui nõ
 præfuturi: quãquã & hũc ipsũ locũ ambiuisse leo-
 nẽ Rom. Episcopum, & non tam à Synodo, quã ab
 Imperatore Martiano fraude, vel precibus extor-
 sisse res ipsa docet, & pulchrẽ detegit Johã. Calui-
 nus. In Constantinopolitano Cōcilio secundo nõ
 adfuit, nedũ præfuit Romanus Pontifex, teste Bel-
 Denique quid verbis opus est, quum tota, Dist. xv.
 vbi de hoc argumento agitur, aliud nihil dicatur,
 quã Concilium Generale absque Romani Pon-
 tificis conscientia, id est, notitia & inter-
 pellatione non legitimẽ congregari, quoniam
 in eo vnus ex præcipuis Ecclesiæ Patriarchis

defit. & abest. De Præsidentia verò eiusdem Romani Pontificis ne ppò quidem: sed neque Dist. XVIII. vbi etiam luculentius hoc argumentum tractatur.

Verum, vt omnes intelligant, quod ius sit, fueritne istius concilij Præsidis & piscopi, en breuiter expono. Fuit autem, & est triplex, Primū, vt quæstionem, de qua controuertitur, & disceptatur, toti concilio proponat. Secundum, vt singulorum ad concilium delegatorum voces, iudicium, & suffragia de ea quæstione, aut aliis propositis, querat, sciscitetur, colligat. Tertium, vt si qui S. Scripturæ, aut Patrum orthodoxorum loci citentur perperam, aut allegentur, eorum mentem & verum sensum exponat, & ostendat. In his tribus, vt ex omnibus Conciliis apparet, positum est totum præsidis istius ecclesiastici munus, ne quid maius in eo Bellarminus, aut in lente vnguentum quærat: aut tantopere istud iactet. Quod Imperatores, aut eorum legati suscipere recusarunt, tum ne suffragia vi extorta censerentur ab Imperatore: tum quòd in Dei verbo non erant exercitati, sicut Pastores. Quamobrem illis eas partes integras reliquerunt, atque potestatem liberam res in religione fidèque Christiana controuersas ex Dei verbo scripto definiendi concesserunt. Præsidebant tamen ipsi in concilio, & celsiori loco sedebant, siue ea sedes throni Imperatorij (quod aut nunquam, aut rarò ab Imperatoribus Christianis factum est) speciem referret: siue communis sedilis, & subsellij formam. Hi modestiam in ipso concilio seruari curabant: vim fieri ab vllis concilio, aut vlli prohibebant.

hibebant: citatos qui in vrbe ea erant, adesse iube-
bant. Et hæc quidem vera sunt, & ex omnibus cō-
ciliis generalibus colligantur, ne iam de praxi ve-
terum conciliorum incerti simus: aut turbas in
Sympulo, id est, re leui & facili magnas, quod Bel-
larminus facit, frustra & ambitiosè excitemus.
Quod est puerile. Hoc enim ipsum verū esse quod
dicimus concedit Bellarminus ipse quoque, col.
881. L. B. col. 884. L. D. & alibi.

Ad Cap. x x.

Totum hoc caput est inanis quædam superio-
rum repetitio, quemadmodum Bellarminus
ipse fatetur col. 886. L. A. §. *Brentius*. Verū quum
fatis ex superioribus constet Imperatores & eorū
legatos in conciliis generalibus primo, sublimio-
rique loco sedisse, & id ipsum concedat hic ipse
col. 881. L. B. col. 884. L. D. atque etiam in conci-
liis præsedisse & iis præfuisse col. 879. L. C. Quum
etiam supra demonstratum sit, eos ex Episcopis,
qui suffragia concilij collegerūt, eam potestatem
(quicumque fuerint siue Romanæ sedis legati, siue
alij) habuisse, quod ea fuerit ipsis à toto concilio
tunc demandata, quid tergiuersione, aut aliis
longioribus scriptis iam opus est? nisi frustra tem-
pus terere (quod redimere iubet Paulus Ephes. 4.)
& otio abuti nostro volumus miserimè. Præfer-
tim quum solutiones ad argumenta nostrorum,
quas affert Bellarminus, omnes sint variæ, incer-
tæ, dubiæ, & à nobis iam vel refatata, velut quod
Moses fuerit summus Sacerdos: vel falsæ, velut
quod extraordinarium fuerit, quod Salomo po-
tuerit deponere de gradu summum Sacerdotem,

sibi rebellem. Quod ad argumenta Hermāni, nec illa negant esse vera Bellarminus suprà. cap. 16. col. 873. L. D. s. *Quanto*: nec quod ex his colligitur, refutari potest. Ergo coram aliis, quàm coram Episcopis de fide Christiana disputari posse etiam ab Episcopis. Denique omnes Bellarmini ad ea exempla, & argumenta responsiones positæ sunt in ea astutia, vt neget Bellarminus illa esse vera, quæ soluere non potest: neget eadem esse scripta, quantumuis extent. Quod est Alexandri more, nodum Gordium non soluere, sed incidere, & sic per cuniculos elabi, non pugnare.

Ait iste Constantinum Imperatorem ab Augustino reprehendi, quod iudices dedit in causa Donatistarū & de iis ipse postea iudicari, id vanò vanius, & falso quouis falsius est, vt apparet ex ipsius Augustini scriptis, præsertim ex Lib. 3. cōtra Cresconium Grāmatic. cap. 69. 70. 71. & deinceps. Nam quod ex Epist. 48. & 162. Augustini afferret, docet Augustinum longam Constantini Imperatoris patientiam miratum, qui de eadem causa sepius ab Episcopis ipsius iussu iudicata toties tamē agi adhuc pateretur à Donatistis, eamque repeti. Negat Bellarminus decreta & sententias Iudicū, coram quibus de fide disputatum est, fuisse pares, & æquales decretis Synodorum generalium, id est, paris inter Christianos, & in Ecclesia autoritatis, & vigoris. Quis verò hoc ait, sentit, aut scribit? Nec de eo quoque inter nos quæstio est, sed vtrum coram aliis, id est, coram Magistratu summo, imprimis pio & fideli, de fidei doctrina disceptari possit, velut coram Iudice. Id quod & fieri posse,

posse, & factum esse manifestè probant exempla ab Hermanno prolata, quicquid illis respondere conetur anxius Bellarminus.

Telum & vulnus, quod illi Theodosij Magni exemplum ab Hermanno prolatum (& à Socrate lib. 5. Historiæ cap. 10. confirmatum) infligit, declinat: non potest, Bellarminus, in quamcunque partem se suumque illum vel vera negando, vel clara obscurando clypeum obuertat, contorqueat & obiiciat. Ostendit enim summum Imperatorem, & eum quidem, si quis alius, teste Ambrosio, piuum nempe Theodosium de causâ & doctrina fidei Christianæ etiam solum iudicasse: quod iste Imperatorem posse negat præfractè.

In septimo Hermanni exemplo, quod ex Theodosij eiusdè facti & decreto de Flauiano Antiocheno Episcopo sumptū est, diluendo plane nutat Bellar. Tandem eo decurrit, vt dicat Theodosium de potentia, non de iustitia hoc, quod decreuit, fecisse. Atqui hoc probandum erat Bellarmino, nō præsupponendum, quod iste facit. Quod enim quærimonias Romanorum Pontificum, Damasi, Siricii, Anastasij de eo commemorat, frustra est, Nam illi suæ in Imperatores & Ecclesiam tyrānidis sensim vsurpādæ & inuadēdæ gratia, talia de factō, nō de iure tētare, & cōtra Imperatores scribere audebant. Verūm si de potētia potius, quàm de iustitia id faceret Theodosius, ne ad momentū quidem horæ eum tolerasset Ambrosius, qui minori (quod ad rerum Ecclesiasticarum momentum & administrationem) de causâ eundem Theodosium Mediolani excommunicauit. Id

quod sciunt omnes: nec prætermisit, in Controversia de Romano Pontifice Bellarminus. Quare vident moderati Lectores, quemadmodum homo iste nostras, nostrorumque rationes nequaquam confutet. Est enim, quemadmodum scripsit pius, & vetus autor Helychius in Leuiticum, *αὐτὴν ὁμοῦ ἀθέτηα*, id est, *inuicta, & immota veritas.*

Ad Cap. xxi.

PRæclare Pythagoras monebat, Ignem ne gladio fodias. Resulit enim in eum ipsum, qui fodit. Hoc tam sapiens consilium non didicit Bellarminus, saltem non sequitur. Nam dum nimium animosè in nostros inquit, & ignem fodit, in seipsum quoque eum miser excitat. Conditiones, quas suo seculo in Cōcilio celebrando requirebat Lutherus, reprehendit, quòd observari, inquit iste, omnes non possint. At hic idem cap. 17. supra. quatuor & ipse conditiones desiderat, quas nequaquam tamen necessarias esse docet: col. 875. neque etiam vnquam illæ fuerunt observatæ, Nimirum, Quòd quatuor præcipui Patriarchæ simul interfuerint in aliquo Cōcilio per se, vel per suos legatos: Deinde, vt Maior Christiani orbis pars in eodè adfuerint. Id quod nunquam accidit, neque esse potest. Corrigat igitur Bellarminus primum suas ipsius conditiones, deinde nostras examinet. Cur enim in aliena tam est acutus, & lynceus, quam sua lippus videre non possit? *Eiice Hypocrita primum trabem aiebat Christus, Matth. 7. ver. 5. ex oculo tuo, tunc ex oculis proximi festucam euellēs. Medice, dicebat idē Christus, Luc. 4. cura te ipsum.* Sed tamen quid pro ratione temporis, (quo illa scribebat Lutherus,)

hæ conditiones habuerint iniquum & reprehendendum, ex Bellarmino videamus.

Prima postulat, Ne vllum futuro libero, & legitimo Concilio, fiat præiudicium ex Tridentini Conciliabuli decretis, quia ipsi Protestantes in eo inauditi damnati sunt. Hanc conditionem vocat iniquam Bellarminus, quia omne suorum errorum fundamentum hoc vno lapide ruinoso fulciri videt. Atqui iustissima postulatio est. Nã neq; Chalcedonensi Concilio vllum præiudicium ex Ephesinæ Synodi Secundæ (quæ *λειτουργική* nominata est, & cui simillima fuit Tridentina, in qua nõ solum Flavianus, id est, vnus pius Episcopus occisus, sed Christus ipse crucifixus est) decretis factũ est: neque vel Diabolus ipse, inquit Baldus Iuriconsultus grauissimus, inauditus damnãdus est. Id quod Tridentini tamẽ Patres per magnam in viros pios coniurationem fecẽre. Ergo Bellarmine, tuum Tridentinum Concilium procul dubio in Concilio Libero damnabitur. Et ita, quod postulas fiet, Concilium Concilio nempe tolletur.

Secunda conditio æquissima est, vt̃ Cypriano etiam autore, lib. 1. Epist. 3. illic lites finiantur, vbi exortæ sunt. Bellarminus iniquam tamen eam putat, quoniam non fieret Concilium ibi, vbi prævaleret autoritas Papæ, si concilium conueniret in Germania, vbi hæc lis nata est. At Liberum Concilium esse non potest, vbi locus, in quem conuenit, est meritò suspectus, qualis fuit Tridentũ, ad quam nullus nostris aditus patuit. Ergo quum tũc temporis, quo has conditiones petebat Lutherus, totus Mundus Papæ tyrãnidi, præter exiguã Ger-

mania partē subiiceretur, meritò ea loca Luthero, & piis suspecta fuerunt. Quam autem alibi lites sunt decisæ, quàm ubi fuerant exortæ, ibi liber etiam ipsis hæreticis aditus patebat, uti Nestorio, & Eutychemi, qui sæpius accersiti, tamen ad Concilium vix accedere dignati sunt, etiam rogati. Id quod ex ipsis Conciliorum Actis apparet.

Tertia Conditió est, Ne Romanus Pontifex, qui in hoc iudicio præsertim reus est, præsideat, & iudex sedeat. Quid hac postulatione æquius? vel iis Ethnicis testibus, *Nemo*: inquit, Q. Horatius, *iudex ferendus in propria ratione causæ*. Hanc tamè cõditionem appellat iniquam Bellarminus. Deus bone, quid erit vsquam æquum, si istud iniquum censendum est postulatum? Atqui ne Deus quidè ipse in ea lite, quam cum suo populo habebat, est iustitiæ totius fons, tamen iudex sedere voluit, ut est apud Micheam, cap. 6 ver. 23. Nam quod excipit Bellarminus, si quis Priuatus cum summo suo Principe litiget, esse nihilominus Principem in ea re, & lite iudicem, falsissimum est, & ex rerum magna imperitia (qualis in istis Hæreticis tenebrionibus, & Lucifugis Monachis multa esse solet) profectum. Nam Princeps summus, si quam cum subdito suo, etiam Priuato homine litem habet, personam iudicis exiit, partis autem duntaxat litigantis induit personam. Id quod est verissimum. Et quod de Sixto 3. & aliis similibus affert insulsum est, & planè tyrannicum, ut quis sit sui ipsius iudex in publica lite, & sua.

Quarta conditió, Ut sola Sacra Scriptura in cõtrouersis

trouersis fidei & doctrinæ decidendis audiatur. Quid hac conditione & æquius, & sanctius, & ab Augustino contra Donatistas, præsertim libro primo de Vnico Baptismo sæpius repetitum, & inculcatum? At respondet Bellarminus huiusmodi cōtrouersias ex traditionibus humanis esse definiēdas. Respondeo, toto cælo, totaque terra miser fallitur, & confutatur: ex Concilo primūm Apostolico, vbi sola Sacra Scriptura, non hominum traditiones, fuit ab ipsismet Apostolis prolata, & allegata. Confutatur à Christo, Iohan. 5. *Scrutamini Scripturas.* à Petro, 2. Petr. 1. ver. 19. *Habemus firmissimum Sermonem Propheticum,* &c. Excipit Bellarminus, *Traditiones non scriptæ probantur & cōmendantur Synodo generali vii.* Respondeo, Eæ nēpe, quæ de Ecclesiæ decoro & disciplina agunt: nō autem de Fidei doctrina, quæ, teste Chrylostomo in Matthæum, ex solo Dei verbo scripto pendet, & in eo fundari debet. Et hanc nostram conditionē ipsemet Bellarminus fatetur admitti posse, nisi obtent Tridentini fratres.

Quinta conditio, Vt in definiendo fidei Articulo præcipuè Dei verbum sequamur, non leuis multitudinis, & iam erroribus receptis fascinata suffragium. Hæc est conditio æquissima. Primūm quia consentit cum Dei iussu, Exodi vicesimo tertio, versiculo secundo. *Vocem multitudinis ad malè agendū nō sequeris.* Deinde quoniam in controuersis de Religione solum Dei verbum est pro iudice admittendum.

Sexta conditio, Vt Episcopi (qui sunt pars iudicium in Concilio futuri) non sunt Papæ de quo iudicare debent) fideles & Vasalli, & Mancipia, ne metu, vel fauore potius, quàm ex rei veritate iudicent. Hoc æquum est.

Libera .n. esse debent iudicium suffragia: nec Vasallus & fidelis Dominum suum, cui subiicitur, damnare potest citra periculum feloniam, cuius vitam & honorem, vt est in libris duobus de Feudis, tueri omnino debet. At allegat Bellarminus, Iuramentum istud fidelitatis, quo Episcopi obstringuntur Papæ, esse antiquum, ex cap. *Significasti*. Ext. de Electione, lib. 10. epist. 31. Gregorij Magni. Respondet, ista sunt iniquè à Papa postulata fidelitatis iuramenta, iniquius retenta. Sunt enim testimonia tyrannidis in Episcopos à Papa iam pridem usurpatæ, sed tollendæ, præsertim vbi de Papa illi iudicare & statuere debent.

Septimam conditionem Lutheri Bellarminus ipse fatetur esse æquissimam. Et certè æquum est, vt tam liceat Protestantibus suam Confessionem Augustanam allegare quàm Pontificiis suum Concilium Tridentinum, si ex hominum controuersis res decidenda est. Tam enim licuit Labano iurare per Deum Nachoris, quàm Iacobo per Deum Isaaci Genes. 31. versu 53. 54. Debet enim æqua esse, & par litigantium partium conditio: non autem vna prægranari, altera præferri.

Octaua & vltima conditio est, vt saluus conductus conuenturis ad Concilium personis detur, vt ire ac redire liberè domum possunt. Sic enim in Veteribus conciliis actum est: & tristissimum Iohannis

nis Hussij, & Hieronymi Pragensis exemplum impulit Lutherum ad hanc conditionem petendam, quos viros pios & filios oliuæ truculētissimi homines Pontificij Episcopi contra fidem publicè ab Imperatore Sigismudo datam perfide cremarunt. Quare & Tridentini isti Patres æquum esse hoc postulatum censuerunt. Quod autem additū est, de Doctrina Protestantium non persequenda, priusquam Protestantium legati ad suos rediissēt, si illa, auditis ipsis, fuisset communiter à Concilio damnata (Id quod nunquam futurum erat) id circo factū est, ne si legati Protestantium præuaricati in tam bona causa tuenda fuissent, hoc aliis obesset. Nam legatorū munus est sui muneris rationē ei, qui se delegauit, reddere. Sic Romani fœdera à coss. sine consensu Rom. populi facta. velut Caudinum & Numantinum, irrita fecerunt: sic Romanus ipse Pontifex etiā Concilia, in quibus ipsius legati interfuerant, tamen cassauit, vti Constantinopolitanum sub Felice III. Pontifice, & sub Zenone Imperatore habitum. Carolus Sigonius lib. xv. de Occidentali Imperio id testatur, & scribit. Quæ omnia æquas fuisse Lutheri condiciones, imo à nobis quoque ipsis sequendas, luce meridiana clariùs ostendunt.

Examen, & Censura Libri Primi.

QVod sæpe antea in scriptis Bellarminicis obseruauimus esse vitiosum: in hoc quoque libro manifestè deprehendimus, ac demonstrabimus, (Sunt autē duo grauissima vitia) Nēpe cōtradictionē sibi ipsi, & in toto hoc libro mirā curiositatem, & vanitatem seu temeritatē animi, quæ in

hoc Theologo apparet.

Ac quidem contradictio variis in locis & capitibus huius libri, imo vere pene in omnib. perspicua est. Cap. 5. col. 845. L. A. ait *Generalib. Conciliis nemo rectè præsidet, nisi summus Pontifex Roman.* Contra verò c. 5. col. 847. L. D. tradit Constantinopolitano primo Concilio Romanum Pontificè neque per se, neque per legatos præsedisse, ac ne quidem interfuisse. Sed neque Constantinopolitano quinto col. 848. L. D. Ergo aut illa probanda non sunt (quæ tamen probat Bellarminus) c. 5. aut suo vero præside, ac legitimo capite caruerunt: ac proinde manca Concilia fuerunt.

Cap. 1x. col. 855. L. C. ex Synodi viii. Generalis Actione vltima tradit Bellar. Generalia Concilia de Romano Pontifice, & eius vita, doctrina & accusatione cognoscere posse: imo multæ Synodi, tanquam iudices Romanum Pontificem deposuerunt. Cui sententiæ consentit Gloss. can. *Sicut* ad vocem. *presumit*. Dist. 15. At sequenti libro, c. xvii. contrarium docet, Romanum nempe Pontificem absolutè esse supra Concilia generalia.

Cap. x. negat Generalia Concilia quæ tantopere cap. 1x. & proxime superiori laudauit, imo in huius controuersia præfatione deificauit: negat tamen esse necessaria, vel tam vtilia, ac ne quidem ad tollendas de Ecclesia fidei & doctrinae quæstiones ac cõtrouersias. Ac ne in vlla huius sui scripti parte sibi constaret, aduersatur statim ipse sibi: Nam cap. 11. scribit Concilia Prouincialia, & Minora esse absolutè necessaria cum ad tollendas
lites

lites de fide, tum ad alia negotia Ecclesiastica tractanda. Quæ omnia sunt & inter se pugnantia, & inepta. Quis enim ignorat & tutius, & ut ipse suavis Monachus loquitur, suavius tolli hæreses per Concilia generalia, & quidpiam Ecclesiasticum decerni, quàm per particularia? can. *De quibus* ubi etiam glossa Dist. 20.

Cap. XII. col. 866. L. D. fatetur Romanum Pontificem, quantumvis Ecclesiæ caput, tamen, primum in temporalibus fuisse subiectum Imperatoribus Christianis: postea verò defuisse iis subiici. Cur verò? Quum per te iam esset Romanus iste Pontifex, Ecclesiæ caput? Quæ caussa, obsecro, mores istos mutavit tã factos? Ecquod Imperat. Christianorum facinus eos iure suo in Romanos Pontifices priuavit, quod etiam num hodie scriptum extat in can. *Adrianus 2.* Dist. 69. Certè sola Romanorum Pontificum impia tyrannis & sacrilega in suos Magistratus id effecit: quæ primum in Imperatores Constantinopolitanos (qui idolorum, & Imaginum cultû Christianis ex Dei verbo prohibuerunt) id tentare ausa fuit: postea in Germanos Imperatores crudelius sæuiit. Id quod verum esse docent Leonis III. & Constantinorum IV. & 5, Imperatorum Orientalium: item Henricorum IV. & V. & Fridericorum I. & II. Imperatorum Occidentalium historiæ. Nam quod nobis afferunt nonnulli Milciadis Romani Pontificis responsum, quod est in can. *Constantinus* Dist. 96. can. *Futuram*. 12. quæst. I. hoc ius concessum Romanis Pontificibus fuisse, iam inde à Constantino Magno,

propter donationē ab eo factā Ecclesiæ Romanæ, illud falsum est, & ab ipsismet Pontificiis confutatur, Primum, quòd canonem illum, *Constantinus* vocant paleam, si scriptū nihili: deinde quòd ipsemet Bellarminus hic scribit, etiam Imperatoribus Christianis (numero plurali) fuisse subditos Papas. Id quod verum esse non potest, si Magnus ille Constantinus eos, à suo & successorum suorum imperio liberavit, & subiectione immunes esse voluit. Est enim hic Constantinus Magnus primus Imperator Christianus. Itaq; cæci prorsus sunt, & amentes isti in tuenda sui Papæ tyrannide: verum pergamus.

Cap. XIII. col. 868. L. B. ait Bellarminus, Ecclesiā potest sibi deligere caput: & tamen de reliquis rebus minoribus statuere non potest. Hæc sunt *arsarsara*. Nam qui maius potest, & minus (quoniam in maiori minor inest) & plus est posse eligere caput, quàm alia negotia definire, quam tamen absque R. Pontifice Potestatem omnibus Conciliis generalibus & Ecclesiæ adimit.

Cap. XVII. col. 877. L. C. constituit iste omnes & singulos Pontificios Episcopos iudices doctrinæ Christianæ, quos tamen ipse fatetur plerosque esse rudes & simplices, allato etiam Ruffini testimonio lib. 10. cap. 3. Historiæ. Cur ergo omnes constituit iudices: non autem eos solùm, qui sunt docti, & bene in S. scriptura versati. Id quod Lutherus & Protestantes postularunt.

Col. 878. L. D. Quid, quæso, stultius fingi animo, nedum litteris mandari potuit, quàm quod affirmat iste? Romanum Pontificem, vt præsidem concii-

cōcilij, teneri sequi maiorem suffragiorum numerum: At, quā Pontificem, posse ex minore eorum numero rē deffinire. Atqui, Bellarmine, per te iste Pontifex est præses Concilij, qua Pontifex, Ergo quā Pontifex maiorem suffragiorum numerum sequi debet. Sic te prorsus euertis miser, neque id vides. Cap. xix. col. 879. L. D. §. *At quamuis* scribit hic Imperatores in omnibus Cōciliis Generalib, præsedisse. Id quod etiam col. 881. L. B. repetit: itē fatetur Reges esse legis diuinæ custodes c. 20. col. 886. L. D. (in quo tamen à suis dissentit, licet verū dicat: sed hoc verum à nostris didicit) Et tamen contendit in omnibus Conciliis Romanos Pontifices & præsedisse, & præsidere debere. Quæ est ista Sphinx, & quis Oedipus nobis hoc ænigma exponet? Nam distinctio ista, Imperatorem præsedisse vt pacis & conuentus illius custodem: non præsedisse autem, vt Iudicem, etsi vera est, tamen nō facit ad palatum Bellarmini, neque ab eo probari potest: qui neget esse Imperatoris tales cœtus, id est, Concilia generalia conuocare. Est enim eiusdem conuocare cœtum, & eum tueri, Ergo quem negat iste posse eum cœtum conuocare, eundem neget necesse est eum cœtum conuocatum tueri posse. Itaque Imperatori, nullum, nisi post omnes Episcopos, locum vult esse relictum in generali Synodo: saltem duntaxat, post suum summum Pontificem imperatori locum assignat. vt quam honoratissimam sedem Imperatori tribuat, tam est & vecors, & cæcus, & sibi in tota hac disputatione contrarius. Et hæc quidem scriptorum Bellarmini inconstantiam declarant.

Temeritatē autē seu Curiositatē planè ridiculā hæc, quæ sequuntur, nempe plures illæ quæstiones, quas iste proponit, & tamen definire se minime posse fatetur ac concedit, Nimirum, contra Pauli præceptum Coloss. 2. v. 18. in ea, quæ non vidit, se ingerens: neque ad sobrietatem sapiens Rom. 12. v. 3. Hæc exēpla huius Bell. temeritatis sunt, Primū tres illæ ineptæ quæstiones, quas c. 14. proponit: neque decidit, quia non potest. Deinde c. 15. Quot numero Episcopis opus sit, vt fiat, & sit Conciliū generale. Hanc indecisam relinquit, quicquid postea, nempe c. xx. minus, quàm xxx. Episcopos Concilium generale, facere non posse scribat. Nam hic ipse, lib. 2. cap. 2. col. 894. L. A. ex Mat. 18. v. 2. contra videtur velle, vt duo, vel tres Episcopi, concilium constituent.

Cap. xix. Quæstionem per se facilem, Nempe Quis cæteribus istis præsidere debeat, inuoluit, id est, Conciliis generalibus. Eodem capite col. 881. L. B. §. Itaque, proponit hanc quoque quæstionem, Quis primo Niceno Concilio præfuerit, Neque tamē eam definit. Rem omnino incertam relinquit quasi nemo præfuderit in eo, Id quod est falsissimum. Hactenus ista. Nullus enim esset rerum istarum & ineptiarum finis & modus, si persequi omnes vellemus.

Ad Libri Secundi.

Cap. 1. & 11.

CAPITIS primi disputatio nihil ad nos pertinet. Proponat enim & eligat sibi Bell. quæcunque voluerit futurae suæ disputationis partitionem.

Nos

Nos enim istum myrmillonem, quocūque fugiat, sequemur, & persequemur.

Caput secundum, Dogma planè blasphemum habet. Nempe Concilia generalia errare non posse, si modo à Pōtifice Romano fuerint confirmata. Ex quo apparet Bellarminū nō metiri Conciliorum generalium infallibilitatem & certitudinem ex eo, quòd sunt generalia, & totius Ecclesiæ suffragiū in iis per homines à se delegatos adfuerit: sed ex eo solūm, quòd à Romano Pontifice fuerunt confirmata. Nam generalia Cōcilia errare posse: imo etiam errasse, & hīc fatetur cap. primo: & supra libro primo cap. vi. vii. viii. ad fastidium vsque docuit, errare vero ea nō posse, quæ à Rom. Pōtifice sunt approbata & confirmata, ex eo quod à Papa probentur, effici à Bellarmino & colligi non potest, Primum quia caussa illa generalis, propter quam Generalia Concilia errare possunt, in his etiam ipsis Conciliis inest, quæ probat Romanus Pontifex. Est autem hęc, quoniam Concilia illa sunt hominū cœtus (omnis autē homo est mendax Ps. 116. & falli potest.) ergo & illa Cōcilia falli possunt, quæ probat Pontifex Romanus. Vbi enim eadem ratio est, & ius idem obtinere debet: itē quæ insūt generi, & speciebus quoque insunt, iuxta Regulam Categoriarum, *Quod de alio dicitur, ut de subiecto &c.*

Deinde autoritas & approbatio Roma. Pontificis infallibilitatem Conciliis dare non potest, quia nemo dat, quod nō habet ipse ex regul. iuris. Supra vero demonstratū est, lib. 4. cōtrouersia 3. Rom. Pōtificem, ut pote merum hominem, errare

posse: quare periculum & vt ita loquar, euictione istam nulli Concilio præstare potest, vt non erret. Imo verò, quum sit Romanus Pontifex Antichristus & Apostasiæ à sana Christi doctrina autor, nihil nisi à Christi vera fide dissentiens probaturus est. Id quod à necessario consequente colligitur. Sed Bellarmini rationes perpendamus, quas ipse cum magno apparatu in quattuor classes distributas proponit: sed tamen leui, vel nullo effectu, & ictu, qui antagonistas suos feriat, ac quos lædat: aut suos confirmet, & fulciat.

Primus locus est ex Math. 18. vers. 20. quem affert iste. Respondeo, Nihil ad eos pertinet hæc Christi promissio, qui non colliguntur in ipsius nomine. Non colliguntur autem in nomine Christi, qui Christi doctrinam oppugnant, vel oppugnatum veniunt. Quod facit Romanus Pontifex Antichristus. Ergo est detortus, non proprius iste locus, vt Bellarm. suam sententiam confirmet: neque promissum præstat vt det locum proprium. Neque aliud sentit Innocentius primus in can. *De quibus* Dist. 20. aut scribit.

Secundus Bellarmini locus est ex Iohan. 16. vers. 13. *Spiritus sanctus deducet vos in omnem veritatem*, ait Christus alloquens suos Apostolos XII. Respondeo, Propriè & verè hæc Christi promissio ad duodecim illos pertinet, quos tunc alloquebatur Christus, vt apparet ex Iohan. 14. vers. 17. & 26. & Actor. 20. Ergo est personale beneficium, quod ad alios quàm XII. illos Apostolos, extendi non debet.

Tertius Bellarmini locus est ex Actor. 15. vers.

25. Scribunt Apostoli ea, quæ ipsi decreuerunt, probari à Spiritu sancto. Ergo quæuis Concilia generalia reguntur ab eodem Spiritu, nec errare possunt. Respondeo, Fallacia est *A non consequente*. Nec enim si Concilio Apostolico adfuit Spiritus Sanctus, adest omnib. Conciliis aliis generalibus, quoniam neque omnia eodem zelo, & studio erga Dei gloriam fiunt, quo impulsæ conuenerunt Apostoli: neque in nomine Christi conueniunt, quemadmodum illud conuenit. Est igitur & hic tertius *S. Scripturæ locus* à Bellarmino detortus, non proprius. Id quod tamen iste magnâ iactantiâ pollicebatur.

Quarta ratio Bellarmini est, Ecclesia errare nõ potest in his terris, (Dictum enim est à Christo, *Math. 28. Ego uobiscum sum usque ad consummationem seculi.*) Ecclesia verò est in Synodis generalibus maximè: ergo hæ nequaquam errare possunt. Respondeo, Dupliciter hoc loco à Bellarmino peccari. Primum ex falsa præsuppositione: ac proinde fallacia est, *A non causa*. Præsuppositio falsa est, Ecclesiam, quæ constat hominibus (qui omnes sunt mendaces, & vani *Pf. 116. Rom. 3.*) errare non posse. Nam errasse etiam collectam in suis Pontificibus & Leuitis & Sacerdotibus, & Principibus apparet *Iohan. II. vers. 47. Actor. 4. vers. 18. & cap. 23. Hierem. 38.* Hi enim omnes perinde inter ludæos erant, atque Generalia Concilia inter nos: & tamen hi etiam collecti damnant Christum. Apostolos, Hieremiam Dei Prophetam. Qui maximus certè quidem error fuit. Ergo & Ecclesia, & Episcopi congregati errant. Hoc ipsum quoque

confirmat Bellarminus, qui col. 895. L. B. fatetur Episcopos seorsum, & singulos errare posse: repetitque col. 896. L. C. vt certò illud verum esse credamus. Cur non igitur & collecti? quum ipse infra, cap. II. concedat Concilia quoque ipsa generalia errare posse. Nam in eo, quæ partium ratio est, eadem quoque est totius, nempe, Quòd Episcopi siue singuli, siue collecti, sunt homines meri, per se vani, mendaces, fallaces, qui & falli & fallere possunt. Altera Bellarmini fallacia est, A nõ consequente. Nec enim sequeretur (concesso hoc ipso, Quòd tota Ecclesia simul, vel Quòd Ecclesia, etsi non tota, errare non potest:) ergo Concilia generalia nequaquam labi posse. Primum, quia Concilia generalia non sunt tota Ecclesia: sed illius solum quædam pars. Deinde, quòd multa Concilia generalia ne pars quidem Ecclesiæ fuerunt, nedum Ecclesia tota, velut Nicenum Concilium secundum, Constantinopolitanum quintum, & alia pleraque, quoniam, non in Christi nomine, sed cõtra Christi nomen conuenerunt, vti Tridentinum postremum.

Locum verò ex 1. Reg. cap. 8. ineptissimè hic citat, quia Politicum Israelitarum cœtum, de quo ibi agitur. cum Ecclesia & Ecclesiastico conuentu, de quo nos loquimur, imperitissimè confundit.

Quòd denique Concilia generalia dicuntur tota Ecclesia, est loquutio Synecdochica: velut quum senatus vocatur tota Resp. Nec verò in omnibus sunt eadem istarum Reipublicæ partium priuilegia. quæ totius Reip. simul, & ex omnibus ordinibus collectæ. Itaque hæc tota illius partis
decreta

decreta sæpe tollit, & abrogat. Ecclesiæ verò singula membra habent & ipsa à Deo dona sua peculiararia per quæ tota ipsa Ecclesiæ reliqua, vel illius pars collecta edoceri, corrigi, emendari sæpe potest, vt à Paphnutio. Paulus Philip. 3. versic. 15. *Quod si quid ait, aliter sentitis, hoc quoque vobis Deus reuelauit.* Idem 1. Corinth. 12. & Ephes. 4. docet varia esse Dei dona data singulis Ecclesiæ membris, à tota Ecclesiæ & aliis membris nequaquam spernenda.

Quinta ratio Bellar. Papa Romanus errare non potest: ergo neque Cõcilia errant, quæ ipse probat. R. Eadem est fallacia, quæ supra, A nõ causa, quia falsa est ista præsuppositio, Papam errare non posse, teste Bellar. ipso, & Sententiariis, col. 896. L. A.

Sexta ratio est, iubemur sequi Episcopos nostros, vt Pastores, Doctores, Patres: ergo errare illi non possunt. R. Ipsemet Bellarminus, col. 896. L. C. negat istam consequentiam esse veram. Nam nihilominus concedit Episcopos etiam collectos errare. Ergo fallacia est A non consequente. Nec valet collectio Bellar. sacrilega. Ergo nobis istius erroris, quum eos sequimur, Deus autor erit. Nã iubet Deus, non vt quosuis Episcopos sequamur: sed eos tantum, qui ex Cathedra Mosis docent, id est, ex ipsius verbo scripto doctrinam desumptã, Matt. 23. ver. 2. Cæcos autem, & verbi ipsius ignaros Episcopos iubet Christus, vt deseramus, neque eos sequamur. Nam & ipsi, & qui eos sequuntur, vtrique in foueam cadent, Matth. 15. ver. 14. Isai. 9. versic. 8. Ezech. 14. versic. 10. Hi enim soli Episcopi dicuntur & Pastores, & Speculatores, & oculi, &

Patres gregis, qui Gregem Dei verbo pascunt: nõ autem hominum traditionibus, & decretis, Matt. 15. ver. 9. Atque hæ nostræ, & verissimæ, & breuissimæ solutiones totum hunc Bellarmini Librum, quàm longum, inanem, futilem, & elumbe in reddunt, quicquid postea sequentibus capitibus afferat, & conerur.

Ad Cap. III.

ALteram sui erroris confirmationẽ sumit Bellarminus, si potest, ex Patrum dictis. At respondeo Bellarminum ex Patribus nequaquam probare, quod tamen nititur & videri vult, Nimirum Concilia generalia ea demum errare nõ posse, quæ Pontifex Romanus confirmavit. Nam in vniversum de Conciliis (quæ verè generalia fuerunt, illi loquuntur: quorum decretis plurimum tribuerunt: non iis tantum, quæ Romanus Pontifex comprobavit. Verba ipsa, & Epist. ad Epictetum Athanasij, & Augustini Epist. 162. & Leonis Epist. 61. & Epist. 50. & l. *Nemo*. C. de summa Trinitate id probant. Deinde minimè hoc dicunt Patres, quòd iste nempe vel Ecclesiam ipsam, vel Concilia generalia errare non posse. Nam Ariminense Concilium generale errasse fatetur Augustinus contra Maximinum Arrianum, Lib. 3. & Ephesinum secundum Latronum conuentus appellatur.

Tertiò, Quòd Patres de Conciliis etiam generalibus & plenariis scribunt, & illis tantam laudẽ tribuunt, de bonis duntaxat Conciliis intelligunt, quæ ex Dei verbo fidei dogmata deciderunt: non autem ex hominum traditionibus. Itaque ipsi ea comme-

cōmemorant, nēpe Cōciliū Nicenū primū, Ephe-
sinū I. & Chalcedonense, Leo Epist. 37. 53. 54. Nul-
lum autem Romanum, aut Lateranense, aut Lu-
gdunenſe Concilium, aut illis ſimile citant, velut
Gregorius ipſe, Lib. 1. Epist. 24. Athanaſius in E-
piſt. ad Episcopos Africanos. Itaque Patrum dicta
& ſententiā malignè detorquet Bell. & fallaciā Ab
Æquiuocatione & Dicto ſecundū quid, cōmittit.

Ad Cap. IV.

NON plus vrgent argumenta Bellarmini à ra-
tione ducta. Nec enim ſunt vlla, primum, &
ſecundum, quæ adducit, eadem ſunt, ſed tantum
ad oſtentationē ſeparantur, vt argumentis abun-
dare videatur. Ergo ſic ab abſurdo colligit Bel-
larminus, Si Concilia generalia poſſunt errare,
nullum ſuper eſt Eccleſiæ telum, ac remediū, quo
hæreſes confodiat. R. Imò reſtat, nempe Dei ver-
bum ſcriptum, & illud quidem etiam in ipſis Sy-
nodis vnicum, quo errores in fide iugulentur. Re-
liqua enim tela ſunt inania. Sic Paulus Iudæorum
Circumſionem ſub Euangelio retinentium er-
rorem tollit, Galat. 2. ver. 3. Sic idem, 1. Corinth. 15.
eos reſellit, qui Carnis reſurrectionem negabant.
Sic Tit. 1. ver. 9. Paſtorem ſcientem eſſe Dei verbi
vult, vt ſanam doctrinam tradere poſſit, & errores
confutare. Sic Chriſtus ipſe Sadducæos confutat,
Matth. 22. ver. 29. Nam quod dicitur in can. *Dom-
no Sancto*. Diſt. 50. antiquiori Concilio credendū
eſſe, proſus ineptum eſt.

Tertium Bellarmini argumentum eſt, Scripta
Apoſtolica à nō Apoſtolicis diſtingui nō poſſent.
R. Nequaquam hoc ſequitur. Diſtinguntur enim
ex ea nota, quia Dei verbum ab eo, quod non eſt

verbum Dei scernitur, quam nos notam in Cō-
trouersia prima exposuimus: nō autem ex isto ho-
minum, aut Conciliorum suffragio. Ergo frustra
metuit Bellarminus, ne sit absque remedio, nor-
ma, & vero canone, & hæresis distinguenda, &
verbi Dei veri agnoscendi.

Quartum Bellarmini argumentum est, Perperā
igitur quattuor generalia Concilia Symbolum,
quodque suum, scripserunt, & quæ in eo continen-
tur, velut Articulos fidei, tenenda, & sequēda tra-
dunt. R. Nego cōsequutionem. Nec enim ea Cō-
cilia tradunt, aut obtrudunt nobis hæc symbola, &
Articulos fidei, quia sunt sua decreta, & quoniam
errare non possunt, tenendos: sed quia cum Dei
verbo scripto planè concordant, consentiunt, ac
conueniant. Itaque quatuor hi Bellarmini Syllo-
gismi sunt quatuor Paralogismi, & fallaciæ A non
consequenti omnes.

Ad Cap. v.

Dignus est Bellarminus cuius os quispiā scul-
pōncis battuet, qui tam inepta, & falsa
scribat, & (quod magis molestū est) toties repetat.
Vult Concilia particularia, modò sint à Papa suo
confirmata, errare non posse. Primùm à toto suo-
rum sodalitiō refellitur. Aliter enim alij, & qui-
dem, vt ipse appellat, Catholici sentiunt, teste i-
psomet Bellarmino, & hunc in eo errare volunt,
col. 898. L. D. Deinde ab ipsa experientia confu-
tatur. Multa enim particularia Concilia à Rom.
Pontifice confirmata, errarunt, velut Turonense
2. Hūspalense primum, Matisconense 2. Vvorma-
tience, Arawsicanum. Denique rationes hæ, quas
ad

ad suam sententiā confirmandam affert iste, sunt & falsæ, & blasphemæ, & iam à nobis copiosè, sup. cap. 2. extinctæ, ac reiectæ, velut hæc, Papa nō potest errare: item, Hæreses in singulis Prouinciis tolli non possent: quasi non extet Dei verbum, quo in Conciliis particularibus, & Generalibus, hæreses sunt conuellendæ. Item, nullū Concilium Particulare adhuc inuentum esse, quod errauerit. Imò pleraque quemadmodum in ipsis Conciliis Tomis ab ipsis Pōtificiis Doctoribus est annotatū, & obseruatū, velut Arausiacanū, capite (vbi de libero arbitrio agitur) septimo: Turonense ii. capite octauo, vbi de Episcopo coniuge: Hispanense primū, cap. i. de Disponēdis Ecclesiæ rebus. Matisconense ii. capite sexto. Quæ tamen omnia sunt à Pōtifice Romano comprobata, sicut apparet. can. *Prima annotatio*. Dist. xvi. Cur igitur Bellarminus hīc nobis fucum facere se posse existimat? Ad populum phaleras, inquit ille. Sed & hæc quarta Bellarmini ratio, quàm est inepta, nempe Septima Synodus, Actione 3. & octaua, Act. vlt. can. i. Localia Concilia probat, supple Bellarmino, et solūm probat, quæ non errarunt, sed fidē & doctrinam Orthodoxam sunt amplexa ex Dei verbo, non autem ex Romani Pontificis decreto, quemadmodum sup. cap. 2. eiu modi dicta Patrum, & Conciliorum intelligenda esse te docui: sed es duræ ceruicis.

Ad Cap. vi.

NOstrorum aduersus hanc suam heresin argumenta cōfutare nititur quidē Bellarminus: sed

non potest. Est autem Primum nostrorum argumentum ex II. 56. vers. 10. *Speculatores eius omnes sunt cæci.* Hierem. 6. vers. 13. *A Prophetâ ad sacerdotem omnes loquuntur mendaciâ.* cap. 14. vers. 14. *Prophetâ prophetant mendacium in nomine meo.* Ezech. 22. vers. 15. *Coniuratio Prophetarum est in medio eius,* &c. Quid his testimoniis diuinis clarius, ut ostendatur Pastores etiam simul collectos cum summo suo Pontifice errare posse? Quid verò ad ea Bellarminus? Respondeo primum variè, & perplexè, non certam & vnâ solutionē affert. Imò tres profert, quarum tertia duas priores tollit, & vanas esse docet. Prima igitur & secunda Bellarmini solutio verba ipsa S. Scripturæ citata manifestè oppugnant, & torquent. Nam Prophetæ loquuntur de omnibus Ecclesiæ (qui tunc erant) Pastoribus, & Doctoribus. (Hi erant Sacerdotes, Levitæ, & Prophetæ, non alij) quos omnes aberrasse testatur Dominus idque disertè affirmat, Hier. 6. II. 56. *Cæci omnes, & omnes loquuntur mendacium.* Qui autè omne dicit, nihil excipit. At iste contrà, vult non de omnibus agi, sed de paucis tantùm quibusdam. Nam locus Pauli ab hoc citatus ex Philipp. 2. v. 21. nihil obstat. Loquitur enim Paulus illic. non de omnibus simpliciter, uti hic Prophetæ: sed de omnibus iis solùm, qui tunc cū Timotheo, & Paulo Romæ erant. Præterea loquuntur etiam loci à Caluino citati de Pastoribus Ecclesiæ cōgregatis simul, non de dispersis. Id quod apparet manifestè ex Hier. 26. v. 10. & 11. itē cap. 38. ex Iohan. c. II. Acto. 23. Quod tamen Bellarminus præfractè, sed impudenter negat. Quare prima & secunda solutio
Bellar-

Bellarmini est nihili.

Tertiam igitur comminiscitur, quæ superiores reiicit, & abdicat. Est autem hæc, Ecclesia Christiana maiores habet promissiones à Deo, quàm Synagoga. Respondeo, Maiores quidem ratione manifestationis, & impletionis per Christum factæ, Hebr. 7. vers. 22. non autem maiores ratione donorum, & rerum salutarium, 1. Corinth. 10. alioqui Serueta discipulus est iste Sorbonicus Magister, quem tamen controversia secunda suprâ dånauit. Ergo & vetus Ecclesia fuit in Christo, qui erat Petra 1. Corinth. 5. fundata: sicut & Euangelica: & promissionem de Spiritu Sancto habuit, à quo regeretur, velut Christiana, Deuter. 18. v. 15. *Prophetam suscitabit vobis Dominus: Apparet ex Isaiæ cap. 54. vers. 6. & 7.* Ergo inanis est, & falsa hæc quoque tertia solutio Bellarmini.

Secundum nostrorum argumentum est, (nec enim omnia commemorat Bellarminus, sed pauca è multis selegit, & ea præsertim quibus se facile respondere posse credidit) ex Math. 24. vers. 24. Actor 20. vers. 29. 2. Thessalon. 2. vers. 11. 2. Petr. 2. v. 1. Vnde constat fore etiam in Christiana Ecclesia pseudopphetas, qui Ecclesiam decipiant. Hæc sunt Christi & Apostolorum verba, ipsa verissima, & quæ in Pontificiis Doctoribus etiam num hodie implentur. Quid ad hoc argumentum Bellarminus respondet? Certè nihil. Scurram agit, & Caluino duntaxat conuitiatur, quem Deus optimus Maximus verum post Apostolos, & suum Prophetam mundo dedit, ad instaurandum Euangelium. Et si enim Lutherus tempore prior est: nõ

est tamen doctrina prior Caluino. Ait igitur Bellarminus nos Evangelicos illic à Petro describi. Legatur locus, conferatur nostra doctrina cū Bellarmini & Pōtificiorum doctrina, vtraque ad Dei verbum scriptum reuocetur, Sole ipso Meridiano clarius apparebit à Petro totum Clerum Papalem illic describi: à Christo verò, & Paulo, Papę doctrinā, quod vtrunque damnat Dei Sanctus Spiritus.

Ad Cap. VII.

HABEMUS etiam Patres nobis suffragatores, quorum auctoritatem, quicquid Bellarminus conetur, eleuare non potest. Gregorius Nazianzenus in epistola ad Procopium, *Nellius*, ait, *Concilij funem letum, faustumque vidi*. Respondet Bellarminus ex circumstantia temporis miserrimi, in quod incidit Nazianzenus, hoc ab eo dictum esse. Respondeo Bellarmino, Nequaquam feliciora fuisse Ecclesię tēpora, quæ fluxerunt, vbi Romani Pontifices dominati sunt in fidem Christi, & Ecclesiam. Eam enim & erroribus & tyrannide sua oppresserunt, quia illi fuerūt Pseudopropheta insignis ille Bestiæ, de quo facta mentio est Apocal. 16. vers. 13. qui regnum Dei eversurus erat, Apostasiam autem inducturus 2. Thessal. 2.

Augustinus lib. 3. contra Maximinum cap. 14. *Nec ego Ariminēsis*, ait, *Cōcilij auctoritate: nec in Niceni teneris*. lib. 2. de Baptismo cap. 3. *Plenaria concilia priora à posterioribus emendantur*. Ergo errare possunt. Bellarminus restringit dictum primum generale Augustini per particulā temporis. *Nunc*, quam addidit ipse, vt effugiat & cuitet hoc telum. Sed

Sed contra & verba & mentem ipsius auctoris nempe Augustini. Secundum dictum Augustini circumscribit, quasi non de doctrina vniuersalis fidei, sed de quæstionibus facti solum loquatur Augustinus. Id quod est falsum. Nam agit Augustinus de non rebaptizandis iis, qui semel etiam ab hæreticis fuerant baptizati, quæ quæstio est de generali fidei doctrina & in genere: non de facto aut persona huius, aut illius baptizati proposita. Itaque ipse Bellarminus plane variat, & vacillat in huius argumenti solutione. Nec enim telum hoc euitare potest.

Leo primus epist. 53. 54. & 55. etiam damnat ambitionis & temeritatis Concilium Chalcedonense, quod tamen probat: quanto magis etiam alia? Bellarminus concedit Concilium illud (quod nimirum est vnum de quattuor primis, & præcipuis, & generalibus) errasse, vbi Alexandrino Episcopo præfertur Constantinopolitanus Act. vltima. Quare Concilia labi queunt.

Isidorus in can. *Domino Sancto* Dist. 50. ostendit vnum Concilium ab alio discordare, & tunc antiquius esse sequendum. Quare pugnant sepe inter se Concilia, & sic vnũ ex illis errat necesse est. Bellarminus hinc nutat, tandem vult agi ab Isidoro de quæstionibus facti. Id quod esse falsum verba ipsa can. *Domino* ostendent. Agitur enim ab Isidoro de puncto & articulo doctrinæ, nõ de persona aliqua.

Gratianus sæpe docet discordare inter se conciliorum decreta. Denique can. 1. Dist. 18. scribit idẽ Episcopalia Concilia esse inualida ad definiendũ negotiũ fidei. (Id quod tamẽ Bellarm. sup. cap.

v.col.899. L.A. negat, & valida ea esse affirmat.)
 Quare quum Concilia discordant, vnum ex his
 erret necesse est. Respondet iste Concilia non ve-
 re, sed apparenter tantum discordare. Respondeo,
 Contrà scribit Augustin. lib. 2. de Baptismo cap. 3.
 Concilia etiam generalia sæpe corrigi priora à
 posterioribus (quemadmodum inf. cap. xi. & cap.
 sequenti docbitur,) & emendari, quoniã in prio-
 ribus manifesti errores continebantur, vt in Ma-
 tisonensi secundo cap. 6. Et hæc quidem nostrã
 sententiam aduersus Bellarminum confirmant: &
 Patres pro nobis facere docent.

Ad Cap. VIII.

Veritas est inuicta, inquit Hesy chius. Itaque
 quantumuis ad tempus opprimatur, emergit
 tamen aliquando, & postea sese erigit. Id quod in
 hac nostra contra Bellarminum disputatione ap-
 paret: in qua docemus duo, Primum concilia in v-
 niuersum errare posse siue generalia, siue particu-
 laria. Id quod Ephesinæ secundæ Synodi, Arimi-
 niensis, Seleucianæ, Arausiæ, Turonensis II. & a-
 liarum exemplis docemus. Et hoc primum nostrę
 disputationis caput verum esse concedit sine cir-
 cuitione Bellarmin. Secundum caput est etiã con-
 cilia ea, quæ fuerunt à Pontifice Romano confir-
 mata, grauitè tamen aliquando errasse. Quod hi-
 sce exemplis confirmamus, quæ tam excusare niti-
 tur hoc capite Bellarminus, multis quidem ver-
 bis, sed nullo profectu & effectu.

Primum exemplum, Quadringenti Prophetæ
 simul collecti errarunt, 1. Reg. 22. qui fuerunt am-
 plissimum & generalissimum Concilium. Ergo
 Concilia

Concilia, licet generalia, labi possunt. Respondet Bellarmin. Concilium istud non erat à Romano Pontifice congregatum. Respondeo, Imo collectū fuerat, & approbatum & à Rege Achabo: & à summo totius Israclitici Regni Pontifice, qui respondebat Romano. Nam in illo Regno etiam suos Sacerdotes, & inter eos summum aliquem vnum habebant, quemadmodum apparet ex I. Reg. 13. v. 33. Amos 7. vers. 10.

Secundum, Concilium generale totius Ecclesie Iudææ erravit collectum cum suo Pontifice in Christo damnando Iohan. 9. vers. 13. 11. vers. 47. Marc. 14. vers. 55. Ergo Concilium & Pontifex simul decipi, labi, & errare potest. Quid Bellarminus? Primum in solutione varius est, & incertus. Deinde aperte fatetur illud totum Concilium, et si generale, cum suo Pontifice grauiter errasse tamen. Quidni verò hoc Bellarminus etiam inuitus concederet, ni Christum impiissimè rectè à Iudæis crucifixum velit? contra quod est Actor 4. v. 26. 27. 28.

Quod ad Concilium Apostolicum Actor. xv. & verum est, & decreta eius vera, quæ (quod ad ceremonialia quædam præcepta præscripta) duntaxat ad tempus locum habuerunt, donec innotesceret populis Iesum esse Christum. Quod autem postea in ecclesia retenta sunt eadem illa, vt Gangrensis Concilij cap. 2. sint mera superstitio, ex ignorantia profecta, vt docet Augustinus lib. 32. cap. 13. contra Faustum.

Quartum exemplum est Neocæsariensis Concilij à Leone 4. Probati can. *De libellis* Dist. 20.

ubi capite septimo secundæ nuptiæ damnantur
 contra Pauli præceptū, 1. Corinth. 7. vers. 39. Bellar-
 minus hic nutat, tandem rimam quam putat, rep-
 perit, qua elabatur. Ait enim, illic non damnari
 coniugium ipsum secundum, sed tantum celebri-
 tatem, si qua in eo fiat & repetatur, vt in primis
 nuptiis, velut si Annulus detur. Respondeo, Bel-
 larminū nugas agere nugerrimas. Imo cōiugium
 ipsum secūdum illic prohibetur ex errore Noua-
 tianorum ca. 8. Concilij Niceni primi, quasi esset
 digamia à Paulo 1. Tim. 3. prohibita (tanta fuit i-
 stius seculi ignorātia) & vera fornicatio, quemad-
 modum expresse continetur in can. *Hæc ratione* 33.
 quæst. 1. Eodem spectat cap. 1. & ca. *Vir autem*. Ex-
 tra de *Secundis Nuptiis*. Quàm variè autem in i-
 sto errore excusando sudent & laborent canonis-
 tæ, vide glossam can. *De his, qui xxxi.* quæst. 1.

Quintum exemplum est Niceni Cōcilij primi,
 in quo ca. 1. vetatur, ne quis se castret, & tamē ve-
 tat Episcopos habere vxores. In quo est contradi-
 ctio manifesta. Deinde idē conciliū ca. xl. damnat
 militiā contra verbū Dei, Luc. 3. v. 12. 13. Nā quod
 ca. 21. vult, vt ab hæreticis Paulianis baptizati re-
 baptizentur, habet Dei verbum, & consensum Ec-
 clesiæ, & Iconiensis Concilij decretū, vt est apud
 Eusebiū lib. 7. Historiæ ca. septimo. Quare cōcilia
 errare possunt, vt hoc errauit in duobus superiori-
 bus: in tertio non errauit, quia Paulus Samosathe-
 nus in Christum non baptizabat. Bellarminus hic
 delirat in excusando errore Concilij per quem mi-
 litiam dānauit. Id quod ex Montanistarum hæresi
 irrepsit in Ecclesiam, quemadmodū ex Tertullia-
 ni

si libro de Idololatria facilè colligitur, qui scribit Christum in exarmādo Petro Christianos omnes exarmasse. Id quod est falsissimum.

Sextum exemplum est Arelatensis Concilij secundi (quod fuit vicinū Niceno) can. 2. vbi vetat quenquam coniugem admitti ad sacerdotiū, Christianum: velut Episcopum fieri. &c. Illud autē pugnat cum Dei verbo Hebr. 13. v. 4. Pauli præcepto 1. Tim. 3. v. 2. cum Grangensis Concilij can. 4. & cū can. *Si quis*. Dist. 28. in Decretis. Respondet Bellarminus hoc Arelatense decretum bonum & probandum esse tamen, quoniam extat in Niceno primo idem. Respondeo fallaciam esse A non causā. Nec enim, vti suprà docuimus, probāda sunt omnia, quæ sūt in Niceno primo cōcilio cōstituta.

Septimum exemplum nostrum sumptum est ex Concilio Syrmienti, vbi ex parte vera doctrina probata fuit: ex parte autem etiam falsa, videlicet Arriana, confirmata. Respondet Bellarminus, plures & dissimiles fidei confessiones ab illa vna & eadem Synodo editas, quarum vnę fuerint orthodoxę, alterę hæreticę. Respondeo, Ergo ex Bellarmino habemus, quod contendimus, Synodos errare etiam generales posse. Idem de Concilio Sardicensi sentiendum, quod etiam reiicit Augustinus lib. 3. cap. 34. Contra Cresconium. Illud tamen à Leone IV. in can. *De libellis*. Dist. 20. manifestè confirmatum fuisse apparet.

Octauum exemplum est ex Concilij Laodicensi cap. 1. vbi etiam, sicut in Neocæsariensi cap. 7. Secundæ Nuptiæ damnantur. Nam iis, qui ad eas conuolarunt, post pœnitentiam breuis temporis

peractam, cōmunio κατὰ συγγνώμην. i. ex *Indulgentia*, & condonatione istius culpæ, redditur, vt S. Cœnam participare possint. Respondet Bellarminus, Episcopos nonnullos ex ignorantia id statuisse, vt inter reos, ac pœnitentes in Ecclesia starent, qui secundum coniugium, priore vxore mortua, contraxissent. Ergo hic, per te, error fuit, quẽ concilium istud retinet tamen. Quare conciliũ à Põntifice can. *Sexta* Dist. 16. probatũ errat manifestè.

Nonum exemplum est Concilium Constantinopolitanũ primũ, cap. v. vbi contra Niceni Concilij primi cap. VII. Primatus in Ecclesia tribuitur Romano Episcopo, qui pertinet ad Hierosolymitanum, aut etiam omnino ex Carthaginienſis concilij tertij cap. xxvi. tollendus & abrogandus est in ecclesia: item post Romanum Episcopum statim iubet sedere, & esse Constantinopolitanum contra Niceni tamen Concilij decretum, & Leonis epist. 53. 54. 55. Bellarminus quæ confutare non potest, intrepidè, & strenuè negat extare scripta. Verũ Nicenum Concilium primum legatur: Carthaginienſe, nos vera hĩc & sentire, & scribere intelligent omnes, nempe concilij Niceni decretum à Constantinopolitano Concilio fuisse prorsus abrogatum, & correctũ. Confirmatur nostra sententia can. *Quoniam mos antiquus* Dist. 65. At verò morem illum antiquum peruertit postea magnis technis Romanus Pontifex.

Decimum exemplum est Concilium Carthaginienſe, quod cap. XLVII. recipit pro authenticis libris eos, quos Laodicenũ Concilium cap. vltimo reiicit. Ergo alterutrum errat. Bellarminus
Cartha-

Carthaginienſe præfert Laodiceno, quoniam eſt hoc proſterius. At ego ex Iſidori Regula in can. *Domino ſancto*. Diſt. 50. Laodicenu præfero, quoniam eſt antiquius.

Vndecimum exemplum eſt Concilij Toletani primi. Nam cap. xvii. vult vt qui concubinam habet, nihilominus ad S. Cœnam admittatur. At iſta copula eſt pollutio, quia coniugium nequaquam eſt Hebr. 13. verſ. 4. Imo etiam eſt adulterium, ſaltem ſcortatio nominatur can. *Aliter* 30. quæſt. 5. & cap. *Cum inhibitio* Ext. de *clandestina diſpenſatione*. Scortatores autem non ſunt tolerandi in Eccleſia Dei, 1. Corinth. 6. verſ. 9. Quare proculdubio errauit grauiffimè hoc concilium, quod tamen Leo Pontifex approbauit cap. 21. ejuſdem Concilij. Iſtaque gloſſa ipſa in can. *Is qui* Diſt. 34. in hoc Cõcilij decretum acerrimè inuehitur. Quid igitur Bellarminus? Variè primùm ſe verſat, & vexat, præſertim quum hoc Concilium diſertè Leo primus confirmariſſet, etſi in epiſtola 92. c. 4. ſibi poſtea contrarius fuiſſe apparet. In ſumma, Eò confugit Bellarminus col. 909. L. C. vt ſcribat & illic, & in Iure Ciuili veram vxorem appellari concubinam. Nugæ. Nã & diuerſa ſunt nomina, & res diuerſæ, & diuerſi tituli & Rubricæ in Iure Ciuili, *Nuptiæ*, & *Concubinatus: vxor & concubina*, vt eſt in can. *omnibus*, quem ipſe citat & can. *Chriſtiano* Diſt. 34. Coniunctio cum cõcubina non eſt ſacramentum: coniunctio cum vxore eſt ſacramentum, teſte hoc Leone Epiſt. 92. cap. 4. qui hoc Concilium comprobauit. Eò quoque decurrit Bellarminus, vt quod in eo Concilio ſcriptum eſt de Lecne, & il-

lius approbatione, neget esse verum. Itaque Concilium ipsum Toletanum Bellarminus arguit falsi: qui est error maximus. Itaque iam suffragio Bellarmini vicimus, & errant Concilia: imò mentiuntur. *ὅτι δ' ἐὶ δ' ἐξ' α*, id quod demonstrare oportuit.

Duodecimum exemplum est Conciliū V Vormatiense, quod iubet fures occultos manifestari per sumptionem Eucharistiæ cap. tertio. Atque hæc vulgaris probatio damnata toto Titulo *Ext. de purgatione vulgari. li. v.* Est enim error hic maximus. Respondet Bellarminus hoc Conciliū esse à Thoma Aquinate improbatum in 3. p. q. 8. Art. 6. ad 3. Atqui respondeo. Hoc tamen probatur à Pontificibus & Canonistis, & Gratiano, vt apparet ex can. *Sape contingit. ii. quæst. iv.* & quod improbatum, idcirco improbatum à Pontificiis, quoniam errauit manifestè.

Decimum tertium exemplum est Cōcilium vi. generale ab Adriano Pontifice Romano, Nicolao primo, Innocentio III. comprobatū, vbi ca. 2. Conciliū Cypriani de rebaptizandis iis, qui ab hæreticis baptizati sunt, laudatur: & c. 72. Matrimonium cum hæreticis contractum solui iubetur. Vterque hic error est grauissimus, contra Dei verbum scriptū, *Math. 19. v. 9. i. Cor. 7. v. 11.* Bellarminus tamē mauult nodū abscindere, quàm soluere. Itaque negat esse legitimum Concilium. Atqui hoc ipsum probatur & confirmatur etiam vii. Synodi actione 3. 4. 5. 6. vbi diuini hi canones appellātur: & à Pōtificibus Rom. fuere perspicuè confirmati Adriano prima in epist. ad Tharasiū, Innocētio 3. c. à multis. *Ext. atate ordinādorū.* Sed & Gratianus probat can.

Si quis Dist. 32. cuius decretū à Papa cōfirmatū est, Decimūquartum exēplum est Concilium VII. quod Nicenum Concilium secundum appellatur, Nam iubet ca. 7. & 9. Mortuorū hominum imagines à Christianis coli, contra manifestū Dei præceptum, Exo. 20. v. 4, contra Constantinopolitanū conciliū antea sub Constantino Copronymo collectū, cōtra conciliū Francofordiense sub Carolo Magno coadunatū. Ergo Cōcilia, & quidē à Rom. Pontifice (quale hoc Nicenū fuit) confirmata grauiterrant. Quid verius, aut certius dici aut afferri potest? Quid igitur contra Bellarminus?

Respondet, Constantinopolitanū Conciliū nō fuisse legitimū, quoniā illi non præfuit Romanus Pontifex. Respondeo, Negatur consecutio. Est enim hic vetus & ineptus Bellarmini Coccyllus. Deinde Francofordiense conciliū probauit Papa, quod Nicenā istam Synodū prorsus dānat, & reicit. Ergo ad id quod ait Bell, *Aeneas ignarus abest*, respondero, *Ignarus & absit*. Neque enim Synodi tā probandæ sunt propter Patriarcharū istorum, quos iste vult, præsentia, quàm quòd decreuerunt ea, quæ cum verbo Dei cōscripto consentiunt. Id quod illud Constantinopol. conciliū secutum est.

De Francofordiensi autem concilio (quod & Adrianus cōprobauit, & hoc Nicenum condemnat) quid respondeat, nō habet Bellarminus. Multa quidem comminiscitur vir acutus, vt elabatur: sed non potest. Nam apertè rem Carolus Magnus definiri voluit, & Imaginū adorationē & cultum Niceno cōcilio inuectū abrogat, & execratur. Cōciliū Frācofordiense. Primū igitur ait, iste, nō fuisse

hoc legitimum Concilium, quia Papa abfuit. Falsum hoc est. Nam per legatos interfuit, & idem Pontifex postea etiam illud Romæ comprobavit, (videlicet Adrianus. 1.) Secūdo ait hoc Concilium nunquam obtinuisse, & illius decretum de Imaginibus non colendis nunquam fuisse obseruatum in ecclesia, ac retentum. Hoc quoque falsum est. Nam nusquam Imagines Sāctorum defunctorum tempore Caroli Magni in toto ipsius imperio cultæ fuerunt: & postea dum coli inciperent, sunt à Claudio, etiam homine Hispano, Taurinensi Episcopo & Taurini, & in tota ipsius Diœcesi deiectæ, & Templis Christianis detractæ, teste Iona Aurelianensi Episcopo. Denique ait Bellarminus omnino dubium ac incertum esse, quid in hac Synodo Francofordiana fuerit statutum de Imaginibus, & quæ Græcorum Synodus fuerit damnata, vtrum Constantinopolitana, quæ cultum Imaginum sustulit, an Nicena, quæ eum induxit, & constituit. Itaque dum nodum soluere & argumentum hoc diluere Bellarminus non potest, illud, vt sepia Piscis suo atramento, vt elabatur obscurat, & inuoluit, & Glauconiam obiicit astutus oculis, ac tenebras offundit. Verūm res manifesta est, extant libri, legatur Synodus, ea damnat Græcam præcisè Nicenam, quæ Imaginum adorationem probavit. Quid igitur tergiuersatur Bellarminus? legatur Rhegino lib. 2. Emilius lib. 2. Annonius lib. 4. cap. 85. Ipse Bellar. col. 913. L. C. D.

Quod ad Caroli Magni libros anno Domini 7549. de nouo æditos (quos iste per contemptum Carolinos vocat, quoniam sunt spina in ipsius oculis

culis acutissima) quantum potest Bellarminus eorum fidem eleuat, quoniam eosdem confutare, quum verum dixerint, nō potest. Atqui à tota antiquitate testimonium veritatis habēt. Et mirum est, quòd suo more, Bellarminus eos extare scriptos non negauerit. Quod enim refellere non potest, intrepidè, sed impudenter, negat esse scriptū, quanquam extat. Sed in tam recēti æditionis memoria, & quum innumerabilia per totum mūdum horum librorum exemplaria extent, non est ausus istas suas artes notas aduocare, vt Medea, & tam impudēter mentiri, quanquam est effrons Bellarminus.

Porro quod iste col. 915. L. C. negat hos libros, in quibus Imaginum cultus damnatur, esse Caroli Magni, quia Ionas Aurelianensis, qui Imagines in templis solūm retinendas esse vult, non autem colendas vocant Carolum Imperatorem pium, est elumbis ratio. Vocat enim pium, quia licet Carolus, & Francofordiensis Synodus Imaginum cultum omnino damnaret, eas tamen è Templis non detraxit: sed ex Gregorij primi vafra distinctione ad piorum memoriam, tãquam idiotarum libros retinuit. Sic enim Gregorius Sereno Massiliensi Episcopo rescripsit: id quod & Carolus, & Synodus fecere, vt in eo (quod *ἀδραφορον* esse putabant) gratificarentur Romanis Pontificibus, quos in Imperatores Constantinopolitanos propterea exacerbatos videbant, quoniam Constantinopoli illi imagines de Templis omnibus deiecerant, easque cremarant. Sic enim Occidentales ostendere volebant, se causam Romani Pōtificis

probare: factum autem Constantinopolitanorum
 Impm. damnare. Eadem de causa Adrianus ipse
 Synodum Francofordianam approbavit, quia se
 tuebatur aduersus Constantinopolitanos.

Quum autem idem Adrianus Papa intelligeret
 suum illum de Synodo Francofordiana consensum
 postea longius pertrahi, tanquam & ipse quoque
 cultum Imaginum condemnaret, atque Constans-
 tinopolitanorum Imperatorum sententiam sub-
 scriberet, mutatam sententiam Adrianus iste contra
 Francoford. Synodum, (quasi Nicenae secundae
 mentem non recte percepisset) scripsit homo im-
 pudens, & sibi contrarius. Verum Gallici, Germa-
 nici, aliique pii Episcopi hoc Adriani scriptum
 contra Francofordiensem Synodum spreuerunt,
 & nihili fecerunt. Itaque Synodi decretum inter
 eos obtinuit, ut retinerentur quidem in Templis
 Christianis imagines (velut res *μειον* & *αδελφοποιος*,
 imo etiam tanquam utiles idiotis libri) non ta-
 men ut villo pacto a Christianis colerentur. Sic e-
 nim & vna fidelia duos parietes dealbarunt. Nam
 & Constantinopolitanos Imperatores damna-
 bant, qui eas deiecerant de Templis: & Romanis
 Pontificibus (a quibus iam Carolus Magnus vena-
 batur, amabat, & aucupabatur Imperium) blan-
 diebantur, qui eas in templis docebant retinen-
 das: sed postea Ro. Pontifices iidem addiderunt,
 mutatam impudenter sententiam, & colendas quoque.
 Et haec est vera totius huius Synodi, consensus A-
 driani, & postea eiusdem dissensus historia, quam
 inuoluit, mutat, & adulterat veteratorie Bellar-
 minus, ut eam ad suum errorem tuendum miser
 contor-

contorqueat, si potest.

Cæterum qui errores insunt in illis quatuor libris, eos repudiamus. Nec enim ipsam illam Francofordiensem Synodum, & illius cōtra Nicenam secundā decretum admittimus, quoniam à Carolo & Laico, & Milite, editū est, (vt iste Carolus illum Magnum orbis, Imperique Occidentalis Instauratorē irridēs, & Monachus audacissimus, appellat, & loquitur) neque quoniam à pluribus Episcopis scripta illa sunt: sed quia cum Dei verbo scripto, cui soli in controuersis fidei credimus, consentiunt. Ergo nobis fas est ex ea regula falsa à veris distinguere, hæc solū probare, illa reiicere. Id quod Bellarmino, & Pontificiis nō licet, qui ex solo sui Pōtificis Romani nutu & excreatu toti dependent, & sapiunt, & sua hauriunt.

XV. Exemplū à nostris prolatum, ex quo ostenditur Concilia à Romano Pontifice probata errare posse, est sumptū ex duobus cōciliis sibi prorsus contrariis. Nā vnū acta Formosi Papæ irrita facit: alterū verò eadē confirmauit, Respondet Bellar. Illic erratū fuisse solū in facto, non in iure. Respondeo, Imo & in iure, & in facto. In iure, quoniā per vim, & Simoniā factus creatusque Pōtifex (nā vterq; & Stephanus, & Formosus, & Sergius quoq; ea via renuntiati sunt à suis Electoribus) probatus est, eius acta cōfirmata, cōtra can. *Quicūque* 9. can. Cū liqueat can. *Principatus* 1. quæst. 1. In facto autē quēadmodū cōcedit hīc Bell. & cōfirmat Carolus Sigonius li. 6. de regno Italię. Sed quū infallibilitatē iste tribuat iis cōciliis, quę Papa cōfirmauit, cur nō tā in facti, quàm Iuris cognitione, ac decisione

data est? Vtrouis enim modo errēt Concilia, semper errant. Nec valet solutio, à Christo facta promissio Petro est de fide, quia fides etiam in cognitione facti magnam partem versatur, ac posita est, velut, quòd Christus natus sit, passus, mortuus, resurrexit &c. in quibus ex Bellarmini distinctione (non obstante Christi promissione) poterit errare Pontifex Romanus & Concilium ab eo confirmatum, quia non habet promissionem de infallibilitate in quæstionibus facti, vt hic concedit.

XVI. exemplum est Concilium Romanum sub Nicolao II. Christi videlicet verum corpus dentibus atteri, manibus sacerdotum frangi, vt est in can. *Ego Berengarius consecratione Dist. 2. Quod pugnat cum Dei verbo Romano 6. vers. 9. & cum rei ipsius veritate, teste hîc Bellarmino col. 917. L. D. Itaque & glossa in d. can. Ego ait hoc ipsum esse magnam, & manifestam hæresin. At Bellarminus respondet hæc canonis verba non de ipso vero Christi corpore esse sumenda: sed tantum de signo corporis Christi. Respondeo, Legatur canon. Verba enim eius sunt clara, quæ de ipsomet Christi corpore vero: non autem de eius signo & sacramento loquuntur, vt fingit Bellarminus. Itaque huius sui dicti meminerit, postea in controuersia de S. Cœna Bellarminus ipse. Prope enim est, vt sit Calvinista, vti & Lombardus lib. 4. sentent. Dist. 10. cap. 3. quum ait in Eucharistia, Panem appellari corpus Christi non rei veritate, sed significandi mysterio: & Gratianus in can. *Hoc est. 6. Sicut ergo consecrat. Dist. 2.* Ergo quum contra Calvinistas sentiat, & aliud quàm hi, Concilium Roma-*

Romanū, certè manifestè, licet à R. Pōtifice confirmatum, errat gravissimè.

XVII. Exemplum est Lateranēse Concilium sub Innocentio III. vbi dicitur Panis & Vinū Eucharistiæ trāssublūtari in verum Corpus & sanguinem Domini Iesu Christi: At idem Innocentius 3. tradit in cap. *cum Marte Ext. Celebratione Missarum*, tam probabilem esse, & tutam opinionē de Successione corporis Christi, quàm de Transsubstantiatione. Ergo Articulus fidei esse neque debet, neque potest opinio de Transsubstantiatione, vt tamen dicitur c. 1. §. *Vna extra de Summa Trinitate*. Quare & sibi ipse contrarius est Innocentius III. & concilium hoc ab ipso confutatur, quicquid hic inutiliter, & vanè garriat Bellarminus.

XVIII Exemplum, & XIX. est ex duobus conciliis, nempe Constantiensi, quod sess. 13. excommunicat omnes sub vtraque specie communicantes: & Basiliēsi, quod communicationem sub vtraque specie concedit Sess. 30. omnibus fidelibus, qui voluerint, non autem solis Bohemis, quemadmodum Bellarminus mentitur, & manifestè ibidem Concilium Constantiense damnat, quod etiam commemorat. Ergo vnum ex his erravit. Deinde eadē hæc duo Concilia definiunt Concilium esse supra Papam. Contra verò sensit Cōcilium Lateranense sess. 11. Quæ duo dogmata planè inter se pugnat, & vnum ex illis falsum est. Quid Bellarminus? Postremum, hanc Conciliorum ἀντιλογία differt in cap. 17. huius libri, & nos quoque. Primum autē sic excusat, Quod Constantiense Conciliū eos excommunicavit, qui sub vtraque specie communicant.

donec Ecclesia cū his dispēfarit, & aliud statuerit. Respondeo ego. Imo neque prohibere potuit Ecclesia quod discretè Christus præcepit fieri, *Bibite ex eo omnes*, Mat. 26. v. 27. neque de eo dispēsandū est, vt fiat, quod est cōmune officiū Christianorū omniū, quale est bibere ex calice in S. Cœna, Mat. 14. ver. 23. Et sic quidem euincimus Concilia Generalia etiam ab Episcopo Romano confirmata grauitè errare. Id quod demonstrandum nobis erat.

Ad Cap. ix.

PReterea contra superiorem Bellarmini errorē inuictam rationē obiicimus, hāc nēpe, Cōcilia & generalia, & à Papa laudata, tamen ex maiore humanorum suffragiorum (quæ falli possunt) numero ea definire, quæ decernunt: præsertim quum iste col. 923. L. C. scribat alioqui nullum fore legitimum Concilium, nisi illius decretū formetur ex maiori suffragiorum parte. At illa pars turpissime labitur sæpe. Est .n. propriū hominis errare, falli, & decipi, Ps. 116. & M. Tullius lib. 1. de officiis. Respondet Bell. hoc periculum minime esse in Conciliis metuendum, quia dixit Christus, *Petre rogaui pro te ne fides tua deficeret*. Luc. 22. vers. 32. Respondeo esse fallaciam A dicto, secundum quid ad dictum simpliciter. Nam illa Christi promissio spectat tantum proxime futuram Christi abnegationem, quam Petrus mox & statim facturus erat. Potius afferret Bellarminus illud Christi, Matth. 18. *ubi duo aut tres collecti fuerint in nomine meo, ero in medio eorum*. Verum respondeo, Nequaquam illi con-

illi congregantur in nomine Christi, qui contra Christi verbum, ac doctrinam aliquid decernunt & statuunt. Id quod sæpe facit maior hominum ceteram in Conciliis collectorum pars.

Nam quod fingit iste, Bonos licet paucos, & orthodoxos Episcopos coacturos & effecturos esse sua autoritate, vt Mali & hæretici, velint, nolint, sanam doctrinam sequantur, est Bellarmini votum seu somnium, quod & Ariminensis, & Ephesini, & Tridèrini ipsius Concilij tristi exitu, imo perpetua rerum experientia cõfutatur. Itaque ait Nazianzenus se nullum felicem Conciliorum successum vidisse. Denique tam ineptus est hic Bel. vt omnes, qui mithram episcopalem gestant, putet esse orthodoxos Episcopos, & in articulis fidei definiendis sine examine credendos. Quod est bruti hominis. Quam vero suavis est & Bellarmini, & eorum ratio & oratio, qui scribunt, modò credatur aliquod Concilium esse legitimum, & orthodoxum, tale esse. Falluntur isti. Nam propter nostrum opinari, & credere, nihil in rerum natura mutatur, neque fit verum, quod per se falsum est. Ergo tandem eo decurrit iste, vt valit tunc esse Concilium aliquod legitimum & orthodoxum, si fide saltè historica tale esse credatur. Qui idem qui supra, error, inepties, & stultitia est. Sed vnde Concilium legitimum definiendum sit, nescit procul dubio Bellarminus: neque Melchior Canus nouit, à quo iste nihil didicit, & tamē nos ad eum remittit. Disce verò à nobis Bel. (Nos. n. benigne hoc in te beneficiū & in tuos cõferemus, Conciliū esse legitimū ratione quidem doctrinæ, ac

decretorum, si illa cum Dei verbo consentiunt: ratione verò conuentus esse legitimum, si iussu summi eorum, qui conueniunt, & vbi conueniunt Magistratus coadunetur. Ratione verò personarum, si qui cōuocandi sunt, omnes publico edicto fuerint accersiti à Magistratu. Ratione verò suffragiorum, si illa libera, non coacta, non domo allata præiudicia fuerint. Hæc quattuor notet Bellarminus. Ex his enim intelliget quæ sint, fuerunt-ve legitima Concilia, quæ non. De quib. constare debet accurata & diligenti disquisitione: non autē vana & puerili opinione credenda, & vt vult iste fide. Hoc à nobis isti habeant.

Ad Cap. x.

Concilia particularia siue à Romano Pontifice probata, siue non, errare posse, certo certius est, & nos antea demonstrauimus supra capite quinto: etsi rationes, quas hic affert pro sua sententiâ Bellarminus, aut leues sunt vti prima, secunda & tertia: aut omnino nullæ, velut quarta. Quod vero torquet iste sese ex cap. *Ad abolendam* supra de *Hæreticis*, in hac quæstione, Vtrum Particularia Synodi de hæresi iudicare & definire possint, ineptus est. Nam primum Lucius ipse Papa (cur contradicere nefas putant isti) in d. cap. *Ad abolendam* statuit posse: vt prætermittam Conciliū VII. Act. 3. concil. VIII. Act. VII. quæ idem volunt. Deinde quod fundamentū habēt generalia Cōcilia ad definienda fidei dogmata, Nēpe verbū Dei scriptum: hoc idem habēt, & habere possunt particularia Synodi. Ergo & ipsæ quoque de hæresi offunt & quod ad dogma, & quod ad hæretici personā iudicare: quanquam ea decreta nequaquā

in Ecclesia sunt parisi autoritatis, atque momenti, quam generalium Conciliorum decreta, & statuta: Reliquum istius capituli decimi est nihili.

Ad Cap. xi.

Quæ scribuntur in hoc capite, sunt magnâ partē inutilia, reperita à Bel. & à nobis iâ cætes constatata, Nempe R. Pontificæ afferre, & dare infallibilitatē Concilio, quam ipse nō habet. Hoc. n. est *ad wiatov*. Solum illud est probabile, quod scribit iste col. 922. L. D. *Non sunt legitima Concilia, quæ pugnant cum suo capite*. Hoc enim eatenus verū est quatenus Christus, non autem Papa R. statuitur caput Conciliorum: à quo quum disceditur in doctrina legitimū Conciliū & orthodoxū esse nō potest. Nam quod iste ex alieno, nempe Melchioris Cani scripto tradit expectandam ac sequendā esse R. Pontificis instructionem legatis suis datam ut sit legitimum Conciliū, omnino falsum est, quū ex Conciliis Cōstantiensi, Basiliēsi & ex Sorbonæ Parisiensis decreto Conciliū sit supra Papā: neque ex eo pendeat, præterea, si sic fieret, Episcopi in Concilio iā non essent iudices, sed mancipia Papæ duntaxat, & qui solum ad illius postulata, effata, enuntiata responderent, *Amen*. Quod turpissimum servitutis genus est, & Episcopis Christianis indignum.

De legatis autem Pontificis Romani sic contemptim hic loquitur Bellarminus, ut eos mercē referendariis, qui vocantur in Curia & Rota Romana similes esse velit, adeo ut vel nulla, vel non magna sit in conciliis eorum autoritas. Itaque deprimit mire, quos eucere voluit: & sic surripuit

præuaricator est, & in suos etiam Pontifices conuitiator, cuius legatos docet esse aspernandos, ut nudos *Postus* Papæ, & cursores, & internuntios, qui tantum litteras Pontificis deferunt, aut recitant alii: quas etiam interpretari ne audeant quidem, aut earum mentem explicare: sed tantum ad Pontificem recurrere. Itaque æstuat Bell. in eo, quid de Concilij generalis (in quo legati Papæ sine instructione adfuerunt, & assenserunt) decretis sit sentiendum, Vtrum illa errare possint, præsertim si anathema quoque aliter sentiētibus fuerit à Concilio additum. Quis dubitat quin & illa errare possint, non quia non habent instructionem à Papa: sed quia sunt meri homines. Ecquis vero tandem erit istarum ineptiarum finis? Cur melioribus & studiis, & rebus ingenium illud suum fecundum non applicat Bellus? Sed non potest, quia Monachus & quidem Hefuita est. Bel. vecors, ineptus, curiosus, inutilis, assētator.

Quando verò Concilium sequitur R. Pontificis sententiam legatis ipsius datam, tunc, ait iste, Conciliū infallibiliter errare non potest. Cur vero? Quoniam addit, Tunc consentit corpus. i. Ecclesia cum suo capite. i. cum Papa. Respondeo falsum hoc esse: est enim Christus, non Papa, Ecclesiae caput, Ephes. 1. v. 22. Deinde quum Concilium consentit cum Papæ sententia, procul dubio illa censetur esse à Deo. Respondeo, Imo potius tunc euenit, quod ait Christus, cæcus cæcum ducit. Itaque vterque in foueam cadit, Mat. 15. v. 14. Et Leo, 1. Epist. 61. ad Concilium Chalcedonense nihil sua confirmatione opus esse scribit. Quod enim hic allegat Bellarminus Concilium Nicenum primum, & Ephesinum, contra ipsum eum facit. Nam non fuit in his

ullo pacto vel postulata, vel expectata R. Pōtificis autoritas, ac cōfirmatio, vel ad fidei dogmata corroborāda, quę Synodi illę decreuerunt: vel ad hereticos, qui illic tales iudicati sūt, de sua sede depellēdos. Statim. n. atque ista decreta facta fuerūt ab illis Synodis, valuerūt. Quod ad conciliū chalcedonēse, & VI, Act. 8. & 12. illa ex nimio quodā duorū illorū Imperatorū constantinopo. aduersus R. Pōtificē fauore, tūc noto, clamores, & coaxationes furiosas legatorū R. Pōtificis sedare, mitigare prudenter, & placare studerūt, ne esset totius Synodi inutilis & infructuosus cōuētus. Itaque vt acta illa magis apud ipsos Impp. valerēt, qui tantum (suo quodam priuato in Papam R. studio) deferebant, à Papa ea confirmari, voluerunt, vt ab Imperatorib. postea quoque prōptius & lubētius cōfirmarētur.

Ad cap. xii.

Mirus est artifex, & astutus Bell. qui laqueos, in quos temere se induit, sic abscindit, vt ipse putat, & exiit: Verū fallitur. Manet. n. iis irretitus, & deprehensus, & vt forex, suo se prodit indicio, velut in hac quæstione, Vtrū Concilia (.i. hominū, & quidē mere hominū vox) sint S. scripturę & ipsi Dei verbo scripto & voci patefactę præferenda. Nihil huius rei definitione facilius, & clarius, videlic. Nō esse præferēda, imo ne ex æquāda vel æquiparanda quidem Is. I. v. I. Actor. 4. ver. 19. 5. ver. 29. 2. Petr. I. ver. 19. Ps. 19. ver. 9. Id quod verbis, quidē cōcedere videtur iste, tū re ipsa negat, cū asserit S. scripturę autoritatē quod ad nos, & ipsius interpretatio. ē, pendere ex Cōciliis. i. hominibus, Cōtra verò D. Pet. 2. Pet. I. v. 20. 21. negat eā esse

humanae interpretationis. Nam eius est interpretari legem, aiunt Iurisperiti, cuius est & condere. Atqui Dei verbum est lex à Deo ipso condita, data, profecta, 2. Timoth. 3. v. 16. quare Dei ipsius est eandem legem explicare, ac interpretari. Id quod facit. Nam quemadmodum docet Augustinus, id quod in vno S. Scripturae loco obscurum est, in alio apparet dilucide, & perspicue expositum. Verum isti duabus de causis in eo peccant, Primum, quod non tota lege, id est, Diuina Scriptura perspecta respondent, quod est inciuile. Deinde quod hominum deliriis & receptis iam opinionibus, vt insensati Galatae, Galat. 3. fascinati, & preoccupati suam verbo Dei audientiam & summum honorem deferre non possunt, vt & soli illi, & imprimis acquiescant. Itaque Bellarminus ipse ait col. 925. L. D. quam summam interpretandae S. Scripturae auctoritatem conciliis tribuit, eam tantum esse declaratiuam verborum S. Scripturae. Verum & haec ipsa declaratio perpendenda est, vtrum aliquo eiusdem Sacrae Scripturae loco manifestè confutetur. Atque eo casu minimè gentium erit à piis & Christianis hominibus admittenda, vtpote verbo Dei & doctrinae Christi repugnans.

Quod ad priuilegia illa quinque, seu praerogatiuas, quas Bellarminus ex nostris scriptis S. Scripturae supra Concilia omnia tribuit, prima quarum est. Quod illa Scriptura sit immediatè à Deo: 2. Quod non humana sagacitate reperta sit, aut iis, à quibus scripta est, innotuerit. 3. Quod nullum errorem in vlla sui parte habeat. 4. Quod ne verbum quidem vllum superuacaneum aut reiciendum
in

in ea ſit. 5. Quòd nullius hominis, aut hominum cœtus confirmatione, aut approbatione ad ſui certitudinem egeat: illa, inquã, privilegia vera ſunt: ſed ea ſtatim euertit Bellarminus hęc, & in prima controuerſia ſuprà, vbi & certitudinem & interpretationem, huius ſacræ Scripturæ ex iudicio, approbatione, & ſuffragio eccleſiæ, id eſt, hominum, ac imprimis vnius Romani Pontificis autoritate pendere ſcribit, & contendit ex can. *Hæc eſt fides* & ſeq. 24. quæſt. 1. In quo quàm ſibi ſit contrarius & quàm inconſtans, vident omnes. Quare repetã illud, ad populum phaleras: nos iſtas technas, Bellarmine, tuas nouimus, & tuam præuaricationem. Imo hoc capite col. 927. L. D. non diſſimulanter ſcribit S. Scripturam & Concilia non eſſe maioris inter ſe autoritatis: quibus verbis quicquid dignitatis Dei verbo tribuit, detrahit tam eſt miſer.

Non caret autem ratione quòd hęc meminit iſte can. *Si Romanorum*, & can. *In canonicis* Diſt. 9. vbi Decretales epistolæ Papparum inter Canonica ſcripta recensentur: imo Sacris Scripturis exaquantur. Verùm his debuit idem Bellarminus addere can. *officij* can. *Hæc eſt fides* can. *Rogamus* 24. quæſt. 1. in quibus Romani Pontificis decreta immota, certa, indubitata, & vbique in eccleſiam admittenda à Pontificibus ipſis Romanis iactantur, & prædicantur. Quĩdni verò ambitioſi homines Papæ tantum iuris ſibi uſurpent, quum in ipſam Dei numen & nomen inuaſerint? Quum ſupra & Vetus & Nouum Testamentum diſpenſent, & contra Apoſtolum, vt eſt in cap. *Propoſuit*. Ext. *De conſeſſione præbendarum*? Sunt verò hæ omnes ſententiæ

merè blasphemæ, & impiæ. Id quod semel & rotundè fuit à Bellarmino pronütianum, vti Gregorium Magnum de quatuor Conciliis, libro 1. Epist. 24. intrapidè damnauit hoc loco. Verùm ne à suo sodalicio flagellaretur, maluit circuitione quadam damnare Gratianum falsi & hîc, & sæpe alibi, quàm rotundè loqui. Quod in eo crimen est frequentissimum, licet illius scripta fuerint à Pontifice, & Pontificiis summè probata, & ex his suam doctrinam vt plurimum confirmant.

Ad Cap. XIII.

Questio ista, Vtrum Papa sit supra Conciliū, sæpius agitata est, nō eo demum, aut vno tēpore, nempe, quo Pisanum Concilium conuenit, qui fuit anno Domini 1410. Nam, quemadmodū apparet ex glossa in can. *Nemo iudicabit.* ix. quæst. 3. & in cap. *Proposuit nobis.* Ext. de *Concessione prebendarum,* & in can. *Concilia.* Dist. 17. (quæ præcesserunt multis seculis Pisanum illud Concilium) iā disceptatū est de eo ipso, Nū Papa esset supra Concilium, an contrā. Quin verò & Pelagius. I. in can. *Quauis.* Dist. 21. & Stephanus in can. *Nunc verò,* & Nicolaus I. in can. *Per principalem.* ix. quæst. 3. (qui omnes lōgè vetustiores sunt isto Pisano Concilio) senserunt iam hæc tela, & aduersus ea se suis ipsorum decretis munierunt, quantum potuerūt. Ergo magna est in Bellarmino, apertaque *auisoria,* qui hanc quæstionem solūm ex anno 1410. & Concilio Pisano repetit, quum iam tum primum esse in Ecclesia ceperit, quum tyrannidem in Ecclesiam illi ausi sunt vsurpare. Verùm ex quacunq; causâ hæc quæstio fuerit orta, est examinanda, & tractanda.

tractanda. Nam quod ad tempus ortæ quæstionis ipse se refutat Bellarminus, col. 930. L. B. quia ventiosorem esse docet.

Ad Cap. XIII.

HOc caput monstrat quàm perplexa reddita est hæc quæstio, quæ alioqui facillima erat ad iudicandum. Nam Concilium esse suprà Papam hæ rationes, vel manifestissimè probât. Prima, Quòd maior est autoritas totius corporis, quàm vnius duntaxat partis. Nam Papa est solùm pars. Secunda ex Hieronymo, & est in can. *Legimus*. Dist. 93. Maior est autoritas orbis, quàm vrbis. Tertia ex can. *Concilia*, Dist. 17. Papa tenet suam autoritatem à conciliis. Quarta, Potestas ligandi, & solvendi data est toti Ecclesiæ, non vni Papæ, Johan. 20. vers. 21. Verùm tyrannis Papparum, & assentatio Monachorum effecere obscurum, quod ex se planum, & perspicuum erat, astu Satanæ, & in perniciem Christi.

Ad Cap. xv.

VEterem coccysum & cantilenam suam recinit, ac recoquit miser iste Bellarminus, quoniam iis rationibus, vt pote falsis, diffidit, quas antea pro ea protulit. Est autem hæc istius repetita crambe, *Pontificem Romanum esse caput non modo particularium Ecclesiarum, sed etiam totius Ecclesie collectæ*. Quis hoc iam credet? Hoc iste iam inculcauit millies, & nos confutauimus millies: tamen ne non satis isti Cyprio boni sit, & sufficiat sua merenda iam apposita, & nos quoque aliquid illi addamus. Primum locus ex Matt. 16. *Tu es Petrus*, &c. ab hoc citatus, nihil probat. Est enim fallacia Ab ignoratione Elenchi. Transfert enim

ad vnius Petri personam id, quod Christus de fidelium omnium fide dixit. Secunda ratio ex Mat. 18. ver. 17. *Dic Ecclesiae*, id est, *Concilio*, fallacia est Ab æquiuocatione, & falsa illius loci interpretatione. Nec enim quotiescūque obstinatus aliquis sanas fratris admonitiones non audit, conuocandum est generale Ecclesiae Concilium, vt excommunicetur, & sit nobis Ethnicus. Ait enim Paulus 1. Corinth. 5. *Vobis cum meo spiritu congregatis*: item 2. Thessal. 3. ver. 14. Id enim ad cuiusque Ecclesiae consistorium spectat. Sed homo iste Monachus in tenebris natus, sub tyrannide Papæ, educatus, est omnino ignarus omnis veræ disciplinæ Ecclesiasticæ. Itaque postea, col. 939. L. C. ait illorum verborum mentem esse incertam. Tertia ratio, *Concilium est propriissime Ecclesia Dei*, falsa est. Nam Concilium, quantumuis generale, non propriè, nedum propriissime: imò tantum tropicè & synecdochicè dicitur Ecclesia, nempe pars pro toto, non formaliter Ecclesia: sed repræsentatiuè solum. Itaque prorsus evertitur Bellarmini argumentum, hic à vocis proprietate sumptum.

Quarta ratio ex Iohan. 20. *Pasce oves meas*, est puerilis. Omnes enim cuiusque Ecclesiae singularis oves, sunt oves Christi: ergo non cominendat Christus Petro totam in vniuersum Ecclesiam, sed eam duntaxat Ecclesie partem, quam illi commissurus erat, & si Paulo credimus, vt plurimum Petro tribuas, tantum illi Iudæos, non etiam Gætes attribues. Galat. 2. ver. 9.

Quinta ab autoritate trium Conciliorum ducta, est inanis. His enim repugnant alia, & præsertim

tim Nicenum Primum, quod aliis Patriarchis eãdem autoritatem tribuit in suos, quàm Romano in Italos.

Sexta ratio, quæ tres alias continet, est & inanis & falsa. Christus enim est caput Ecclesiarum particularium, & Collectarum: non Papa, Ephes. 1. v. 22. Ministeriale caput sunt singuli Episcopi in suis Ecclesiis & gregibus, teste Bell. col. 934. L. B. §. *Et quamuis*: teste Petro. 1. Pet. 5. v. 3. Itaque singuli Pastores in suis Ecclesiis, sunt Vicarij veri Christi. Nam quod pro se citat, Sess. 8. Concilij Constantiensis, ineptum se Bellarm. ostendit, quoniam eodem à Concilio confutatur manifestissimè. Nam Sessione 4. idem Concilium sine circuitione pronuntiat Concilium generale esse supra Papã. Denique quod isti afferunt ex can. *Nemo iudicabit*: cù seqq. 1. x. quæst. 3. nullam fidem facit, quum sit proprium Pontificum pro se ipsis testimonium.

Ad Cap. xvi.

HOc caput prorsus evertit Bellarminum. Nã Dominus docet Ecclesiam esse vnum regnũ, ac proinde vnum tantum caput habere: & eam habere quicquid habet potestatis à Christo, velut à suo *Capite*, Ephes. 1. ver. 22. & *Pastore*, Iohan. 10. & *Sponso*, Iohan. 3. ver. 29. fatetur, non à Papa, sed à Christo esse potestatem, quam habent quicumque sunt in Ecclesia. Itaque quum hostitulos tribuit Christo, eos detrahit Pontifici Romano. Nã quod ait eum esse Christi Vicarium, id falsum esse supra docuimus. Reliqua huius cap. sunt nulli⁹ momenti.

Ad Cap. xvii.

Iam hoc illud est, quo totus hic Bellarmini liber collimat, & quod tandẽ post multas ambages, &

singulos Pastores vocat *oconomos* domus Dei
 seu Ecclesiae, 1. Corinth. 4. ver. 1. 2. Timoth. 2. ver.
 15. item vocat Pastores, uti & Petrus ipse, Ephes. 4.
 v. 12. 1. Petr. 5. v. 3. & 4. omnes Episcopos, & Presby-
 teros cuiusvis Ecclesiae, Actor. 20. versic. 28. Nam
 quod ad dignitatem *capitis*, ea soli Christo com-
 petit, Ephes. 1. ver. 22. 2. ver. 20. Coloss. 1. versic. 18.
 Unde Princeps Pastorum appellatur etiam ab i-
 pso et Petro, 1. Petr. 5. v. 4. Quod ad *Viri & Spon-*
si appellationem, soli quoque Christo quadrat, &
 quidem illius propria est quarto modo, teste Ba-
 ptista Iohanne, Iohan. 3. ver. 29. teste Paulo, 2. Co-
 rinth. 11. ver. 2. *Preparavi*, ait Paulus, *vos Vni Viro,*
nempe Christo; teste Christo ipso, Matth. 9. ver. 19.
 Quare prorsus sacrilega fuit istius concilij Lugdu-
 nensis vox, in cap. *Vbi periculum*. de *Electione* in v. 1.
 quae Papam *Sponsum* Ecclesiae vocat, etsi hoc ha-
 bent in dogmate Hesuiae isti. Sicut omnino quo-
 que blasphemum est, quod in cap. *Ad Apostolica*,
de Sententia & Re iudicata in 6. & in cap. *Vna Sa-*
etate. De *Maioritate*. in Extrauagantibus Commu-
 nibus, nimirum, esse de necessitate salutis omni crea-
 tura humana subesse Rom. Pontifici. Quae voces vs-
 quam magis blasphemae extare, pie lector, possunt?
 Haec cogitatu sunt nefanda, nedum dictu. Tertia
 ratio Bellar. concilia quaedam & Romanorum Pon-
 tificum rescripta sic definiunt. R. Non quid concilia
 definirint, sed quid ex Dei verbo definire de-
 buerint, spectandum est. Nulla vero concilia pre-
 ter Lateranense vltimum sub Leone x. collectum Ro-
 me, Sess. 11. hoc decreuit, quod ait iste: itaque men-
 titur strenue, nec sequitur, ut si qui conuenerat. E-
 pise. ad iudicandos. R. Pontifices, id sui iuris esse ne-

garunt, illud ab iis verè dictū sit, non assentatoriè: aut vt maior Synodus de iisdē Pontificibus iudicare nō potuerit. Iudicant enim de Anastasio secundo can. *Anastasius*. Dis. 19. & in can. *Si Papa*. Dist. 40. de eo Cōcilia iudicare posse. Vtrū sit Papa hæreticus, an non, omnes cōsentiunt: etiam Innocētius ipse III Ser. II. de Consecratione Pontificis, & idem Controuersia tertia ipsemet Bellarminus scripsit. Pontificum autem Romanorum pro scriptis decreta, qualia citat hoc loco Bellarmin. & qualia extant etiam in IX. quæst. III. tanquam domestica testimonia meritō repudiamus omnia.

Itaque quicquid hoc loco & capite tota col. 936. affert, nihil eum iuuat, aut eius errorem cōfirmat.

Hoc autem Lateranense, quod hic citat, Concilium vltimum sub Leone X. confutat ipse Bella. col. 936. L. A. tanta vis est veritatis. Primū quòd non fuerit generale. Deinde, quòd non fuerit ab omnibus etiā Pontificiis receptū. Præterea, quod istud decretum ad Romani Pontificis gratiam & solam assentationem (quoniam in eo, & quidē Romæ, Leo X. homo furiosissimus præsidebat) fuerit æditum, vt faceret præiudiciū futuræ contra Euāgelicos disputationis. Denique quòd nesciebat ipsūmet Conciliū, (quod istud dixit, Papā videlicet esse supra Conciliū) vtrū hoc, tanquā fidei Articulus, sit sequendū, an non. Itaq; scribit hic Bell. eos nequaquam esse hæreticos, qui contra sentiūt. In quo seipsum planè evertit quoque.

Quarta ratio hæc est, Nōnulli Episcopi à Generalibus Conciliis dānati & depositi, ad Papā, velut superiorē iudicē, appellarūt, & ab eo restituti sunt:

ergo Papa est supra Concilium Generale. Respondeo Bellarmino eum hic tot habere mendacia, quot verba. Primum, Nulli à generalibus conciliis damnati Episcopi vnquam appellarunt ad sedem Apostolicam. Quare impudenter mentitur Gelasius in can. *Cuncta per mundum* 1. & 11. IX. quest. 3. Quos enim hic citat & producit ille, velut Athanasium Paulum, Flavianum, Theodoricum & alios, non fuerunt vel à Conciliis damnati, quæ vera Concilia fuerint (nec enim Tyrium fuit verum Concilium, quod deposuit Athanasium: neque Ephesinum secundum, quod cæteros damnauit) vel à generalibus Conciliis. Deinde non prouocarunt ad Romanam sedem, velut ad iudicem superiorè Conciliis: sed duntaxat velut ad fratrem & auxiliatorem misericordem, qui sua autoritate (quam plurimum pollebat) tantam ipsi factam iniuriam curaret ab Imperatore vindicandam Denique vt hoc illi pauci Episcopi fecissent, & sedem Romanam appellassent, non potuerunt propterea suà Conciliis autoritatem adimere. Neque enim hoc paucorum hominum factum potuit vllum regulæ generali (Maior est autoritas corporis, quam partis,) præiudicium facere, aut damnum afferre. Quod tamen iste fallacia A dicto secundum quid, ineptè concludit, & efficit in hoc argumento.

Quinta Bellarmini ratio est ducta à tyrannica & superba Damasi, Leonis, Gregorij, Gelasij in Ecclesiam vsurpatione, Verùm respondeo, Mala & superba Pontificum Romanorum exempla, & facta, neque regulam, quam sequi debeamus, docent: neque probanda sunt. Neque denique quid Romæ

Romæ factum antea fuerit, aut nunc fiat, spectandum est, sed quid Romæ fieri debuerit, aut debeat Ergo probet Bellar. ea, quæ tunc egerunt Romani Pontifices, rectè & ordine, & ex Dei verbo, concessaque sibi à Christo potestate egisse, & vicerit aliàs, minime.

Ad Cap. xviii.

Abyssus abyssum aperit, quemadmodù hîc apparet. Nã ex errore superiori hunc alterù iste colligit, Papam videlicet Ro. non posse se subiicere, quantumvis velit, sententiæ Conciliorum coactiua. Atqui notum est illud, iuri pro se introducto, qui vis renuntiare potest, *L. Si quis C. de pactis.* Quare, etiam si verus esset error iste, Papam ordinariè non posse iudicari à Concilio: tamen eo casu posset, quo se Concilio subiiceret. Quo casu de eo iudicare posset Concilium, non solum vt Arbitrifer: sed vt verus iudex, & Papam cogere ad parèdù, quemadmodù Conciliù Constantiense, coegit Gregorium xii. & Benedictum xiii. & Iohannem xxiii. Verum Monachi isti miserrimi Papæ assentatores eum peiorem, quàm ipse etiam vellet, reddunt, & magis filiù gehēne, ac, quàm optet, immanitorem tyrannum efficiunt. Docent enim eum equitare, qui pedes esse cogitabat: nec tam alta sapiebat. Nam quod excipitur ex cap. *Si diligenti est. de foro competenti*, Neminem ei priuilegio renuntiare posse, quod ordini ipsius concessum fuit, nihil excusat Bellarminum, quum ex ipsius sententiâ, Vni Petro sit datum, quicquid Christus priuilegij concessit, ac dedit, Mat. 16. Ioh. 20. Vnus autem neque ordinem, neque collegium, neque

multitudinem vllam creat, aut facit. Verùm hunc audiamus.

Prima illius ratio est. Potestas eiusmodi & tanta Papę est fundata, in & super Dei verbo, ergo ei renūtiari nō potest. Respōdeo, & Assūptū est falsum, esse de iure diuino hanc Papę non potestatem, sed tyrannidem: & consequens quōque. Multis enim priuilegijs & donis Dei sepe renuntiamus, vti Patrię, bonis, vxoribus, imo fidei ipsi.

Secūda ratio, Est iste casus soli Deo reseruat, vt iudicet de Papa, & vt sit supra Papam. Respōdeo est fallacia A non causā hęc ratio. Falsum enim assumit, & pręsupponit, Nempe nolle Deum, & noluisse, vt Petrus, aut Petri successores ab alio, quā à se, iudicentur. Hoc enim falsum esse ostendit Paulus, Galat. 2. v. 14. qui palām Petrum arguit & iudicauit: ostendunt reliqui Apostoli, qui, vt est Act. xi. rationem à Petro exigunt, cur Gentilem baptizauerit: & de illius facto iudicant, non Deus ipse.

Tertia ratio Bellarmini, sequeretur Papam esse superiorem, & nō superiorem: Itaque esset contradictio. Respōdeo, Idem Bellarminus libris superioribus, concedit hęc contradictionem in suo Papa. Nam ait eum, vt pręsidem, non esse Concilio maiorem, & teneri sequi maiorem suffragiorū numerum, sed eundem, quā Pontificem, esse Concilio toto superiorem. Neque nouum est, vt in Bell. & scholasticorū doctrina sit manifesta cōtradictio: quę admodū cernitur in disputatione de S. Domini Cœna, vbi de Trāssubstātatione agitur: in disputatione de veneratione Sāctorum: de capite Christo, & alijs plerisque istorum dogmatibus.

Quod ad eos Episcopos, qui, ut est in can. *Mā-*
dastis & Auditum 2. quæst. 5. Sixtum, & Leonem E-
piscopos Romanos iudicare noluerunt, & ad eos,
qui neque Marcellinum, neque Symmachum, fue-
runt illi homines incepti, quum & antea Liberius,
& postea Honorius primus, & Anastasius secun-
dus fuisset, & fuerint à Synodis iudicati, & dānati.
Verum fuit assentationis plena vox ista Episco-
porum, *noλ ανείας* autem istas, & assentationes odit
vera Dei Ecclesia. Quod autem ad Marcellinum,
ab Episcopis dānatus est, in Sunessano Cōcilio, &
hoc ipsum quoque fatetur c. 19. col. 938. Bellarm.

Ad Cap. XIX.

Denique multa aduersus hūc errorem: Bellar-
mini obiicimus, quæ diluere quidem conatur
sed non potest.

Primum exempla Pontificū Romanorū à Con-
ciliis iudicatorū ac dānatorū: velut Marcellini, Li-
berij, ut scribit Sozomen. lib. 4. c. 14. Leonis primi
cuius doctrina ab Episcopis in Concilio Chalce-
donensi fuit examinata, Euagrius lib. 2. c. 18. Quid
ad hęc Bellarminus? Nugatur vel fugit præter ca-
sam: tandem ait eos iudicatos, quia voluerunt iu-
dicari. In quo suæ sententiæ, quæ est cap. XVII.
planè contrarius est, non posse Papam se subiicere
Conciliij, ut iudicis, sententiæ. Nam quod ait vi, &
tyrannide Constantij id factum esse: itē non oportuisse
causam Cæciliani post Milciadis Papæ iu-
diciū iterum iudicari, sunt istę Bellarmini fabu-
læ: & piis patribus, qui hęc iudicia comprobauerunt,
contradicit.

Secundum obiicimus aduersus errorem Bel-

larmini, Patrum diſta, velut Auguſtini, Epist. 162. qui ſcribit Concilia generalia poſſe iudicare poſt Papæ ſententiam: item ſententiam, Iohannis Gerſonis, viri ſuo ſeculo habiti eruditiffimi, qui ex Math. 18. *Dic Eccleſiæ* oſtendit, quemuis Chriſtianum & fratrem à Chriſto ſubiici Eccleſiæ: ergo & Papæ, aut ille neque frater, neque Chriſtianus eſt. Reſpondet dubie Bel. neque, (quum ſit diſciplinæ Eccleſiaſticae prorfus ignarus) nouit, quid verba hec *Dic Eccleſiæ*, ſignificent. Hic, n. ait ſignificare, *vel dic ſolus Epifcopo, vel toti Eccleſiæ*: quæ ſunt contrariæ interpretationes, quas tamen iſte probat. Atqui c. xv. voluit ſignificare, *Dic Concilio generali*, poſtea col. 939. L. D. ait ſignificare. *Dic tibi ipſi*. Quare primum ſecum iſte conſentiat, & concordet ineptus iſte.

Nam quod excipit Bell. Petrum nondum fuiſſe conſtitutum Pontificem, quum illi dixit Chriſtus, *Dic Eccleſiæ*, ſibi penitus in eo repugnat, qui velit poteſtatem clauium ſummam à Chriſto datam eſſe Petro, quum illi dictum eſt, *Tu es Petrus*, Mat. 16. poſt quod tempus ſere toto ſcincſtri dixit Petro Chriſtus, *Dic Eccleſiæ*, Mat. 18. Ergo iam erat Pontifex ſumus Petrus.

Tertium, proferimus inuictam rationem hanc, Totum eſt maius ſua parte, & ad totius conſeruacionem abſciſcindi debet membrum. Reſpondet Bel. Totum mole maius eſſe parte ſua: ſed non virtute ſæpe, & autoritate, velut caput eſt plus, quam reliqua corporis membra. Reſpondeo. Imo hic Pontifex Romanus non habet yllam prorfus poteſtatem, niſi quatenus eſt membrum Eccleſiæ multis aliis par. Nimirum eliquis Epifcopo. Nec .n. iſte plus eſt caput Romæ, quam

quàm Eugubinus Episcopus Eugubi, teste Hiero. can. *legimus*. Dist. 93. Ergo autoritate nō est maior toto corpore Ecclesię Papa. Nā quod negat in eo parē esse corporis Ecclesię seu Mystici, & corporis Naturalis rationē, prorsus fallitur. In corporib. n. & Mysticis, & Naturalibus semper totum plus est, quàm illius pars vna, velut in Ecclesia, exercitus, familia, Republica, Regno, quādo totum corpus cū parte: non autem pars cum parte confertur. Itaque ipsemet Bell. scipsum refellens, & nobis adhærens hoc concedit, & fatetur col. 940. L. C. §. *Secundo*. Nugatur denique quū ait, idcirco Papā esse supra Ecclesiam vniuersam, quoniā hāc potestātē accepit ab ipso Deo, non à Conciliis & Ecclesia: & idcirco ab ea iudicari nō posse. Nam si *Potestatis* nomine intelligit Episcopalem dignitatem, dico eādem quoque Episcopis omnibus datā esse à Christo: Sin autē vocabulo. *Potestatis* significat dominatum illum in Ecclesias, respondeo Pontificem Rom. ipsum sibi hūc honorē vsurpasse, contra Dei præceptum, Hebr. 5. v. 4. non à Deo accepisse: quē tamen quędam assentatoria & Romana Concilia, aut in quib. vt Rex, præfuit Papa, illi postea impiē confirmarunt, ac concesserunt.

Quàm verò secū, idque apertē pugnat Bell. quū col. 941. L. A. scribit Rom. quidem Pontificem nō subiici Ecclesię: vi tamen & armis illi ab Ecclesia resisti iure posse. Nam si non subiicitur Ecclesię, sed illi Ecclesia, certē illi non potest Ecclesia, (vi præsertim, & armis) resistere, seque illi, bonā conscientia, opponere, quantūuis Ecclesiā labefaciēti, quoniam hæc vis, & hæc arma correctā ab Eccle-

ſia eſſent mera in ſuum Principem ſeditio, & con-
iuratio, quam nemo pius, bonâ cōſcientia, vnquâ
excitare, vel tueri poteſt, Luc. 23. v. 19. If. 8. ver. 12. 2.
Reg. 17. v. 4. Itaque cap. *Suſcepimus*. ext. De *Homi-*
cido, Altaris priuatur ſacramento, qui temere etiâ
abſque ſeditione aliû occiderit: & in can. *Seditio-*
narios. Diſt. 46, omnes ſeditioſi ſcandalozī vocan-
tur.

Allegare verò illud. *Vim Vi repellere licet* (quod
didicit iſte ex inepto ſcriptore, Iohanne de Tur-
recremata, vt hoc loco fatetur) vt probet ſubditam
Eccleſiâ Pōtifi R. ſeu Papæ, poſſe tamē illi reſi-
ſtere armis & vi, eſt ſubditos aduerſus Principem
ſuû & cōcitare, armare, inſtigare, eſt ad pileû & ar-
maeos vocare. (Id quod eſt hominis ſeditioſi, ſed he
ſuite, quē admodû in Gallia ſumus experti.) Nec. n.
ſubdito (præſertim in negotio religionis) fas eſt
reſiſtere armis & vi, ſuo Magiſtrato, vt in perſona
Pet. percutiētis docet Chriſtus 2. Theſ. 2. v. 8. Mat.
26. v. 52. Vocatio enim legitima, autoritas, & pote-
ſtas requiritur in eo, quicûq; ſit, qui vi & armis vti
tur eâque corripit, (cōtra quam, ſed hæreticiſſimè
ſcribit iſte.) R. 13. v. 4. Sed lex armat eû, cui vis ino-
pinâti, & Māgiſtratum ad manum non habēti, in-
fertur, vt vi reſiſtere poſſit. L. *vt Vim*. §. *De Inſtitia*
& *Iure* cap. 3. ext. de Sentent. excommunicat. can. 1.
23. quæſt. 1. L. 3. §. *cum igitur*. §. *de vi & vi armata*. Sed
cum moderamine tamen in culpa tute læ. Itaque
hîc grauiffimè erat Bel. qui aliter ſentit, & ſcribit.

Quartûm, aduerſus errorem Bell. proferimus
Cōſtantienſe Concilium ſeſ. 4. à Martino v. Papa
confirmatum, quod abſque circuitione definiuit
Conci-

Concilium generale esse supra Papam Roman.

Respondet Bellarminus, more suo, quum se extricare non potest, variè & dubiè, imo pugnanter secū. Primum, Papam verum fuisse tunc dubium: ergo tunc Conciliū habuisse supra Papā potestaté. At si erat dubiū, ecquis esset Papa, quomodo Conciliū habuit potestaté supra Papā, qui tūc erat chimæra, & nihil? Deinde respōdet, Tūc. quū hoc decretū est, nullū Pontificē R. fuisse in Concilio. Nā Iohan. xxiii. antea discesserat. Respondeo, Atqui Martinus v. Pōtifex certus, nō dubius, omnia acta Concilij istius confirmavit in vltima Sessione, & omnia decreta: ergo & hoc, quod erat de præcipuis decretis istius Concilij vnū. Tertiū negat, more suo quæ scripta expresse extāt, esse scripta, i. Martinū v. cōfirmasse istud decretum. Id quod tamen ex huius Concilij Sess. vltima manifestissimè apparet.

Quintum, Proferimus Concilium Basiliensē. & ipsum à Martino v. indictū & à Nicolao v. confirmatū, quod definit: *fide Catholica esse credendū Conciliū esse supra Papā Sess. 33.* Respōdet idē Bel. suo more. Negat scripta, quæ scripta sunt. Restringit enim Bullā Nicolai v. ad quasdā quisquilias, & surfuracea istius Concilij decreta, qualia sunt de Beneficiis, & Censuris Ecclesiasticis: ad ea verò, quæ sunt præcipua istius eiusdē Concilij decreta, negat extēdi. Quis hoc modo nō respōdeat cuius argumēto obiecto, quantumuis robusto? Imo verò, Bellarmine. tam illa, quæ negas, fuerunt cōfirmata Bulla Nicolai v. vt expresso Concilio fuerit opus ad ea decreta, & imprimis illud, de Concilij autoritate supra Papam, tollendum, antiquandum,

circumscribendum. Itaque Leo X. Concilium Lateranense congregauit, vt vel vnum hoc Basiliensis Concilij caput tolleret, sicut apparet ex Sess. 21. Lateranensis.

Examen & Censura huius libri secundi.

PRæclara est hæc Hieronymi in epistola ad Tranquillum sententia, *libentius piam rusticitatem, quam doctam blasphemiam eligam.* Contra Bellarminus mauult in tota hac disputatione de suo Pontifice Romano, & ipsius in ecclesiam tyrannide tuenda impius videri, modò doctus appareat, quàm rusticus, elinguis, & mutus. Verum, quemadmodum scribit Plato, *ἐστὶν ἐχθρὰ σοφία τοῖς ὁπῆταις θεῶν, ἐστὶν execranda ista sapientia, qua quisquã de Dei gloria detrahit.* Est enim, vt ait Basilius lib. v. contra Eunomium *μέγα νόσημα Ἰουδαίας magnus animi morbus & vitium* ista sapientia.

At verò bene cecidit. Nam dum blasphemus in Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum Bellarminus doctrinam suam ostentare studet in causa hac sua impia tuenda: & se impium, & indoctum prodit. Impium, qui falsa asserat: indoctum, qui neque probet, quod suscepit, & intendit probare: neque sibi consentiat, sed se euertat. Id quod in hoc toto libro secundo pro tyrannide Romani Pontificis laboriosè ædito cernitur manifestè.

Falsa affirmat cùm omnia penè, quæ in hoc libro scribit: tum hæc imprimis, ita vertiginis spiritu abripitur. Primum cap. 8. col. 904. L. A. Summus, ait, Pontifex Iudæorum non potuit errare, antequam Christus veniret in hunc mundum. Quid magis falsum? quum & Aaron errarit statim in deserto

deserto, vitulum fabricans, Exod. 32. & Vrias consentiens Achazo regi Iudæorum, 2. Reg. 16. vers. 15. 16. & Hierem. 26 & 38. confutetur hæc sententia Bellarmini, itémque cap. 2. vers. 8. 26. Quasi verò adueniens Christus hoc incommodum suis attulerit, quæ obsecro. est hæc blasphemia?

Cap. 8. col. 909. L. D. Concilium Toletanum primum arguit falsi métiēs ipsemet Bellarminus. Verum enim dixit Concilium, sed Bellarminus fallitur, qui putet & scribat inter Christianos viros Concubinam pro legitima vxore esse, & habendam. Contra Hebr. 13. vers. 4. Omnis maris & fœminæ inter pios coniunctio absque coniugio est scortatio, & pollutio.

Cap. 12. col. 926. L. B. Sacram Scripturam, quod ad nos, & quòd ad ipsius interpretationem, pendere ex hominum & Conciliorum decretis & suffragio. Contrà Petrus in posteriore epistola cap. primo vers. 20. 21. pendet ab eodem Dei spiritu illius interpretatio, à quo eadem & dictata & reuelata est hominibus.

Cap. 17. col. 936. L. B. Est fidei Articulus credere, quòd Papa sit supra Concilium, Falsum, vt toto hoc libro docuimus. Sed ipse se refellit ibidem, quum scribit non esse tamen hæreticum, eum, qui contrà, & aliter sentit.

Cap. 19. col. 940. L. C. 6. *Secundò.* Christus est suppositum, non tantum caput Ecclesiæ. Hæc sententia & obscura est, & error. Nam suppositum hîc non sumit pro sustentamento, (quia suppositum, hoc significato, idem est, quod caput: verum caput à supposito separat hîc Bellarminus) sed suppositum

pro *capitulis* sumit: qui error est summus.

Capite eodem col. 941. L. B. Nullam autoritatem, aut ius requiri, ut vis vi, & armis repellatur. Contra can. *Ius naturale*. Dist. 1. Cicero Pro Milone. *L. V. i. V. m. §. De Iustitia, & Iure*, hoc ius cui libet privato (ut se sic aduersus vim iniuste illatam tueatur cum moderamine inculpatæ tutelæ) tribuit & Lex, & Magistratus ipse non modò naturalis, sed & Ciuilis toto titulo, *C. Vnde Vi. & De Vi Priuata*. Alioquin esset homicidium ista tuitio, & vis publicæ, aut priuatæ crimen, quod legibus punitur. Evertit seipsum Bellarminus, quæ magna est tū incōstantia, tū ignorātia, non acumen ingenij. Concilia, quæ Papa Romanus confirmauit, etiam generalia errare posse & fatetur, & concedit, cap. 7. col. 902. L. B. §. *Respondeo*. 8. col. 903. L. C. Id quod tamen toto hoc libro falsum esse contendit. Verùm distinguit Bellarminus. Nam duntaxat in quæstione facti, non autem iuris errare vult posse, nec in Articulis fidei. In his enim, ait, nequaquã errat Ecclesia. Atqui plerique fidei Christianæ etiam præcipui Articuli versantur in quæstione facti, quales hi in Symbolo Apostolico, *Natus ex Maria Virgine, passus, Crucifixus, mortuus sub Pontio Pilato Christus, Resurrexit, Ascendit in cælum, &c.* In quibus ex hac Bellarmini sententia poterit etiam errare Ecclesia, & Concilium etiam ipsam totum cum suo Romano Pontifice. Itaque quid erit certum in tota fide Christiana? & quid certi definire in his Ecclesia poterit? Certè nihil existius Pontificis patroni distinctione.

Verùm ex nostra sententia semper poterit, si verbo

verbo Dei scripto, quod nō potest esse ambigū, acquiescat, vt est in can. *Non afferamus.* v. 11. quæf. 1. Concilium cum Caiapha Pontifice errauit, etsi errat generale.

Item omnis homo mendax, Psal. 116. versic. 11. Roman. 3. ver. 4. Et ipse quoque Particularia à Papa etiam confirmata Concilia errare posse scribit, cap. 7. col. 902 L. D. & cap. 10. Atqui par est in eo generalium, & Particularium Conciliorum ratio. Nam vtraque constant hominibus, qui hallucinari possunt.

Cap. 16. Ait Ecclesiam habere auctoritatem, nō à se, sed à Christo: tamen vbique vult non ipsam Ecclesiam habere auctoritatem, sed Papam ipsum eam habere, illique à Christo tributam. Quæ duo sese euertunt.

Cap. 17. col. 936. L. A. & *Quod autem.* vult Articulum esse fidei, Quòd Papa sit supra Concilium generale, & tamen ibidem scribit, *Non sunt proprie heretici, qui contrarium sentiunt.* Quæ maior à vltima & contradictio vsquam esse potest?

Capite decimo nono, columna 938. L. C. scribit Papam à toto Concilio generali non posse iudicari: (idque ἀπλῶς, & simpliciter affirmat cap. 17. tamen varias exceptiones suæ regulæ idem affert. Primum si accusetur Papa de aliquo actu infidelitatis, velut quòd idolis sacrificauerit, quòd per nomen Dæmonis alicuius iurauerit. Quòd alios, quàm vnum, eumque verum Deum coluerit, velut homines viuos, & mortuos, illisque seruerit. Scriptum enim est, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias,* teste Christo ipso,

Matt. 4. ver. 10. Deuter. 6. ver. 13. 10. ver. 20. Item, Si Papa accusetur de aliqua hæresi, vt est in can. *Si Papa*. Dist. 40. de eo iudicat Concilium: Item, Si Papa sit dubius, id est, accusetur quòd non sit legitime creatus à Cardinalibus, qui eum elegerunt, col. 941. L. C. vt iudicati sunt Symmachus, Leo, 111. Theodorus. Item, Si schismatis accusetur. Nã, vt est in can. *Non afferimus*. 24. quæst. 1. schisma est peius hæresi, & schismaticus est par Ethnico, ca. *Denique*. 7. quæst. 1.

Sed neque se assequitur, aut intetum suum probat. Nam quum illi fuerit propositum demonstrare Romani Pontificis confirmationem afferre Synodis generalibus infallibilitatem, neque ex testimonio S. Scripturæ manifestè à se detortis: (& quæ ipse confitetur in eam rem obscura esse) probat, cap. 2. Neque ex Patrum à se citatorum sententiis, cap. 3. neque denique ex ratione à se prolata, cap. 4. id vilo pacto efficit. Nulla enim media vera, necessaria, indubitata, affert, quæ per propositam thesin cõcludat, vt docuimus apertissimè. Id autè in argumetado est vitiosissimè, & indocti hominis. Cap. 1 x. Quid sit Concilium legitimè neque fact, neque definit: quod tamen maximè voluit, & laborauit. & opus fuit nosse.

Cap. viii. col. 915. vbi obiectionem de Francofordiensi Synodo sibi factam diluere conatur, non potest, sese prorsus in illa longissima, & inani disputatione de Concilio (quod Synodus illa damnauit) quærendo, & distinguendo frustra inuoluit. Apertè enim Patres Francofordienses Synodum Nicenam secundam conuellunt, & expungunt in decreto,

decreto, de *Cultu Imaginum*: Item in illa de libris, ut appellat, Carolinis disputatione nihil aliud quàm nugatur, & ineptit, & dum nimium subtilis videri vult, futilis apparet. Verùm ne, si quidẽ se ruperit, veritatem, quam docemus, tollere, & concutere potest: Concilia, nempe generalia à Papa confirmata errare tamen posse, & ipsummet Papam Romanum errare turpissimè. Id quod teterissimi, quos & induxit, & tuetur, errores, fœdissimique (quid enim aliud est Papatus, quàm omniũ hæreseon colluuius) Sole ipso Meridiano clarius ostendunt, & probant.

Finis Libri secundi.

Ad Libri tertii. Cap. 1.

QUOD ad autores, qui de Ecclesia scripserunt, quosque hîc nominat Bellarminus, ij sunt, qui in veram Dei Ecclesiam coniurarunt: ex quibus quàm sana doctrina & vera iam hauriri possit, intelligit pius Lector. Itaque in ipso statim operis sui frontispicio testatur Bellarminus se scripturũ de Ecclesia, Quid sit illa, & Qualis, edoctũ ab iis, qui ne per insomnium quidem illam norant, aut viderant. Atque etiam ipsum huius libri exordium id testatur. Nam in ipso limine impingit. Errat enim pueriliter, dum etymon vocis *Εκκλησία* rimatur, & vocem ipsam *Ecclesia*, græcam interpretatur Latinè *Enocatio*, col. 943. L. D. Quis vnquã vel fando hoc glossema audiuit? Nam euocare est extrã vocare. Ergo Ecclesia Dei diceretur extrã Deum vocata. Atqui contrã Deus ad se vocat, nõ à se amãdat, & ablegat suam Ecclesiam, & qui sunt

membra, Roman. 8. ver. 30. Ephes. 2. vers. 12. 13. *Euocatio* sic Gallice dicitur *litis* ad aliud tribunal translatio, & traiectio.

A se Tantalides onus, inuidiamque remouit,

Argolicosque duces, me diis considerare castris

fussit, & arbitrium litis traiecit in omnes, inquit,

Lib. x. 1. *Metamorphos. P. Naso.* Sed barbarè hæc translatio *litis* *Euocatio* vocatur. *Euocatio*, inquit *Isidorus* lib. 9. *Etymologicorū, est genus militiæ, quæ ad subitum bellum non solum milites, sed & ceteri uocantur.* *Agratius Grammaticus, Euocatur*, ait, *qui præbiturus obsequium uocatur.* Vnde *Milites Euocati* apud *C. Casarē.* Cur igitur, *Euocatio* ab isto dicitur, vertiturque *Euocatio* Latine? quia sic legit in Tomo secundo *Henrici Stephani Calvinille,* ut ipse impiè uocat. Est enim pius & Christianus *Henricus Stephanius:* sed sic iste suos præceptores muneratur.

Verùm *Henricus Stephanius* illic tantum Grammaticum agit, nõ Theologum, qualem hic se profiteetur *Bellarminus.* Melius iste ex *Iulio Polluce* lib. 8. *Onomastici* disceret, quid sit inter Græcos ecclesia. Idem est autem, atque inter Latinos *Coitio*, id est, legitimo iussu conuocata & collecta hominū multitudo. Itaque à *Coitione, Conciliabulo, & Illegitimo Collegio* differt. Sed iste Græculus esuriens, qui vix Græca legere nouit, magnus *Alphernus, & doctus græcus* uideri uult. Sed *Bellarmino,* ad populum phaleras. Doctius uerò *Isidorus,* unde iste sincere debuit, lib. 8. cap. 1. *Ecclesia*, inquit, *Græcum est, quod in Latinum uertitur Conuocatio.* & *Nicolaus Papa* in canone *Ecclesia* Consecrat.

Dist. 1. *Ecclesia*, id est, *Catholicorum collectio*. Et hæc quidem de nomine seu voce, *Ecclesia*.

Quod autem ad varia huius vocabuli significata, melius & verius glossa in can. *Scire debes VII. quæst. 1.* & luculentius ea tradit: imo etiam significata plura: ad quã istũ, & ipsius sequaces remitto.

Ad Cap. 11.

QUum quinque de *Ecclesia* sententias (quas iste vocat hæreticas) recenset Bellarminus, hoc innuit, se solum in hoc scripto animi ostentationem inanem quærere. Si enim sunt illæ hæreticæ sententiæ, cur reuocat, & commemorat? Cur non vno verbo dicit, quid velit? Cur non eas refutat? Porro fallitur iste. Nam prima, tertia, quarta & quinta sunt vna numero & eadem sententia, verbis diuersa, vera, & nostra, sancta, pia. Secundam autem opinionem, id est, sententiam Anabaptistarum nos quoque confutamus. Ergo nostra, sententia est, *Ecclesia* est hominum à Deo prædestinatorum ad salutem vniuersus cœtus. Hi in se peccatores, & polluti: sunt in Christo iusti, & sanctificati. Hæc nos probamus ex I. Corinth. 6. versu. 11. & Heb. 12. v. 23. Et dicitur in Symbolo *Ecclesia sancta*: quæ, quum poterit, conuellet Bellarminus. Sed huius hominis definitionem audiamus.

Ecclesia, inquit, est cœtus hominum eiusdem Christianæ fidei professione, eorundem sacramentorum communione colligatum, & sub regimine imprimis R. Põtificis positum. Hæc definitio tum est longa (quod in definitione vitiosum est) tum obscura. Nam & *professio fidei* duplex est, vna externa tantũ, quæ est hypocritarũ: alia etiam interna, quæ

est verè fidelium: item *communio sacramentorum* est ambigua. Nam aut de *communione paucorum*, qui sunt in ecclesia, agitur: aut de *communione omnium hominum*, qui in eadem ecclesia sunt: quæ *communio* non competit Romanæ ecclesiæ, quia pauci ordines ecclesiasticos, qui sunt illis sacramenta, suscipiunt: pauci coniugium admittunt: pauci iam sacramentum Cõfirmationis. Sed, quod peius est, eadem definitio est falsa. Primum, quia constituit ecclesiam in solis iam profitentibus fidei, ergo solam eam ecclesiam esse vult, quæ est Visibilis. Id quod est mendacio quouis falsius. Deinde ponit ecclesiam in solis iis, qui inter sese eadem sacramenta participant. Ergo sunt duæ in Papatu diuersæ ecclesiæ, non vna. Nempe Clericorum altera, qui inter se eadẽ sacramenta soli participant. Altera Laicorum, qui eadem quoq; & alia quàm Clerici, sacramenta habent, Laici soli videlicet, coniugium: Clerici soli, Ordines. Deniq; constituit totam ecclesiam sub vnus Romani Pontificis ditione, & iure. Quod est sacrilegium. Adimit enim Deo, quod Pontifici tribuit Romano, & suo. Verùm quis melius hanc definitionem refellat, quàm Bellarminus ipse, dum scribit col. 496. L. D. vt quis sit pars veræ istius, quam describit, ecclesiæ non requiri vllã internã virtutem, sed tantum externã fidei professionẽ. Ergo Iudas Iſcariot, Simõ Magus, & pessimi quique hypocritæ sunt vera ecclesiæ Bellarminicæ membra, quæ tamen veræ Dei ecclesiæ vera membra nunquam sunt, aut fuerunt. Iohan. cap. 6. vers. 70. 18. vers. 9. Matth. 7. Acor. cap. 8. vers. 23. Item quum col. 647. L. B. affir-

L.B. affirmat eos esse partem & vera membra suæ Ecclesiæ, qui in ea sunt non vt membra viua: sed duntaxat velut mali humores, & vngues resecandi. Qualis igitur certitudo salutis, aut salus erit iis, quos in sua Ecclesia hic comprehendit? Certè nulla. At illa est certissima iis, qui sunt vera veræ ecclesiæ membra, Rom. 8. vers. 38. Nam illi perire nõ possunt Iohan. 10. vers. 28, 17. vers. 24. Sed hæc omnia sæpius postea hic ipse repetet.

Ad Cap. III.

VTRUM quis sit de Ecclesia Dei vera, de qua dicitur in Symbolo, *Credo ecclesiam*, definiri infallibiliter non potest ex iis, quas Bellarminus hic affert, notis, nimirum, Quod sit baptizatus, & quod non sit Catechumenus. Nam multi & recepti, atque etiam baptizati, non sunt tamen de vera Dei Ecclesia, etsi sunt visibilis ecclesiæ membra, Iohan. 2. vers. 19. *E nobis egressi sunt*, ait Iohannes, *sed non erant de nobis. Multi sunt intus lupi*, Tract. 45. in Iohan. inquit Augustinus, *multa sunt foris oves*. Ergo iste veram Ecclesiam, quæ solos Dei electos continet, cum Ecclesia visibili confundit: & quod de visibili duntaxat Christianorum cœtu & ecclesia dixerunt Patres, transfert ad Ecclesiam de qua est in Symbolo, quæ inuisibilis est, & vera, solaque tota Dei Ecclesia. Nam hi visibiles cœtus sunt quidem sæpe illius ecclesiæ pars quædam, sæpe nulla. Quare fallacia, quæ ab æquiocatione vocis *Ecclesia* sumpta est, fallit nos & decipit toto hoc capite Bellarminus. Nos veram Ecclesiã querimus: iste visibilem nobis duntaxat offert, & quidem etiam eam, quæ sæpe nulla veræ ecclesiæ por-

tio est, quoniam ecclesia æquiuocè solet appellari.

Quare ineptissimè iste salutem æternam, & illius causam sumit & metitur ex illa hominum in cœtu isto visibili infitione & receptione, quæ in sola Dei electione fundata est, Roman. 8. vers. 30. Ephe. 1. v. 4. & 11. Et imperitè Catechumenos à spe salutis excludit, aut etiam nondum baptizatos. Nam neque baptismo, neque receptioni isti æternæ Deus nostram salutem conclusit, quemadmodum & latronis à Christo seruati, & Infantii pro Christo occisorum (quorum multi nondum erant circumcisi) exempla docent, Math. 2. & Luc. 23. Quod si hæc Bellarmini regula locum haberet, & Iudas Iscariotes, & Simon Magus (qui & baptizati, & in ecclesiam recepti fuerant) procul dubio essent seruati. Id quod falsum est.

Quod quærit iste vtrum Catechumeni sint de Ecclesia, curiosum prorsus est. Quis eos dubitat esse de Ecclesia, vera quidem, si sint de numero Electorum Dei: atque etiam de visibili, etsi nõdum actu Sacramentis communicant, quia voto & affectu id optant, vti Martyr dicitur, qui affectu Martyr est can. *Nunquid Cain?* De pœnitent. Dist. 1. I. taque omnino periculose, imo falso in can. *Catechumenum* consecrat. Dist. 4. negatur eum seruari posse, qui Catechumenus moritur. Nam Cornelius, Actor. 10. erat de ecclesia. ante baptismum suum. Augustinus lib. contra Donatistas post col. lat. cap. 20. Tractatu 4. in Iohannem, & lib. 2. cap. 1. de Symbolo ad Catechumenos. De vera Religione cap. 6. can. *Audi xi.* quæst. III. cap. *A nobis.*
Ext.

Ext. De sentent. excommunicationis.

Ad Cap. IV.

Vtrum hæreticus sit de ecclesia controuersa inter istos quæstio est, hic negat, ille contra ait. Alphonsus de Castro lib. 2. cap. 24. de hæreticorum punitione ait: Bellarminus negat. Vterque ambigè loquitur: ac proinde vterque & verum, & falsum dicit: sed neuter seipsum intelligit. Distinguendum igitur fuit, aut enim de visibili tantum ecclesia loquimur: aut de inuisibili, de qua dicitur in Symbolo, *Credo ecclesiam*. Hæreticus (talis legitimo iudicio pronuntiatus, & ab ecclesia eiectus actu & depulsus) non est de visibili ecclesia. De eo agit Paulus Tit. 3. vers. 10. Sed neque de ecclesia vera, & inuisibili actu & apparenter est, quãdiu talis manet: potentiã tamen de eadem potest censerì, neque omnino de eo desperãdum semper est: quoniam errorem reuocare potest, iuxta illud, *Nemo desperet meliora lapsis*. can. *Dicit*. 24. quæst. 3. Bellarminus ipse cap. 6. col. 956. L. A. §. *Quod si loquens*. Sed isti in æquiocatione vocis *Ecclesia* ludunt: neque seipsum eorum vterque intelligit, & quomodo dicendus sit non esse, vel esse de ecclesia hæreticus, Quod si hæretici, quemadmodum Papistæ, etiam & ipsi aliquod adhuc sacramentum Christi retinent (sicut olim Donatistæ, & nũc Papistæ Baptismum) eatenus etiam de visibili ecclesia esse dici possunt: sed *æquæ* solùm, non simpliciter, velut sunt orthodoxi in ecclesiã recepti. Augustinus li. 3. de Baptismo c. 19. Ambrosius in 2. Tim. 2. vers. 20. Multis enim modis & gradibus diuersis

aliquis in Ecclesia esse, aut non esse dici potest: nō vnico dūtaxat modo, sed de visibili propriè, prout magis vel minus sanam doctrinam, & Christi sacramenta retinet, vel ea corrumpit, vel reiicit. Nā nostræ in visibili Christi Ecclesia inquisitionis nota est tum doctrinæ Christi externa professio, tum Sacramentorum eius participatio. Nostræ verò in inuisibilem Christi Ecclesiam implantationis nota est vera fides in Christum, & non hypocritica, I. Timoth. 1. vers. 5. Ephes. 2. vers. 12. 13. Thomas in 3. parte. Quæst. 8. artic. 3. Reliqua istius capituli sunt nihili, & inutilia profus.

Ad Cap. v.

Inanis quoque est labor iste Bellarmini, sed in lente vnguentum, & in mustaceo laureolam (tā esse immane ambitiosus) quærit, & venatur. Quærit vtrum schismaticus talis iam legitimè iudicatus, sit extra ecclesiam, an nō: Alphonsus à Castro esse negat: iste esse extra ecclesiam affirmat. Quam suam sententiam, vt probet Bellarminus, allegat quasdam allegoricas duorum S. Scripturæ locorū interpretationes: deinde Breuiarium seu Catechismum Romanum ab Hæsitis nuper æditum: denique aliquot Patrum dicta detorta. Quod triplex probationis genus nullam fidem facit. Itaque vt vera esse sententia Bellarmini concedatur, eam tamen ipse nequaquam his rationibus probat. Patres quidem pacis & concordie ecclesiasticæ amantissimi & disciplinæ acceptæ à Maioribus retinendæ quam par erat, sunt inuerti, vt in can. *Pudenda* 24. quæst. 1. can. *Denique* 7. quæst. 1. vbi eos Ethnicis, Paganis,

Paganis, Infidelibus exæquant: & hîc citati à Bellarmino Patres nonnulli velut Cyprianus & Chrysostomus: tamen æqui bonique sunt interpretanda eorum dicta propter bonum eorum zelum, & in pacem studium, non ad viuum rescanda, vt iste facit.

Quid igitur? Et hîc quoque vox *Ecclesia* distinguenda est. Nam schismatici de Ecclesia post legitimum iudicium eiectionis, & actu excommunicati, iam non sunt de Ecclesia, sed intellige, visibili. Nam de inuisibili (cuius nota est electio Dei ad salutem) esse saepe possunt. Atque hi errorem suum reuocabunt postea. Verum tunc nostri ratione si dicantur esse de ecclesia inuisibili illud sic accipiendum est, esse de Ecclesia tantum potentiâ, non actu: quemadmodum schisma suum tollere, & emendare possunt. De ecclesia verò visibili, de qua eiectionis sunt, iam non sunt, quum sint excommunicati. Sed, vt est in cap. *A nobis. Ext. Sententia excommunicationis*, hoc ecclesie visibilis iudicium saepe falli potest, & saepe opinionem sequitur. Nam quòd sis de Ecclesia Dei visibili nota est hæc, nempe quòd externè fidem profiteris, & communicas cum reliqua ecclesia iisdem sacramentis. Id quòd non facit schismaticus iam excommunicatus. Et vt istarum rerum exempla petamus à Regnis Politicis (quibus Ecclesiam Dei simillimam esse vult Bellarminus col. 947. L. A. ca. 2.) tale est hoc quòd dicimus. Quemadmodum si Regis filius propter coniurationem in Patrem Regem factam regno eiectionis fuerit. Nam pars & ciuis illius Regni & Reipubl. esse tunc desinit: qui tamen saepe nihilo-

minus à Patre postea veniam impetrat, & Regis Patris hæres fit, atque etiam in regnum succedit, vti Ludouicus XI. Francorum Rex, & Ptolemæi plures: mansit enim amor paternus erga eum, licet regni territorio fuerit eiectus ad tempus.

Ad Cap. VI.

OTio & nostro, & suo abutitur Bellarminus, qui quærit, vtrum actu iam excommunicatus quispiam sit in ecclesia, quum vel ipsa *excommunicationis* vox id satis eum docere potuerit. Est enim excommunicatio extra communionem cum quo cœtu separatio. Vnde excommunicati à Grecis Patribus & conciliis *Ἀνομιώητοι* dicuntur: & excommunicatio ipsa *Ἀκοινωνία* vt est in cap. 29. & II. Concilij Carthaginens. cap. v. & XI. Niceni primi, & alibi. Idem sunt qui *Ἀποσωάγωγοι* inter Iudæos dicebantur, Iohan. 7. vers. 13. 12. vers. 42. Hoc autem ratione Visibilis ecclesiæ dicitur: non autem inuisibilis semper. Nam sæpe fallitur, inquit Innocentius tertius in cap. *A nobis*. *Ext. Sententia excommunicationis*, visibilis ecclesia, & pro veritate sequitur hominum opinionem. Quare sæpe excommunicatus ab ecclesia visibili est tamē & manet Ecclesiæ Dei, & inuisibilis, pars. Verum ecclesiæ visibilis respectu est extra eam, Niceni Concilij cap. v. Sardicensis cap. 13. can. *Sicut nobis*. *Extr. de Sentent. excommunicat. can. Nihil. can. Canonica* XI. quæst. 3. & quod magis, quàm hæc omnia id ipsum probat, locus est apud Math. 18. vers. 17. *Si non audit ecclesiam, sit tibi tanquam Ethnicus*: apud Paulum, 1. Corinth. 5. vers. 5. & 11. *ne commisceamini cum fratre, qui prius erat, sed excommunicato propterea quod*

quòd rapax fuerit scortator, idololatra, 2. Thef. 3. v. 14. apud Iohannem in secunda epistola v. 10. *Ne aue quidē illi dixeritis: & ut docet Synesius in epistolis, neque lecto, neq; mensa, neq; tecto est excipiendus.*

Vt rùm autem sit de ecclesia inuisibili excōmunicatus iū, & actu à visibili separatus, alia quæstio est. Nā nostræ in hanc insitionis, & vnionis cū ea aliud est fundamentum, quàm nostræ cum visibili coniunctionis. Huius enim fundamentū est externa fidei Christi professio, & simul cū reliqua ecclesia in iisdē Sacramētis participatio: qua postrema priuatur excōmunicatus. Illius autē, id est, nostræ in ecclesia inuisibili insitionis & vnionis fundamentū est Dei de nobis ad salutē æternā electio, & vera in Iesum Christū fides nostra. Quare quum de hac, & de illa quæritur, aliud atque aliud est respondendum: non autem idē afferendū, ut iste putat. Cuius sententiā supra cap. 4. confutauimus, & refellitur ab Augustino lib. de vera relig. cap. 6. li. contra Donatistas cap. 20. post collationem. Tractatu 4. in Iohan. Euangel. cap. *A nobis. Ext. Sentētia excommunicationis, can. Audi* xi. quæst. 3. Quid igitur iste rerū harū ignarus contēdit, & hic obuagulatur, velut vertiginis spiritu? quum quid dicat nesciat, neq; de qua Ecclesia loquatur, distinguat. Qui autē benè distinguit, benè docet, ut ait Plato. Qui cōfundit, nihil docet. At iste vbique cōfundit ecclesiā visibilē cū ea quæ est inuisibilis, & de qua dicitur in Symbolo *Credo, nō autē Video. ecclesia.* Et hoc ipsum etiā Bellarminus agnoscit col. 956. L. A. §. *quod si locus, vbi ecclesiā omnes saluādos cōplectētē vel inuitus separat à sua ecclesia Visibili,*

tanta vis est veritatis. Idem ait seq. capite, nempe VII. toto.

Ad Cap. VII.

Qui magis magnas nugas in Theologicis, quàm Bellarminus, ageret, nunquam legi quencquam, aut vidi. Quærit, vtrum homines à Deo ab æterno reprobati sint de ecclesia. Et nulla distinctione adhibita, de qua Ecclesia loquatur, liquidò, asseueranter, intrepidè asserit, & iurat, eos esse de Ecclesia. Hoc est, si quid aliud, maximè falsum. Vnde verò tantus error & Bellarmino, & fociis ipsius accidit. Quia miseri homines, & ambigüe vocis huius, *Ecclesia* significationis ignari, Ecclesiam visibilem cum inuisibili semper, magno animi errore, confundunt: imo etiam sæpe falsam ecclesiã à vera: eam, quæ *ναῦτι* duntaxat Ecclesia dicitur, ab ea, quæ *ἀπλῶς* ecclesia est, & vocatur, non distinguunt. Nec animaduertunt dictum esse in symbolo Apostolico, *Credo ecclesiam*, non autem, *Vi-
deo vel cerno ecclesiam*: tanti est suę artis vocabula, ac Principia bene percepisse, & priùs aliquid didicisse, quàm docere velle. Verùm à nostris tantùm, quos tamen odit, non à suis hæc tam necessaria Theologo discet Bellarminus. Ergo nostrorum scripta legat, quæ aspernatur in suum exitium, vt ex Catalogo cap. I. apparet.

Sed Bellarmini rationes audiamus. Primum aliquot ex S. Scriptura locos profert, velut ex Mat. 3. 13. 22. & 25. item 2. Timoth. 2. Verùm hi omnes loci de Ecclesia visibili intelliguntur, in qua sunt ad tempus boni, & mali: pij verè, & hypocritæ, (& quæ Synechdochicè, id est, ex parte tantum sui ve-

ræ ecclesiæ, quæ commemoratur in Symbolo, pars est, non ex toto, & singulis suis membris) Nos autem quærimus de vera Ecclesia, quæ ex toto Ecclesia est, & comprehenditur in Symbolo, estque adhuc in his terris versans. Quare fallacia est ab æquiocatione tota hæc Bellarmini argumentatio.

Deinde affert aliquot Patrum dicta, velut Cypriani epist. 3. lib. 3. epist. 2. hb. 4. Augustini locum ex Tract. 45. in Iohan. Euangel. lib. 2. Contra Cresconium cap. 21. & 34. Respondeo quemadmodum supra, agi illic de Ecclesia tantum visibili, quæ retri & lagenæ comparatur, in qua sunt promiscuè boni, & mali: non de Ecclesia in Symbolo comprehensa, quæ propriè sola & tota ad Deum pertinet, est Dei, & Electorum cœtus, de qua quæritur & agitur, quum dicitur, *Extra Ecclesiam seu Sionem non est salus*, Ioel 2. vers. 32. Ergo & hic quoque Bellarmini fallacia est.

Eodem modo de exemplis Pauli Apostoli, & Iudæ Iscariotæ, & eorum exemplorum explicatione est respondendum, Iudam hunc nunquam fuisse de vera Ecclesia Dei, licet fuerit de visibili. Paulum semper (non tamen semper apparenter ratione hominum) fuisse de vera Dei ecclesia, de qua est in Symbolo, & domus Dei propriè appellatur: quanquam idem Paulus ecclesiam Dei visibilem aliquando fuit persecutus.

Quod ad consecutionem, quam Bellarminus ex nostra sententia infert, ergo & Turcæ & Iudæi à Deo prædestinati ad salutem, sunt nunc de Ecclesia Dei. Respondeo, Sunt de Ecclesia etiã

nunc, quâ prædestinati, & ratione Dei: nostri verò ratione, & apparenter nondum sunt de ecclesia Dei, quia carent adhuc his notis, per quas Deus nobis hominibus hîc monstrat, qui sunt de sua ecclesia. Ergo suspendendum est nostrum iudicium de illis. Est fallacia igitur à dicto secundum quid: item à sensu cōposito ad diuisum, velut hæc phrasîs, *Deus iustificat impium*, Rom. 4. vers. 5. si quis putet eum, qui impius est, iustum esse. Denique ἀβυσσος & absurdum, quod itidem ex nostra sententia colligit iste col. 958. L. A. ergo incertum nobis esse, quinam sint de Ecclesia, facilè refellitur ex eo, quòd nobis Deus certam notam reliquit, ex qua, quantum nobis satis est, intelligeremus, quinam sunt de ecclesia ipsius, nempe veram veræ Christi doctrinæ professionem, Iohan. 10. vers. 27. Ad arcanam autem illam Dei prædestinationem penetrare, vt qui sint de Ecclesia verè, qui non, sciamus, nihil nobis necesse est. Hac enim superior nota nos homines contenti esse debemus.

Quæres fortasse, Cur igitur est aliqua Ecclesia visibilis, & cui bono, si ab Ecclesia vera distinguenda est? Respondeo, vt percipiant & sciant omnes pij cui hominū cœtui, sese adiungere debeant, vt vero Deo ex ipsius verbo scripto seruiant, iuxta illud Christi *vbi cadaver, illic Aquila* Math. 24. v. 28. Verum neque omnes, qui se ad illam visibilè addunt, sunt veræ & saluandæ ecclesiæ membra, neque omnes, qui saluandi sunt, adhuc sese huic cœtui adiunxerunt, iuxta dictum Augustini Tractatu 45 in Iohan. *Multi sunt intus lupi, multa foris oves*. Nâ diuerso tēpore vocat suos Dominus Mat.

20. Quid autē nostrorū argumētis Bellar. respondeat, perpendamus. Nonnulli ex nostris afferunt illud quod est in Cantico Canticorū c. 4. v. 15. vbi vera Dei ecclesia appellatur *aqua viva*, & soli Electi. Respondet Bellar. Locum illū non pertinere ad ecclesiā, sed vel ad B. Mariam, vel ad quavis animā fidelē. Respōdeo Bellarmino, Ita sit, semper ad ecclesiā pertinet. Nā & B. Virgo, & anima fidelis dicitur *aqua viva*, quoniā ecclesiæ verę pars est. Ergo & multo magis vera ecclesia ipsa est aqua viva, p regulā, p quod vnūquodq; tale, & illud magis.

Secundum nostrum argumentum est arca Noę fuit ecclesiæ figura, 1. Petr. 3. v. 20. Augustinus li. v. c. vlt. de Baptismo contra Donatistas Hieronym. in Dialogo contra Luciferianos. Atqui Arca Noę solos seruādos habuit, ergo & Ecclesia. Respondet iste, Omnis similitudo claudicat vno pede. Respōdeo, Ergo falsum dixerint Petrus Apostolus & Augustinus ecclesiæ doctores, quia recta ista cōparatio, & similitudo in eo duntaxat est, quod vt in Arca ista, sic in ecclesia, soli seruandi sunt, ac fuerant. Quærat igitur aliam solutionem Bellarminus.

Tertium argumentum nostrum est, Christus est solum seruandorum, non etiam damnandorum caput Ephes. 5. v. 27. Ioh. 10. v. 28. Respōdet Bellarminus, Imo Christū caput esse etiā hominum dānālorū. Respōdeo, Hac Bellarmini sentētia nihil magis blasphemū esse posse, ac ne cogitari quidē. Nam vt est Christus vita: sic vitam omnibus iis, quibus sese communicat, affert, nunquam mortem. Iohan. 6. vers. 54. 55. 12. vers. 25. 1. Corinth. 1. vers. 30. Caput autem est eorum Christus, quibus sese ꝑ e: fidem communicat, & sibi concorpores

facit: non aliorum Ephes. 4. vers. 12. 13. 2. vers. 6. Autor operis in Mathæum Homil. 20.

Quartum argumētum nostrum est, omnes corporis eius partes, cuius Christus est caput, eodem spiritu, quo Christus, viuunt 1. Cor. 12. v. 13. Eph. 4. v. 16. Coloss. 2. v. 19. Respondet iste, formales tantum, quas vocat ipse, huius corporis mystici Christi partes viuere in Christo, quales esse definit Prophetas, Apostolos, Doctores: reliquas non item. Respondeo, Primum bene est, quod inter partes viuas Ecclesiæ iste Monachos non recenset, vti neque Paulus: neque eos facit partes Ecclesiæ formales, vtpote quæ sint duntaxat, teste Thoma Aquinate, vestis Ecclesiæ Fimbriæ, limbi, & quiesquilæ superuacaneæ. Deinde cōfutatur iste manifestè à Paulo, qui scribit *omnes* istius corporis partes, non aliquas solùm viuificari à Christo, Ephes. 4. vers. 13. & Coloss. 2. vers. 19. & *totum corpus*, ait Paulus idem.

Quintum argumentum nostrum, omnia vera ecclesiæ veræ membra sunt oues Christi: ergo & ad salutem prædestinati Iohan. 10. vers. 27. Respondet Bellarminus, ouium vox eo loco etiam malos, & hypocritas, & reprobos complectitur. Respondeo, Imo hæc interpretatio ex ipsomet Iohannis loco refellitur. Addit enim vers. 28. Christus de iis ouibus, & *ego vitam æternam do eis, nec peribunt in æternum*: quod faciunt reprobi, nemo enim oues Christi de ipsius manu rapere potest vers. 29.

Sextum nostrum argumentum est, veræ oues Christi sunt filij Dei Iohan. xi. vers. 52. sunt Deo noti, & habent firmum fundamentum 2. Timoth. 2. vers.

2. vers. 19. Ergo sunt soli ad salutem prædestinati. Nam qui sunt in visibili Dei ecclesia, neque sunt prædestinati: hominum tantum iudicio, non Dei, censentur esse in ecclesia, Augustinus lib. de corrept. & gratia. cap. 9. li. 3. ca. 32. de Doctrina Christiana. Autor operis in Matthæum Homil. 20. Ipse Bellarm. inf. col. 965, L. D. scribit *Mali non sunt vera & viva Ecclesie membra*. Respondet iste, ovis Christi dupliciter dicitur, vel verè, hæc est è numero prædestinatorum: vel falsò, hæc ovis est ex numero reprobatorum. Respondeo, Hæc Bellarmini solutio sunt nugæ. De veris enim ovis & filiis Dei, & Christi, non falsis, agunt loci à nobis citati: legantur loci S. Scripturæ in suis visceribus & in ipso textu.

Denique ex omnibus superioribus locis sic fides Bellarmini nutat, & concutitur, ut quò se verat, nesciat ipse. Tandem ne victus discessisse, & mutus fuisse videatur in nostrorum obiectionibus diluendis, hanc & falsam, & sibi contradicentem, & blasphemam distinctionem comminiscitur, alia esse membra veræ ecclesiæ secundum veritatem essentiæ & formæ: alia secundum veritatem finis, & assécutionis vitæ æternæ. Ergo non omnia, quæ sunt vera & veræ ecclesiæ essentialia membra, consequi per Christum vitam æternam. Hæc est istius sophistæ & impij hominis impia planè sententia. Quæ sententia primùm blasphema est, quia pugnat cum verbis Christi, qui omnibus & singulis veris sui corporis & ecclesiæ membris vitam æternam pollicetur, Iohan. 17. vers. 3, & vers. 24. *Pater, quos dedisti mihi, velim, ut ubi sum*

ego, & illi sint mecum, item cap. 10. vers. 29. *Nemo rapiet eos de manu mea.* Deinde per sese falsa est. Nam quicumque est essentialē & verum corporis Christi, id est ecclesiæ, membrum, est filius Dei, & proinde hæres futurus vitæ æternæ. *Quoscumque enim vocavit, glorificavit,* &c. Rom. 8. vers. 29. 30. Eos enim in fratres adoptavit Christus, vt faceret sibi cohæredes, hæredes autem Dei, Rom. 8. v. 15. & 17. Denique eadem sententia sibi ipsa cōtradicit. Negat enim id quod essentialē, & veram rei alicuius formam habet, destinari ad communem totius illius speciei finem, vt, si quis velit, Quempiam verum hominem esse, qui tamen non sit ad ratiocinandum natus. Hoc est *ad 5. & 6.* Sed hæ sunt Bellarmini ineptiæ, quibus os nobis oblinere se posse putat. Verum ad tuos, & ad populum Phaleras istas, Bellarmine.

Ad Cap. VIII.

Pelagianorum, & Anabaptistarum hæresis nihil nos attingit, qui eam & plenius, & melius, quam omnes isti, (qui ipsi sunt Semi Anabaptistæ, & Semi Pelagiani) cōfutauimus in nostris libris, & nostrā corā Deo iustificationem ex vnius Christi morte & gratia, nō ex operibus nostris esse cōstāntissimè, ac verissimè docemus ex Ro. 3. v. 24. 2. Timot. 1. v. 9. nō autē, vt isti, partim ex gratia, partim ex operibus nostris cōstare. Imo ne in hoc quidem ipso capite cōtra Pelagianos pugnās Bellarminus, Pelagianus esse definit, quū ait B. Mariā fuisse sine peccato, & eā cū Christo (proh blasphemia) coniūgit col. 961. L. C. itē. L. D. Possē aliquem esse, sed ad breuissimū tepus, absque omni peccato, nam & Maria

Maria misericordiã cõsecuta dicitur à Deo Luc. I. v. 28. Et si quis ad breue tēpus potest esse sine peccato, velut toto biduo, cur non & per triduū, & per totū vitæ suæ tempus? Refutatur Bellarmin. à Patribus quos citat: sed tã est hebes, vt nō intelligat.

Quòd ad locos à Pelagianis citatos, vbi ecclesia, etiã quæ est in his terris, dicitur absque ruga, & macula, laborat iste, & æstuat in his soluendis. Ergo, suo more, variè & dubiè respondet, *Tu dic vel sic, vel sic, vel sic.* Quæ solutio æstū animi istius indicat. Deinde affert solutiones sibi contrarias. Nā prima & tertia, quæ ponit perfectionē in his terris in ecclesia pugnat cū secunda, quæ demū ponit eā in cœlis. Deinde modò vult totā ecclesiã esse sanctā, modò illius duntaxat partem. Quæ verò est ista inconstantia scriptorum, & iudicij? Tu dic ex Paulo Ephes. I. vers. 4. Coloss. I. vers. 22. Ecclesiam Dei veram, quæ est in his terris, esse in se pollutā: in Christo totam sine ruga, & macula corā Deo.

Ad Cap. IX.

QVod ad grauissimos peccatores, fatemur & nos eos non tantū de visibili Ecclesia (de qua sola hīc agit iste) verū etiam de vera illa Dei ecclesia (de qua dicitur in Symbolo Apostolico, *Credo Sanctam Ecclesiã*) esse posse. Quid igitur iste strenuè mētiēs nos iis hereticis accēset, qui hoc negant? nisi quia Bellar. impostor est, & mētiri mauult, quā nihil cōtra nos afferre. Quæ robustissima, sed iā Hesuītis istis familiarissima, fraus est, & via ad sese corā vulgo hominū cōmendādos. Dele igitur istud Bellarmine ex tuis istis aduersariis & chartis, Nos negare magnos peccatores esse

in ecclesia & visibili, & Sancta. Quod enim nos à vestris cœtibus subduximus, non propter vitæ hominum vestrorum turpitudinem (et si maxima est, & verè detestanda) sed propter doctrinæ vestræ hereses, & manifestam in vestris illis conuentibus idololatriam præceptam, fecimus, Deo sic iubente, 1. Iohan. 5. vers. 21. *Filioli caveate vobis ab idolis.* Actor. 18. vers. 6. 7. 19. vers. 8. In summa quicquid hîc ex Dei verbo, & Patribus non detorta habet Bellarminus, id totum ex nostris libris, Philippi, in cōfessione Augustana, VVittembergica, Sueuica, Gallica, Anglica, & D. Caluini, & D. Bullingeri scriptis didicit, habet & descripsit.

Ad primum Donatistarum argumentum, ex Is. 52. vers. 11. *Recedite & exite è medio Babylonis,* &c. Respondeo. Agitur de Babylone, vbi nullus verus Dei cultus erat, ex qua nobis excundum est, quoniam erat & est illa idololatra. Sed quum Dominus agit de eo cœtu, vbi verè colitur, ait, *Sinite simul in eo crescere utraque & bona, & mala semina.* Math. 13. vers. 30. Hæc brevis est solutio, & verior, quàm illa perplexa, implicata & dubia Bellarmini, quæ hîc extat.

Quod autem, elabendi gratiâ, Bellarminus varias membrorum ecclesiæ partitiones, distinctiōnesque nouas cudit, quot illæ sunt, tot sunt vel nugæ, vel ægri somnia. Sed quoniam vbique visibilis ecclesiam cum vera, Apostolica, Catholica, seu ea quæ est in Symbolo, confundit, idcirco se in laqueos istos induit. Ergo alia membra esse ait secundum veritatem essentia vera ecclesiæ membra, alia secundum veritatem finis. Quis hos gryphos

phos vnquam audiuit: Et vtraque tamen vera mēbra Christi, Item alia secundum Prædestinationē, alia secundum præsentem iustitiam, Atque etiam hæc vtraque vera. Item Alia secundum quòd sunt res quædam, Alia secundum quòd sunt instrumenta operatiua Quis autem locus S. scripturæ docet aliquem esse membrum Ecclesiæ, secundum quòd si est res quædam naturalis. Et hæc sunt *σοφα* Bell. astuti *φάσμα* quibus nos decipi posse putat.

Secunda Donastitarum obiectio est, Ecclesia, quæ est in his terris, dicitur sancta: ergo sanctis cōstat. Quid ad hoc argumentum Bellarminus? Nugas agit, Sancta, inquit dicitur Ecclesia, quia tria illa, quibus constituitur, sunt Sancta, Nempe Baptisma, Professio fidei, charitas Respondeo, Bellarmino, Atqui hæc tria sunt extranea, i. extra ipsa Ecclesiæ membra, & illis accidentia tātum. Verum dicitur Ecclesia sancta interna etiā sanctitate, non tantum externa & imputata. Ergo nō tantū Baptismus ecclesiæ dicitur sanctus: sed & ipsi quoq; Baptizati sancti interna & inherente sanctitate Tit. 2. ver. 14. Ephes. 4. v. 23. Colof. 3. v. 8. & 10. Id quod Bellarmini solutio neque docet, neque admittit: Totam enim Ecclesiæ sanctitatem constituit extra ipsa Ecclesiæ membra in rebus merè accidentibus nimirum, non in ipsis membris in hærentē. Ex quo fit, vt falsa manifestè appareat. Ergo huius obiectionis Donatist.

Solutio est, dicitur Ecclesia *Sancta* in his terris quoniam omnia & singula vera ipsius mēbra sunt in his terris sancta etiam sanctitate interna & inherente per Spiritum Christi, sed ex parte tantum

singula, non plene, & perfectè, quandiu sunt in hoc Mundi statu.

Tertium argumentū Donatitarum est, soli filij Dei sunt membra, Ecclesiæ: at illi sunt sancti. Rom. 8. v. 14. Cypr. de *Unitate Ecclesiæ*. Ergo solis sanctis constat Ecclesia. Solutio facilis est, & vera hæc nostra, Solis sanctis constat Ecclesia ea, quæ vera est: quia Christi spiritu reguntur, & Christi sanguine purgantur Ephes. 4. ver. 26. 27. Quod de Ecclesia ea, quæ Visibilis est, itidem sentiendum, aut dicendū nequaquam est. Sed iste vbique vitæque confundit. Bell. solutio inepta est, & rē minime, vel longa etiam manu attingit. Confugit enim ad varia Filij significata. Id quod est præter casam fugere, & hostem non ferre.

Quartum argumentum Donatistarum est nihili. Negant enim vel schismaticos, vel contentiosos esse de Ecclesiæ Christi, quia perfecti non sunt. Respondeo, fallacia est A non causa pro causa. Nec enim desinunt esse de Ecclesia, quia plene perfecti in his terris non sunt.

Quintū argumentū Donatistarū est à testimonio Chrysostomi. Respondeo loquitur & Paul. 2. Tim. 2. v. 20. & Chrysostomus, de Ecclesia Visibili, & mēbris, quæ in ea sunt, ratione nostri, & quatenus ex moribus suis, non autē ex Dei electione, & Christi beneficio æstimatur. Multi. n. sūt hoc modo vasa lignea, nō aurea. Eodē modo ad argumentū ex Hieronymo sumptū, est respondendū, eū nō de Ecclesia Visibili, sicut putat Bell. agere sed de vera, & ea, quæ ex Dei electione nobis metiēda est Heb. 12. v. 23. Hoc est sextū Donatistarū argumentū.

Ad septimū, & octauum eorundem argumentū,

eodem modo respondendum est, non vt Bellarm. Augustinum, & Pacianū nempe de vera Dei Ecclesia loqui, non de Visibili. Quod autē iste negat Augustinū agnouisse duas Eccles. verē sentit, si de Ecclesiis Visibilibus agit. Vnā. n. Ecclesiā Visibilē, cui nos adiungere debeamus, & quæ sit Orthodoxa, Augustinus nouit. Sin autē iste sic sētit Augustinum non agnoscere duas Ecclesias, Vnā visibilē, in qua etiā sunt Reprobati, Alterā inuisibilē, in qua soli sunt à Deo ad salutē prædestinati, fallitur toto cœlo, & tota terra. Nam & loci ipsi à Bell. citati ex Augustino satis id probāt, Nēpe lib. 2. cōtra Crescon. c. 21. Tractatu 45. in Iohan. lib. 4. cap. 3. lib. 6. c. 7. 49. 50. 51. de Baptismo, lib. 3. Doctrinæ Christianæ c. 32. & alibi. Verū, quod magis id probat, est Petr. Nā Petrus 1. Petri c. 2. v. 5. 1. v. 2. agit de verē, & inuisibilis Ecclesiæ membris: & c. 2. & 3. posterioris suæ Epistolæ, de Ecclesia duntaxat Visibili differit. Et sic argumentum Magdeburgensiu, qui ex Dei verbo, & post Augustinū, Ecclesiā Visibilem ab inuisibili distinguūt, planē confirmatur: Bell. autē solutio cōfutatur, & refellitur. Denique quod iste col. 970. L. B. 5. *Respondeo* scribit eosdē homines posse ad regnū Christi, & Diaboli verē pertinere: quædā etiā esse Christi mēbra, in quib. Christus nihil operatur, sunt tot blasphemie, quot vocabula: & pugnat iste cum Paulo 2. Cor. 6.

Ad Cap. x.

SI quis vnquā in hoc de Ecclesia, & qui de ea sint censendi argumento delirauit, is certe est Bell. qui hoc loco ait & cōtendit longissimo capite isto Infideles occultos esse veras, licet aridas, Ecclesie

Dei veræ partes. Quæ sententia & blasphema est, & secum pugnans. Pugnans, quia nihil potest esse verum Ecclesiæ membrum, & tamen aridum. Nā vera Dei Ecclesia & tota viuit in Christo, & singula eius mēbra Ephes. 4. v. 16. & 17. Blasphema, quia Christi doctrinæ aduersatur, Ioha. 15. v. 2. *Pater Agricola omnem palmitem in me non ferentem, fructum tollit.* Quod Domini nostri Iesu Christi, dictum opponimus Aleti, Cani, Driedonis & aliorum autoritatibus, quos in prima castrorum suorum acie, velut Grues aues ordinatim, & extensim collocauit Bell. Verum istorū omnium error ex vno hoc fonte scaturit, quòd visibilem Ecclesiam cum vera Ecclesia, de qua agitur in Symbolo, pertinacissime confundunt, vt se Pontificios solos de vera Dei Ecclesia esse, & verum Ecclesiam esse ostentent arrogatissimè, ac falsissimè.

Locus 1. Iohan. 2. v. 19. *è nobis egressi sunt* procul dubio de visibili Ecclesia intelligitur, ex qua egrediuntur reprobi, in qua sola erant: nō in vera Dei Ecclesia, de qua dicitur, *Crede Ecclesiam* Augustin. tractatu 3. in Epistolam Iohannis, tract. 61, in eiusdem, Iohan. Euangelium.

Quod autem col. 971. L. C. miratur Bellarminus quomodo si occulti infideles non sunt de Ecclesia, tamen & dignitatem, & iurisdictionem iidem sæpe in ea habeant, & actus quosdam in eadem exerceant, vt Petrus Guapheus Antiochenus Episcopus, Nestorius Patriarcha Constantinopolitanus, Anastasi⁹ Papa I I. Romanus, & alij distinguat Bell. & cessabit mirari, vt docet August. Tract. 61. in Iohan, quia secundū aliud & secundū aliud vt turmq; dicitur,

que dicitur. Nā eiusmodi Infideles occulti nō sunt de vera Dei Ecclesia, de qua est in Symbolo August. lib. 3. c. 18. de Baptismo, sunt tamen de Visibili Ecclesia, quandiu manent occulti, & ab ea nondum damnati. Itaque existentes in eadem Episcopi iurisdictionem habēt Episcopalem, & quicquid tunc egerunt, pro legitimo actū censetur, quia cōmunis error facit ius vt est in *L. Barbarius Philippus. §. De officio pratoris.* Nec obstat ca. *Audiuimus.* 24. quæst. 1. vt ille putat, qui negat falsos Episcopos posse ligare. Hoc enim intelligitur de iis, qui iam falsi sunt deprehensi, & dānati: nō autē adhuc occulti, Glossa ibidem. sed & ipse Bellar. vel inuitus col. 972. *L. A. §. Augustinus* cogitur agnoscere esse aliud, esse de Ecclesia internē, vel externē, Confirmatur ex Augustino lib. 3. cap. 18. lib. 4. cap. 10. de Baptismo lib. De Catechizand. Rudibus c. 17. Tract. 61. in Iohan. & lib. 1. cap. 35. Ciuitate Dei. Sic & Iudas, qui erat in se Diabolus, fuit tamen vnus externus ex discipulis Christi, Iohan. 6. ver. 70. & in Ecclesia Visibili. Ergo quod Sagenæ Aræ, Reti, comparatur Ecclesia, Math. 13. de Ecclesia visibili est intelligendum: non de ea, quæ est inuisibilis compages & societas fidelium, sicut appellat Augustinus. Et Patres ipsi, quos hīc citat iste, sic sese explicant, & contra Bellarminum faciunt. Duas enim Ecclesias constituunt, Vnam videlicet Visibilem: Alteram autem inuisibilem, quæ est corpus Christi, & compages fidelium cum eo Verum est tam cæcus homo vt quod se ferit, non videat.

Cæterum quasdam esse corporis humani viui,

veras partes, quæ in eo neque viuât, neque sentiât, falsum est. Nulla est enim viui corporis pars illi inhærens, quæ eadem non viuat, & quidem eodem spiritu, quo totum ipsum corpus: ergo quod ex ista similitudine effectum vult Bellarminus, itidem est falsum, esse aliquas veras veræ Ecclesiæ partes quæ neque viuant, neque sentiant. Melius autem omnino Bellarminus faceret, si quum suorum sententiam & incertam, & secum pugnantem animaduertat, eâ relictâ, nostram amplecteretur, quæ & verissima est, & certissima, & secum, atque cum Dei verbo consentiēs: Denique quomodo ex Ecclesiæ iudicio pendeat definitio & certitudo Scripturæ sacræ, si, quæ sit vera Ecclesia sciri visibiliter, & certò non potest? Afferre enim istud, satis esse credere, aut assignare aliquem cœtum, in quo omnes partes veræ Ecclesiæ esse certo sciamus, tū est impossibile remediū, quoniã huiusmodi cœtus nullus assignari visibiliter potest: tū etiã ineptum, quia tunc Ecclesia ex mera cuiusque phantasia, fide seu credentiã, & opinione inani penderet, ac definiretur. Itaque meritò hanc sententiam & repudiat & oppugnat Bellarminus col. 974. L.D.

Verùm quasdam ad contrarias obiectiones aduersariorum rimatur solutiones Bellarm. Itaque nos eas examinemus, & perpendamus.

Primū obiicitur, fundamentū Ecclesiæ est Christus, qui sola fide apprehēditur I. Cor. 3. v. 11. ergo qui fide carēt, carēt Christi Ecclesiæ fundamēto: ac proinde nō sunt in vera Ecclesia. Respōdet iste, Aliquē esse posse in Ecclesia, qui neque fidē, neque caritatē habeat: modo habeat, & exhibeat externā
fidei

fidei professionem. Respondeo. Distingue Bell. de qua tu ecclesia, de qua nos agamus. Tu agis de Ecclesia visibili, de qua hypocrite esse possunt. Nos de vera, de qua sunt soli fideles. Sic nos, imo teipsū, ambiguitate vocis *Ecclesia* fallis. Secundū obiicitur, Vera ecclesia est fidelium vniuersalis collectio can. *Ecclesia* Consecrat. Dist. 1. cap. *Firmiter* ext. De *Summa Trinitate* Bellarminus respondet, Has ecclesiæ definitiones, licet à suis, & Romanis Pontificibus & Concilio prolatas, esse tamē falsas & ineptas. Respondeo Bell. Imo sunt verissimæ, Augustinus in *enchirid.* cap. 56. lib. 1. de Symbolo ad Catechumen c. 5. lib. 2. c. 13. li 4. c. 10. Isidorus li. 1. c. 19. de Summo bono, Rufinus de expositione Symboli, probāt. Sed quæ te tam læta tulerunt, secula? Qui talē tanti genere parentes Bell. qui tā liberè dicas (sed falso hoc loco) mentitos esse duos Papas R. Nempe Nicolaum primū, & Innocentiū III. cū generali suorū Cōcilio, quod supra errare nō posse cōtēdebas, & iurabas. Hic tibi nō cōstas.

Tertium obiicitur: Patres nobiscū sentiunt, Cyprianus lib. 4. Epist. 2. Athanas. Serm. 2. Contra Arianos, & alij. Bellarminus hic nihil respondet, quia verum est, quod Patres dicunt.

Quartum obiicitur. Eos. qui vera fide Deum timuerūt fuisse de Ecclesia semper, vti Iobum, Naamanum, etsi non fuerunt Israelitæ Act. 10. v. 34. Respondet iste, Solam externam fidei professionem semper ostendisse vera Ecclesiæ membra. Respondeo, Probet, hoc de veris veræ Ecclesiæ membris, & vicerit. Quod enim hic ait, pertinet ad sola Ecclesiæ visibilis membra, non veræ.

Quintum obiicitur, si ista Bellarmini & Pontificiorum sententia valet, atque admittitur, sublata est omnis ratio, qua veram ecclesiam à falsa: & veros fideles & pios ab hypocritis, occultis infidelibus, & Reprobatis à Deo hominibus distinguamus. Quicumque enim externè duntaxat Christi fidem profitebuntur, ij censendi erunt, imo re ipsa vera veræ & Dei ecclesiæ membra esse statuentur. Id quod est falsissimum, vt in Iuda Iscariote, Saule Rege, Anania Actor 5. apparet. Quid ad hoc argumentum Bellarminus? Pauit at, nihil respondet, tantum strenuè, sed impudenter negat externum baptismum in eo requiri, qui censendus est esse de corpore visibili ecclesiæ. Quæ solutio, & sententia falsa est, ipso Bellarmino teste toto cap. III. vbi non baptizatos negauit esse visibilis ecclesiæ membra. Item inter tres eorum notas, qui accensendi sunt ecclesiæ, diserte idem meminit baptismi. Preterea eadem solutio nodum non soluit. Vt enim hoc, quod vult, verum esse concedatur, non tollitur, imo augetur confusio, & animi incertitudo in dignoscenda vera ecclesia à falsa, vt veris piis à falsis: cui absurdo fuit respondendum ac medendum.

Quod autem ait, Eos, qui à nobis creduntur esse veri Episcopi, esse veros Episcopos, & ab iis nos falli non posse, & falsissimum est, & perpetua ecclesiæ historia confutatum. Nam Eunomius, Nestorius, Photius censebantur veri Episcopi: & tamen suum gregem turpissimè fefellerunt. Item Romanus Papa censetur verus Episcopus, cui totum tamen mundum in Apostasiam induxit. Sed

hæc

hæc sententia Bellarmini est planè in suos Episcopos assentatoria, & parasitica.

Denique sic concludit iste col. 977. L. D. satis esse, vt & prælati ecclesiæ, & singuli Christianum nomen externè profitentes sint vera ecclesiæ mēbra, si tales à nobis fide Morali, seu credulitate charitativa esse fingantur, & credantur. Id quod ecclesiam Dei hypocritis replebit, & replet: & veram ecclesiam cum falsa confundit: & eos verè fideles & pios facit, non quos Deus elegit, sed quos aliorum opinio hominum tales iudicauit.

Ad Cap. xi.

HOc caput nihil aliud est, quàm futuræ nobis cum Bellarmino, & ipsius sociis pugnæ præparatio. Docet enim ternis castris esse nobis cum iis confligendum, aut ter cum iis dimicandum. Quoties autem cum iis certamus, toties, Dei beneficio, victoriã reportamus. Ergo pugnarum numerus erit Christi laudis maior prædicatio, & amplior nostrarum victoriarum numerus ac cumulus.

Ad Cap. xii.

Prima pugna & quæstio est, vtrum vera Dei Ecclesia, de qua dicitur in Symbolo Apostolico, *Credo ecclesiam*, quæque est in his terris, sit visibilis. Visibilem eam esse vult & contendit Bellarminus, nos autem negamus. Huius igitur rationes & argumenta perpendamus absque præiudicio.

Primum, est sumptum ait iste, ex omnibus locis S. Scripturæ, vbi ecclesiæ nomē inuenitur. Nominē enim ecclesiæ semper visibilis congregatio significatur, siue in veteri testamento Numer. 20. v.

4.1. Reg. 8. ver. 55. siue in Nouo, Matth. 16. ver. 18. Actor. 20. ver. 28. 15. ver. 4. 18. ver. 22. 1. Timoth. 3. v. 15. & aliis similibus. Sic iste. Atqui Respondeo, falsum esse Bellarmini assumptum, semper Ecclesiæ nomen sumi in S. Scriptura pro visibili hominum congregatione, velut in Veteri Testamento, Psal. 87. ver. 5. 6. Il. 56. ver. 5. & 8. 57. ver. 15. 59. ver. 21. 66. In nouo Testamento quoque, velut Matth. 16. v. 18. Roman. 8. ver. 29. Ephes. 2. ver. 23. & 29. 1. ver. 22. Hebr. 12. ver. 23. ex quibus assumptum Bellarmini confutatur. Illic enim Ecclesiæ nomen Inuisibilē, non autem Visibilem cœtum declarat. Ergo est fallacia A petitione Principij. Deinde in his locis, quos citat iste ex Veteri Testamento vox *Ecclesia* propriè non de Moghel, i. sacro cœtu intelligitur sed de *chahal*, i. cōuentu Politico. Itaque est fallacia Ab æquiuatione vocabuli *Ecclesia*.

Secunda Bellarmini ratio ducitur ex allegoricis nonnullorum S. Scripturæ locorum interpretationibus. Respondeo, Allegoricæ interpretationes nihil probant. Et simili exemplo, imò meliori, ex Galat. 4. ver. 26. & seq. probatur Ecclesiā veram Dei, esse cœtū electorum Dei in his terris inuisibilem. Præterea qui loci hîc citantur à Bellarmino, de Visibili Ecclesia illi intelliguntur: quam sæpe esse illius inuisibilis ecclesiæ partem non negamus, velut Matth. 13.

Tertia ratio Bellarmini sumpta est ex ortu, & progressu Christianæ ecclesiæ, quæ semper fuit visibilis cœtus in Apostolis, & eorū successoribus. Respondeo, Neque Apostolorum, neque vllō tēpore omnes, & singulos verè pios in cœtu visibili Ecclesiæ

Ecclesie fuisse vnquam collectos. Itaque semper Ecclesia vera Dei inuisa, & inconspicua fuit ex suo toto, licet in quadam sui parte esset tunc visibilis.

Quarta ratio est hæc, Ecclesia est societas, & collectio hominum. At omnis collectio hominũ est visibilis: ergo & Ecclesia vera Visibilis. Respondeo, Ecclesia vera dicitur societas hominum mente, non visu, aut numero collecta in vnum corpus visibile, & in vnum locũ. Sicut Romana mihi Republica, aut Regnum, aut aliqua Ciuitas dicitur collectio hominum, etsi procul absit, non visibilis nobis oculis: sed mente concepta. Sic genus, sic species, vti Humana, dicitur esse collectio singulorum indiuiduorum hominum, nõ actu, sed duntaxat mente, & congregatione facta. Nam idcirco additur in Symbolo, *Communio Sanctorum*, vt non oculis, sed animo istam Ecclesie totius collectionem fieri intelligamus. Ergo fallacia est A petitione Principij, & falsa præsuppositione.

Quinta ratio, Vera Dei Ecclesia tempore Christi erat visibile corpus: ergo semper est Visibilis. Respondeo, Est falsum hoc assumptum. Nec enim tota Dei vera Ecclesia, & singuli à Deo prædestinati ad vitam eternam, erant olim tempore Christi in cœtu Visibilis Ecclesie inter Iudæos: sed quotidie addebantur per Christi prædicationem, vt postea per Apostolos, Actor. 2. ver. 41. 4. ver. 14. 13. ver. 48. Et Christus ipse colligebat oues perditas Israel, Matth. 15. ver. 24. Est etiam hæc consecutio, & collectio falsa. Arguit enim & concludit, A dicto secundum quid ad dictum simpliciter.

Sexta ratio Bellarmini est, Tenemur nos Ecclesiae adiungere: id quod, nisi sit Ecclesia Visibilis, à nobis fieri non potest. Respondeo, Deus saepe esse vult Visibilem aliquam Ecclesiam in his terris, ut suos consoletur, & tueatur contra nominis sui hostes: saepe nullam. Quum eam Visibilem esse vult, tunc nos illi adiungere debemus. Quum autem nulla est Visibilis, tunc cessat hoc praecipuum. Ergo fallacia est A non consequente. Nec enim illud praecipuum constituit Ecclesiam Dei semper Visibilem, sicut iste putat: sed iubet, quum est Visibilis aliqua vera Ecclesia ex notis ab ipso praecipuis, ut nos illi cōiungamus, ex Matth. 24. v. 28.

Septima ratio sumitur ex definitione Ecclesiae. Ecclesia est congregatio hominum utentium sacramentis. Ergo Visibilis esse debet. Respondeo, Definitio Ecclesiae à Bellarmino prolata completitur Ecclesiam, de qua est in Symbolo, & de qua quaerimus, & hinc agimus: sed tantum Ecclesiam Visibilem definit. Ergo vera verae Ecclesiae definitio est alia, nimirum haec, Ecclesia est cœtus, & multitudo electorum Dei ad salutem, quae definitio etiam inuisibili competit.

Octava ratio est, Testimonium Patrum. Respondeo, Illi, quos hinc citat, duntaxat de Ecclesia Visibili loquuntur: non de ea proprie, de qua est in Symbolo Apostolico, de qua dicitur, *Credo Ecclesiam*. At haec sola, & tota promissiones de salute habet. Secunda pugna, & quaestio.

Ad Cap. XIII.

HOc capite Bellarminus nititur efficere, Veram Dei Ecclesiam in his terris semper esse Visibi-

Visibilem. Id autem quum sit falsissimum, quibus tamen rationibus & machinis fulcire, & confirmare tentet, expendamus.

Prima ratio est ex Matth. 16. ver. 18. *Super hanc Petram edificabo meam Ecclesiam*, Respondeo, illic agi de Ecclesia Inuisibili: non Visibili. At locus Pauli, 1. Timoth. 3. ver. 11. agit de Ecclesia Visibili, quæ quoadiu est vera in his terris, est custos doctrinæ cælestis, Roman. 3. ver. 1. 2.

Locus ex Matth. 28. ver. 20. & Psal. 48. Pl. 87. de Ecclesia visibili intelligitur, vti & Pl. 72. Il. 61. At Ephes. 4. ver. 11. & 12. Luc. 4. de Ecclesia Visibili. In summa vbi S. Scriptura agit de perpetuo Dei favore per Christum, & salutari erga homines in his terris, de Ecclesia vera, & Inuisibili loquitur: vbi vero de regimine, ac ordine externo, de disciplina, de Excommunicatione, de Sacramentis, & eorum vero vsu agit, loquitur de Ecclesia Visibili, quæ sæpe & tunc est, (quum illa locum habent, & vsu legitimum) pars veræ Ecclesiæ Dei.

Tertia Bellarmini ratio est sumpta ex Metaphoris, quibus Ecclesia in S. Scriptura describitur, & repræsentatur, velut Area, Matth. 3. ver. 12. Retis vers. 47. Agri, vers. 24. Conuiuij, Matth. 22. vers. 2. ex quibus effici Bellarminus putat semper in his terris visibilem esse ecclesiam Dei veram, de qua dicitur in Symbolo, *Credo Ecclesiam*. Respondeo ex superiori regula à me posita, distingui oportere, quæ methaphoræ, & similitudines pertineant primùm ad ecclesiam, quæ est in his terris: quæ autem ad eam, quæ est in cælis, vt illa Matth. 25. de ouili, & de Agro, teste Christo. Item quæ simi-

litudines ad Ecclesiam, quæ in his terris est inuisibilis, qualis illa de Area, & Conuiuio, & Reti: quæ ad eã, quæ in his iisdem terris est inuisibilis. Nec enim omnes ad perpetua & salutaria Dei per Christum erga homines dona declaranda spectant: sed quædam duntaxat ad corporis Ecclesie Visibilis membra distinguenda, qualis etiam similitudo de x. Virginit. Matth. 25. Et sic largiter peccat Bellarminus.

Quarta ratio ex Psal. 72. ver. 17. 89. vers. 4. & 37. 132. ver. 14. Daniel. 2. ver. 44. ubi de æternitate regni Christi, siue Ecclesie agitur. Respondeo locos illos omnes S. Scripturæ, & illis similes, alios propriè pertinere ad Ecclesiam, quam Deus in cælis, non in his terris colliget. Ergo extra propositum de Ecclesia Dei, quæ est in his terris, allegantur hi loci à Bellarmino. De hac enim hoc loco solum agit Bellarminus.

Quinta ratio sumitur ex Augustini Concione II. in Psal. c1. & Bernardi Sermone 79. in Cantica, ubi distinguendum est. Nam quæ de perpetuis Dei donis dicunt illi, ad inuisibilem: quæ de moribus & Persecutionibus Ecclesie scribunt, ad Ecclesiam Dei Visibilem debent referri.

Sexta ratio Bellarmini est dilemma, Veri fideles aut edunt sue, & veræ, fidei professionem, & tunc est Ecclesia Visibilis: aut nullam edunt, & tunc nulli saluantur, quia nulli apparent esse in Ecclesia, extra quam non est salus. Respondeo, Prima pars huius dilemmatis est vera, & à nobis conceditur. Posterior est falsa, & à nobis idcirco negatur. Neque enim desinit esse in his terris Ecclesia, etsi illa est nobis & Inuisibilis, & ignota: sed

ta : sed Deo eius auctori nota est. Item falsum est, Extra Visibilem, quæ est in his terris, ecclesiæ cætum neminem salutem æternam consequi.

Consequimur enim salutem, quoniam à Deo sumus electi, non quia huic Visibili cætui sumus aggregati. Confessio autem nominis Dei, de qua est Roman. 10. vers. 10. est extra hoc argumentum, vtrum ecclesia sit semper Visibilis in Mundo.

Ad Cap. XIII.

Tertia nostra cum Bellarmino pugna seu quæstio est, Vtrum Ecclesia Visibilis, quæ est in his terris, errare possit. Ille negat errare posse. Nos autem dicimus posse : imo de facto ipso sæpissimè errasse contendimus : & supra in disputatione de Conciliis demonstrauius. Verum Bellarmini momenta & argumenta videamus. Nam quæ sit nostra, vel Caluini sententia melius nos scimus, quàm Bellarminus. Itaq; eam ex isto discere neq; nos debemus, neque alius quisquam : sed ex nostris scriptis. Nam neque iste vult nobis credi quæ sit ipsorum sententia. Patiatur ergo legem quam ipse nobis fert, & indicere gestit, vt os lectoribus oblinat, eosque decipiat.

Porro sic explicat Bellarminus suam & suorum sententiam, vt nihil magis blasphemum in Deum vel cogitari, nedum dici, aut scribi possit. Sic enim ait, Quicquid tradit Ecclesia Visibilis siue tota, siue in suis Episcopis repræsentata, siue habeatur expressè in Dei verbo, siue non de rebus credendis aut agendis, id omne necessario verum est, & de fide, ac credendum. Quid Satan ipse scædus, & cõtumeliosus in

& Deum, & Christum eius euomere potuit? In Deum, quum tam apertè Deus vbique alio modo, quam ex suo solo verbo scripto coli se vetet Deuter. 4. Matth. 15. Coloss. 2. In Christum, quum ille solus ecclesiæ doctor nominetur Matth. cap. 23. versic. 10.

Verùm contraria, id est, manifestè pugnantia cū Dei verbo Bellarmini argumenta absque præiudicio perpendamus.

Primum est ex 1. Timoth. 3. versic. 15. Ecclesia est sedile, & columna veritatis. Ergo errare non potest. Respondet D. Calvinus, ecclesia dicitur columna veritatis, quoniam eam per prædicationem fidelissimè seruat fartam, tectam: non vt officinæ librariorum, quemadmodum putat hoc loco Bellarminus, quæ sunt custodes mutæ istius doctrinæ, cælestis & Bibliorum sacrorum: sed vt Vocalis & Vina illius doctrinæ custos, quoniam eam prædicat, audit, sequitur, amplectitur. Sic pij & fideles dicuntur lapides templi Dei, sed lapides *vini*, nō autem mortui, sicut docet noster, & D. Petrus 1. Pet. 2. vers. 5. Sic qui perseverant in vera fide, dicuntur esse columnæ & Templi Dei, & Veritatis, Apocal. 3. vers. 12. Galat. 2. vers. 9. Quod si mihi in re hac grauiissima iocari, & scurram agere, quod tu Bellarmino facis, liberet: dicerem eam ipsam ecclesiam, quam tu errare non posse ex eo loco falso colligis, neque verum quoque dicere & docere posse, quia columna vocatur, quæ est res infans, & muta, & bruta. Sed audi tu, Quomodo vocatur Ecclesia Christiana columna veritatis, primùm, quoniam doctrina Christi vera & cælestis est in his cœtibus
(qui

(qui sunt Visibiles verę Dei Ecclesię partes & cõ-
 uentus) & in his, velut in loco honesto, eminenti,
 ædificato, versatur, extat, apparet, eminent ista veritas:
 non occulta, non muta, vt tu vis, non ignota latet,
 & tegitur. Hoc enim vox *σύλος* & *ἰδραίωμα* signi-
 ficat, locum nimirum eminentem & honestum,
 quales erant columnę, in quibus fortium virorum
 statuę, vt omnibus innotescerent, collocabantur.
 Sic qui eminent in Ecclesia, columnę Ecclesię
 vocantur Galat. 2. v. 9. Apoc. 3. v. 12. Ergo *σύλος* &
 columna significat locum dūtaxat, in quo aliquid
 est eminenter & honestè. Non autem causam ef-
 ficientem, aut viuificantem rem eam cuius est co-
 lumna. Neque enim columnę sunt causę gi-
 gnentes, producentes aut viuificantes statuas
 ipsis impositas: sed solùm eas ostendentes publi-
 cè. Deinde dicitur Ecclesia columna Veritatis,
 quoniam concredita sunt ei Dei oracula, te-
 ste & interprete D. Paulo Roman. 3. ver. 2. Quid
 igitur, aut cur tergiuersatur Bellarminus in hac
 illius Pauli loci verissima interpretatione admit-
 mittenda, vt intelligat Ecclesiam Visibilem tunc
 demum, & tandiu dici & esse veram Ecclesiam,
 quandiu in ea vox cęlestis & Euangelicę veritatis
 sonat. Quę quum prorsus pene in Põtificia & Ro-
 mana Ecclesia obmutuerit, illa quoque iam Ec-
 clesia, nisi homonymos seu æquiuocè, neque est,
 neque dici potest. Ergo, (contra quàm putat Bel-
 larminus) Ecclesia veritati doctrinę diuinę inni-
 titur, non autem Veritas doctrinę diuinę innititur
 Ecclesię autoritate. Alioqui Ecclesia non *σύλος*
 columna: sed *θεμέλιον* & *κεφαλὴ* fundamentum

veritatis uti Christus, diceretur & dici debuit 1. Corin. 3. v. 11. Id quod esset, & est omnino blasphemum. Denique delirat iste, quum col. 984. L. C. scribit Ecclesiam fuisse in his terris, antequam fuisset vlla doctrina cælestis, & Dei verbum, vllū prolatū. Hoc enim est falsissimū, fuit enim Dei verbum, hæc veritas & doctrina cælestis ab initio Mundi etsi nondū esset scripta & in litteras missa.

Secunda Bellarm. ratio ducta est à capite Ecclesiæ sic, Christus, qui errare non potest, est caput Ecclesiæ. Ergo nec Ecclesia potest errare, quoniã Ecclesia eius spiritu gubernatur. Respondet D. Calvinus, Quia, quãdiu est Ecclesia in his terris nõ finit se penitus & in omnib. à Christi spiritu regi, & gubernari, idcirco sæpe errat. Id quod verum est. Apparet in Corinthiaca Ecclesia, quæ in Articulo Resurrectionis grauiterrauit: in Galaticis Ecclesiis, quæ in Articulo de nostra coram Deo iustificatione, à veritate discesserunt. Respondet Bellarminus, imo tenetur Christus, vt sponsus, remouere à sua Ecclesia errorem omnem pernitosum, & fidei Articuli euersiuū. Respondeo Bellarmino. Quãdiu erit hic status Mundi, absque peccato, & errore prorsus non erit in Mundo Ecclesia, imo inquit Christus, necesse est, vt scandala & hærefes eueniant, Matt. 18. v. 7. 1. Corin. 11. v. 19. propterea quod regnat peccatum in hoc Mundo, & Mundus hic positus est in malo 1. Iohan. 5. v. 19. Quum igitur in his terris Ecclesia nondum plene Christi dona participet, neque eius spiritu plene regatur, errat, & decipitur.

Tertia Bellarmini ratio est, credendum est Ecclesiæ in omnib. ex Christi præcepto, Mat. 18. v. 17.

At non iubet Christus, vt cuiusquã erroribus credamus. Ergo Ecclesia non potest errare. Respõdeo Assumptum hoc Bell. Iubere Christum, vt in omnib. Ecclesiæ credamus est falsum, sed iis duntaxat vult credi, quæ ex cathedra Mosis, docet Ecclesia, Mat. 23. v. 2. Nec habet locus Mat. 18. v. 17. *in omnib.* vt cū hic perfide citat Bell. Neque etiam ille locus agit de dogmate fidei, sed de morum emendatione, & censura Ecclesiæ in vi ab aliis arcenda, ne qua pio homini fiat ab homine pio. Quod autem ait iste de D. Caluino, sunt meræ nugæ, & fabulæ ab hoc confictæ.

Quarta ratio Bellar. est, Ecclesia dicitur Sancta, ergo omnino errare in fide non potest. Respondeo est fallacia duplex, Vna A non consequente: Altera ab ignorantia Elenchi. Nam quod de moribus Ecclesiæ dicitur, transfert ad fidem, Sed vt hæc ipsa applicatio Bellarmino concedatur (sunt enim fides & Sanctitas inter se coniuncta Dei dona) non sequitur Ecclesiã, quæ est in his terris, neque in fide, neque in moribus labi turpissimæ, quæ admodum apparet in Ecclesia Corinthiaca, quæ in fide errauit 1. Corint. 15. & in moribus cap. 1. & 5. ex parte enim hîc Ecclesia est sancta. Quinta ratio Bell. est error manifestissimus, Nêpe, non esse necesse ad salutẽ credere esse aliquod Dei verbũ scriptũ, & sine hac fide multos Ethnicos & barbaros fuisse seruatos, Ireneus lib. 3. c. 4. Respõdeo, Si hæc Bell. sentẽtia vera est, sequitur aliquos sine fide in Christum esse seruatos, cõtra quã est Ephes. 2. v. 8. Fides enim illa non nisi ex Dei verbo scripto & patefacto haberi potest, Sequetur quoque, Veram

fidem absque Dei verbo, id est, Vnum relatum absque suo correlato esse posse, quod est *αδωρατὸς τῆς* *ἰσθ.* Sunt enim hæc duo correlata, & sibi *ἑαυτῶν* fides vera, & Dei verbum patefactū, Hebr. II. ver. I. Philip. I. v. 27. R. IO. v. 17. Ergo horum vnum absque altero existere non potest.

Sexta Bellarmini ratio est ducta A dictis Patrum, qui in dubiis questionibus ad Ecclesiam nos reuocant, & prouocāt. Respondeo, quatenus in ea verbum Dei pure prædicari (ex Math. 23.) tunc videbant, & Ecclesiā sui temporis sequi credebant, S. scripturam, quæ vt inquit Augustinus lib. I. cap. 33. contra Cresconium, fallere non potest. Alioqui & si à verbo Dei scripto recedat Ecclesia, & falli, & fallere potest. Nam, vt contra Donastitas inquit Augustinus, etiam Concilia generalia alia ab aliis corriguntur. Reliquum istius capituli, & tum per se nihili: tum à nobis supra hoc ipso capite confutatum. Itaque ne flocci quidem fecimus.

Ad Cap. xv.

Argumenta nostrorum iam discutit Bellarm. quæ soluere quanquam non potest, tamē obsecrare, vel saltem eleuare conatur pro sua virili: Ecclesiam igitur Dei verā, (de qua dicitur in Symbolo, *Credo Ecclesiam*, quæ sola est Dei Ecclesia in his terris, & extra quam non est salus) dicimus, docemūsq; in his terris esse inuisibilem.

Primum ex variis S. scripturæ locis, vt Luc. 17. v. 20. Iohan. 4. v. 23. I. Pet. 2. v. 5. Heb. 8. v. 10. II. v. 14. 12. v. 12. & aliis, vbi ostēditur vera Dei Ecclesia mēte potius capi, & ex Dei spiritu in ea agēte, quā oculis, & ceremoniis visibilibus, iudicanda. Qui d ad hoc
Bell.

Bell. Varias solutiones cōminiscitur, & rimas tē-
 tat, quibus elabi queat: sed non potest. Modò hos
 locos ad Dei dona refert, nō ad ipsā Ecclesiā, mo-
 dō ad Christū ipsum, modò ad internū Dei cultū:
 modò ad Ecclesiā triumphantē: modò aliud fingit
 ac rimatur. Verū respōdeo Bell. Quòd quemad-
 modū Dei dona erga suā Ecclesiam sunt spiritua-
 lia, sic Ecclesiam quoque Dei verā esse spiritualē.
 Nā etsi ritus quosdā (quos obseruaret) ei visibiles
 instituit Dominus: spiritu tamē imprimis semper
 ab ea coli voluit & vult. Itaque etiam ii sunt pars
 & membra Ecclesiæ veræ: qui spiritu Deo seruiūt,
 si simul conuenire, si ritus & cæremonias illas vi-
 sibiles exercere propter infestas afflictiones & per-
 secutiones non possunt. Quare Ecclesia illa inuisi-
 bilis & illa Dei dona, & cultum Dei spiritualem
 in suis membris habet, & retinet, si externū quoq;
 habere non potest: quod ij fecerunt, qui per spe-
 luncas & cauernas latebant tempore persecutio-
 num Ecclesiæ, quorū meminit Apostolus ad Heb.
 c. II. v. 36. 37. qui tamen non fuissent in Ecclesia, si
 Ecclesia in his terris semper est visibile corpus, &
 cœtus hominum Sacramentis visibiliter commu-
 nicantium, quemadmodum falsò sentit & scribit
 hoc loco Bellarminus. Ergo Ecclesia vera Dei in
 his terris est etiam tunc quum est inuisibilis, Et
domus spiritualis Dei 1. Petr. 2. v. 5.

Deinde obiicimus Articulum Symboli Apo-
 stolici, *Credo Ecclesiam*. Credimus autem ea, quæ
 sunt inuisibilia. Ergo Ecclesia est inuisibilis. Re-
 spondet iste, Ecclesia est inuisibilis non ipsa quidē
 vnquam, sed eius fides. Nec enim videtur fides,

quam habent ipsius membra. Respondeo Bellarmino, primū idem de sanctitate Ecclesiæ dici potest, eam esse inuisibilem, & idcirco scribi in Symbolo, *Credo, non video Ecclesiam*. Verum istam solutionē ipsemet Bellarminus hīc repudiat, vt falsam. Ergo & suā, quæ illi prorsus similis est. Deinde non cadit verbum *Credo super Sanctam, aut fidē Ecclesiæ*, de qua nulla fit in hoc Articulo mentio, sed cadit hoc verbum, *Credo super Ecclesiam*. Non enim dicitur in Symbolo, *Video Ecclesiam*, quam *credo* sanctā, sed sic scribitur *Credo Ecclesiā*. Præter ea ipsius commendatio & descriptio additur ex qualitatibus *Sanctam, Catholicam* &c. Ergo ipsamet Ecclesia esse creditur: non tantū eius qualitas, vel *fides sanctitas* &c. Nec de fide, sanctitate, charitate &c. Ecclesiæ dicitur, *Credo*: sed per se, & propriē de ipsamet Ecclesia & illius corpore, id est, de ipso cœtu hominum, qui est Ecclesia. Nam vox, *credo*, teste Augustino significat fide amplector, nō oculis cerno, *ὅτι ὅτι ἐκκλησία*, quod sit & excitat in his terris aliquis hominum cœtus, qui totus sit Dei vera Ecclesia, Quare solutio Bellarmini est inanis latebra, & κρησφύγετον latibulum, ac tergiuersatio: non responsio, aut argumenti depulsio. Id quod omnes ij, qui non habent cor ouis, vident & agnoscunt.

Ad Cap. xvi.

QUæritur in hoc capite, Vtrum hoc sit verum, Ecclesiam Dei sæpe sic deficere in his terris, vt iam Visibilis nulla apareat. Hoc enim est, quod proponere debuit Bell. vt absque fraude nostram sententiam referret: non autem tanquam ex nostra sententia, illud scribere, & ponere Ecclesiam Dei

posse prorsus in his terris deficere: id quod nemo vnquam nostrum sensit, aut scribit. Sed vt facilem de nobis iste victoriam, & Salmacida spolia sine sanguine reportaret, hoc nobis, vel prudēs & sciēs ac proinde mentiens, affinxit: aut quod sit nostrū dogma de ea re ignorans, atque ita hoc temere asserit. Cæterum posse Ecclesiam sic (non autē propterea in his terris vt omnino nulla sit, sed nostri nulla. i. hominum ratione) deficere, vt nulla sit nobis in his terris visibilis, dicimus affirmamus, & contendimus: sed Bellarminus negat, reicit, hereticū putat: et si tamē & verissimū est. & cū Dei verbo plane consentiens, 1. Reg. 19. Rom. 11. v. 4. Luc. 18. v. 8. II. 1. v. 9. Roman. 9. v. 29. 2. Maccab. 6. v. 11. Verum quia pertubate, & in cumulo Bellarminus argumēta nostrā cōgessit & cōmemorauit, vt huic tū necessario argumēto tenebras offūderet: nos ea & distinctē, & ipsius respōsiones ad singula, (vt lucē huic pulcherrimę disputationi inferamus) recitabimus ac examinabimus. Primum igitur nostrū argumentum est, Prima Mundi Ecclesia fuerunt solum Adamus & Eua: quorum vterque aberrauit, apostatauit, defecit à Deo, & suo capite. Ergo Ecclesia deficere potest. Hoc nostrum argumentū potius docet Visibilem Ecclesiam totam errare posse, quàm desinere esse & in his terris deficere. Vt cūque sit, quid Bellarminus. Respondet sic, vt se inuoluat. Primū negat fuisse in duobus illis hominib. Ecclesiā. Credo, quia postea scriptum est, in legib. Romanis ab Vlp. Iuriscōsulto, tres saltē personas requiri, vt cōstituatur collegiū: in quo tamē sibi contradicit, qui col. 994. L. D. in vna V. Maria

ecclesiam statuit. Verùm respondeo, Iam tunc erant duo illi soli ecclesia Dei, sed postea multiplicanda. Nam iam hi duo erant à Deo ad salutem eternam destinati in his terris, & tunc soli: ergo hi soli erant ecclesia Dei. Deinde respiciens Bellarminus ait Adamum, qui erat tunc caput ecclesiæ, (ergo per Bellarminum iam erat ecclesia, id quod quinque antea lineis negavit) errare non potuisse in fide, neque errasse: sed in vita tantùm. Respondeo, contra Paulus Rom. 5. vers. 12. deceptum Adamum fuisse docet, & peccasse scribit. Et Genes. 3. vers. 6. manifestè apparet Adamum credidisse Sathanæ: Dei verò minas & verbum falsum existimasse, qui summus est error, & circa fidem ipsam.

Secundum argumentum nostrum est, ecclesia tota cum suo Pontifice Aaronè à Deo defecit, quò Moses conscendisset in montem ad Deum. Exod. 32. Et hoc quoque nostrum argumentum, vti & quartum eò spectat potius, vt doceatur totam ecclesiam cum suo Pontifice errare posse: quàm inuisibilem esse, & posse in his terris deficere: quia tunc quoque erat visibile aliquod corpus ecclesiæ, totius inuisibilis ecclesiæ pars seu portio. Verùm omnia nostra conturbat Bellarminus, & argumenta nostra in alienum sensum rapit, & affert, vt sibi ipse facile vindicias in hac causa det, & pro se pronuntiet. Quid igitur ille? Negat tunc defecisse omnino ecclesiam, vt non esset & visibilis, & aliqui in ea bene sentientes, velut Leuitæ. Respondeo Bellarmino, omnem illum visibilis ecclesiæ cœtum, qui tunc in castris remanserat. vnâ cum suo summo Pontifice aberrasse, etiam Leuitas ipsos
 primum,

primum Textus est expressus in dicto capite 32. vers. 3. *Totus populus seu ecclesia detraxit in aures suas, &c.* inquit Moses. Sed postea Leuitę, (qui primum cum cæteris aberrauerant, & consenserant pœnitentia ducti Mofi adhæserunt & Deo v. 28. & Philo Iudæus de Sacrificatoribus agens, sic scribit hunc locum explicās. Quod autem iste negat Aaronem tunc fuisse summum Pōtificem à Deo designatum toti populo, refellitur manifestè ex Exo. cap. 30. vers. 30. Nondum quidem fuerat à Mose vnctus: erat tamen iam à Deo Pontifex summus designatus, & talis quoque populo declaratur. Itaque populus ad eum accedit, non ad alios, vt Deū populo Aaron faceret, & Deo sacrificaret, quia populus iam sciebat eum à Deo designatum summum factorum præsidem.

Tertium nostrum argumentum est, Ecclesia Dei prorsus desiit esse visibilis in toto regno Israelis, tempore Elię, i. Reg. 19. quem locum Paulus Rom. 11. vers. 4. ad totam ecclesiam generaliter applicat: item tempore Macchabæorum lib. 1. cap. 2. vers. 31. lib. 2. ca. 6. vers. 11. & alias sæpe vti Hebr. 11. vers. 38. id contigit. Respondet Bellarminus variè, & dubiè. Primum negat totam Dei ecclesiam visibilem fuisse eam, quæ erat in semine Israelis. Atqui hoc Bellarmino, falsissimum est. Ait enim Ps. 76. *Solum in Iudæa notus Deus est.* Deinde ait hoc Elię dictum, *Relictus sum solus*, non intelligendum de tota ecclesia visibili, quæ tunc erat in mundo: sed de vna tantum eius parte, nimirum ea, quæ erat in regno Samarix: non in regno Iuda. Respondeo Bellarmino, Paulus Rom. 11. vers. 4. applicat

illum locum & dictum de Elia generaliter ad totam Ecclesiam, colligitque desinere posse esse visibilem, uti ex II. I. v. 9. in eadem Epistola ad Romanos, cap 9. ver. 29. Ergo Bellarminus interpretationem Pauli reprehendat, non Philippum, non Calvinum, nō nos, qui Paulum autorem sequimur optimum S. Scripturæ interpretem.

Quartum nostrum argumentum sumitur ex I. I. ver. 1. Hier. 2. vers. 8. 16. 17. 2. Chronicor. 15. ver. 3. ubi ostenditur totum Dei populum cum suis Sacerdotibus, & Principibus aberrasse. Hoc argumento probamus potius aberrare posse totam Visibilem Ecclesiā, quàm esse desinere in his terris. Respondet Bellarminus, Prophetas loqui Synecdochicā, & pro parte sumere totum. R. Imò Ecclesiæ singulæ partes disertè enumerantur, nempe Sacerdotes, Principes, Prophetæ, & Populus, & quidem totus. Deinde nutat in ea ipsa sua solutione Bellarminus. Nam primū dubitat de loci ex 2. Chronic. 15. citati interpretatione, dum sic scribit, *Deinde fortasse locus ille loquitur.* Præterea & ait, & negat. Ait hunc locum intelligi *de regno Israel, non de Regno Iuda.* Negat postea hoc ipsum, dum hunc eundem locum refert ad hoc nostrum tempus, quo solū Regnum Iuda, & soli Iudæi, non etiam alij Israelitæ nobis sunt noti, quos vult esse sine Rege, sine Lege. Itaq; pertinet iste locus ex hac secunda Bellarmini sententia, ad Regnum Iuda, nō autem ad Regnum Israel. Id quod est secum manifestè pugnare, & quod antea dixerat, aperte negare: sic nimirum sibi non constat Bellar.

Quintū nostrum argumentum est, nō quidē ex Daniel.

Daniel 9. ver. 27. vt iste falso nobis attribuit. Nec enim tam vecordes, imperiti, & ἀθεόλογοι sumus quàm iste, qui Dei promissionum, & ceremoniarum legalium implementum per Christum factum censeamus & appellemus extinctionem, errorem, aut desinentiam ecclesie Dei Visibilis in his terris. Locus autem ille Danielis ad Christum, & legalium ceremoniarum implementum totus pertinet: non ad errorem ecclesie, aut extinctionem illius, Chrysofost. Theophylact. in Matth. 24. August. epist. 80. Tertullian. contra Iudæos cap. 5. Sumitur igitur nostrum argumentum ex Luc. 18. ver. 8. 2. Thessal. 2. v. 4. 9. 10. vbi docetur aut nullam, aut exiguam admodum sub Antichristi regno fore visibilem in his terris Ecclesiam Dei. Nec esse Tempora signum vere ecclesie, vt docet Hier. 7. neque personarum successionem quoque. Quid Bellarminus? Hoc agnoscit verum: & se ingenuum ostendit hactenus: non ultra. Postea vero statim mendax est. Negat enim se & suos in his gloriari. In quo manifestè a seipso refutatur libro sequenti: Quod ad locum Lucæ 18. cum nobis quoque concedit. Sed & locum Pauli 2. Thess. 2. ver. 4. licet conetur intorquere, & detorquere: tamen non potest. Variè primum, suo more, cum explicat: deinde dubie ex probabili solum coniectura. Verum tandem omnibus subductis agnoscit, quod verum est, illic & de Antichristi regno agi, & de nulla multis annis visibili futura in his terris ecclesia. Fugiet enim illa in desertum, vt ibi lateat, vt est Apocal. 12. v. 14. apertissime traditum.

Sextum argumentum nostrum est, Conciliū Basiliese generale deposuit Eugenium IIII. Papam, aliū illi

substituit. At Eugenius tamen postea contra Dei præceptum, Hebr. 5. ver. 4. contra Canones, Simoniacè, per vim nempe, & per pecuniam, & fraudes se in Papatum intrulit, executionem Pontificalis officij sibi vsurpauit, (quod erat nefas, can. *Gratia*, & can. *Quicumque sacros.* 1. quæst. 1.) ordines contulit Ecclesiasticos omnibus iis, qui postea fuerunt Episcopi, & illi his, qui nunc sunt in Ecclesia Romana. At Simoniacus, & Depositus non officium, sed lepram confert, can. *Cum ordinaretur*: & nullâ sui officij executionem habet, can. *Ordinationes.* & car. *Quibusdam.* 1. quæst. 1. Ergo ab eo tẽpore neq; vera Ecclesia, neque veri vlli fuerunt Episcopi, & sic periit inter Pontificios ipsos Ecclesia Visibilis. Ergo aut nulla inter eos fuit: aut illa erat, & est inuisibilis tantum. Quid ad hæc Bellarminus: nẽpe qua est fronte strenuè mentitur. Negat impudẽter hæreticus iste ea scripta esse, quæ scripta extant, vt antea de libris Caroli Magni docui, quia mentiri mauult, quàm nihil comminisci. Negat igitur Cõcilium Basiliense totum fuisse legitimũ, sed tantum ex parte. Atqui respondeo, A Nicolao V. fuit approbatum. Et quod ad depositionẽ Eugenij, apparet maturo orbis Christiani iudicio eã factam, de qua in Basiliensi Cõcilio pluribus Sessionibus, nempe 34. 37. & 38. fuit actum, ac deliberatũ. Itaque nusquam ea postea fuit renocata generali vllõ Concilio. Deniq; Deus ipse Conciliũ illud Florẽtinum, quod primũ Ferrariã indictũ fuerat, execratus est. Pestis enim maxima istos Eugenianos eiecit, vt testatur illius tẽporis historia.

Septimum argumentum nostrum est, Auctori-

tas

tas Patrum, velut Hilarij libro contra Auxentiũ. Hieronymi contra Luciferianos, Basilij Epist. 69. & 70. Bernardi Serm. 33. in Cantica, Chrysoſtomi Homil. 49. in Matthæum, & aliorum plerorũque. Hi enim omnes docēt ea sæpe incidisse tempora, quibus propter varias hæreses tunc exortas, & imprimis Arrianismum, vel nulla omnino esset vera Visibilis in his terris Ecclesia, vel in locis & paucissimis, & tectissimis. Respōdet Bellarm. Illa Patrum dicta probare in quibusdam duntaxat vrbibus desiisse veram Ecclesiam esse Visibilem: non autem vbique terrarum. R. Bellarmino. Imò penè per totos octuaginta annos Arriani Ecclesias tenuerunt soli publicè. Orthodoxos Episcopos eiecerunt, reliquos persecuti tam duriter sunt, vt latere cogerentur, aut nō conuenire: Orthodoxorũ quoque Basilicas obsepiuerunt spinis Arriani, ne vlllo pacto frequentarentur, aut in eas Orthodoxi conuenirēt, teste tota illius tēporis historia. Quid igitur excipit iste fuisse has Ecclesiæ Dei ruinas tantũ particulares, nō vniuersales? Deniq; quod Arimini, quod Mediolani, quod Alexãdriæ, quod Constantinopoli contigit, vt in amplissimis illis ciuitatibus Ecclesia Dei vera prorsus desineret esse Visibilis, idem quoque minoribus alijs singulis oppidis euenire potuit, quum sit vnum omnium Dei Ecclesiarũ fundamentũ. Et hæc quidem nostra argumēta confirmāt, Bellarmini verò technas & veteratorias solutiones exsufflāt, & confutant.

Ad Cap. xv i i.

PAstores omnes visibilis cœtus, & Ecclesiæ simul errare posse his argumentis probamus. Primum est, tempore Micheæ Prophetæ, omnes

Prophetæ Ecclesiæ, quæ tunc in Israel erat cœtus visibilis, erravit, & quidem simul. 1. Reg. 22. Ergo & nûc quoq; Doctores, & Pastores Ecclesiæ Visibilis simul errare possunt. Respondet Bellarm. cœc. illi Prophetæ errarunt, quia erant pseudopropheta. R. At iidem tamē erant & doctores totius cœtus Visibilis Ecclesiæ, quæ erat in Regno Israel. Ergo tota Ecclesia, & ipsius Pastores omnes & hîc & alibi generaliter errare possunt. Secundum argumentum est ex Is. 56. ver. 10. *Omnes Israelis speculatores sunt cœci.* Respōdet iste esse Synecdochicā locutionem, & pro toto partem tantū intelligendam. R. Imò Prophetæ ait, *Omnes.* Qui omnes dicit, nihil excludit. Imò fuit ipsemet Isaias à Rege Manasse serra dissectus, teste Hieronymo ex istorū omnium Ecclesiæ Israeliticæ, Doctorum sed falsæ, consilio. Hi enim regnabāt. Tertium argumentū est, ex eo quod Marcus 14. & 15. narrat, Christum Dominum à Pontifice summo Ecclesiæ tunc Visibilis, & à tota, quæ tūc in orbe fuit, Ecclesia & fuisse damnatam. In quo procul dubio pessimè in cœtus fide fuit aberratam. Quamobrē tota Ecclesia collecta potest falli, labi, & errare. Respōdet iste, eos, qui illa in Christum perpetrarunt non fuisse totā Ecclesiā, quā alibi essent alij Iudæi, qui his nō assentiebātur. R. Nullos fuisse Iudæos verè Iudaizantes (qui soli tūc censebātur vera Dei Ecclesia Visibilis) qui nō & Christum, & Christi doctrinā, ac proinde verā fidē summè odissent. Itaq; persequēbātur Christianos, siue Iudæos, siue alios, Actor. 9. v. 2. 1. Thessal. 2. v. 14. Quare & hi quoque ipsi gravissimè errabant. Deinde quod iste ait Apostolos

ante

ante acceptum Spiritum Sanctum nō errasse, & in sola B. Maria Virgine tunc Ecclesiam constituisse, quum fugerunt Apostoli, ineptum est, & falsum, si de Vera, & Inuisibili Dei Ecclesia hoc intelligit Bellarminus.

Examen, & Censura Libri Tertij.

PRæclare Augustinus contra Faustum scribit, libr. 17. cap. 3. *Tam turpius odisse me fateor præceptores, quam ipsa præcepta.* Ex quo fit, ut quum in hoc libro præsertim dogmata summè blasphema, & falsa tradiderit Bellarminus, sit odio summo dignus. Peccat quidem & largiter, & variis modis iste in hoc libro tertio: sed imprimis duobus, Nēpe *Ψευδολογία*, & *Ἄγνοια*, falsitate, & ignorantia. Ac falsitate quidem dogmatum: Quanquam enim est iste in toto hoc Tomo primo blasphemus: tamen in hoc libro tertio seipsum superavit. Itaque meritò liber Blasphemiarum hic liber dici, & inscribi potest. Id quod sequens Catalogus faciliè comprobabit, etsi non omnes tamē eius blasphemias, (fuisset enim infinitum) hīc collegimus. Hæ sunt igitur è multis pauca.

Prima cap. 2. col. 946. L. D. *In fine*, Nulla interna virtus requiritur, ut quis sit pars veræ Ecclesiæ, sed duntaxat externa fidei professio. Contrà II. I. V. II. 29. ver. 13. Populus iste me labiis frustra honorat, quoniam cor eorū procul est à me. Id quod Christus confirmat, Matth. 15. versic. 8. Hi damnantur planè, uti & Tit. I. ver. 16.

Col. 947. L. A. vera Dei Ecc. est cœtus hominū

ita visibilis, & palpabilis, vt est cœtus regni Gal-
liæ. Contra dicitur in Symbolo. *Credo ecclesiam.*

L.B. Qui sunt in ecclesia, velut Mali humores
in corpore humano, sunt nihilominus vera mem-
bra, & vera pars ecclesiæ. Contra Paulus 2. Timot.
2. ver. 19. Discedat ab iniuilitia omnis, qui inuocat
nomen Christi.

Cap. 7. Reprobatos à Deo esse & pertinere ad
ecclesiam col. 956. L.B. Contra Heb. 12. ver. 23. Ec-
clesia est cœtus primogenitorum, qui scripti: sunt
in cœlis: quare non Reprobatorum.

Col. 959. L.B. Christus est etiam caput damnâ-
dorum, & non seruandorum duntaxat. Contra
Paulus Ephes. 5. ver. 23. & 26. Christus est caput ec-
clesiæ, vt sit seruator corporis eius. Idem Coloss. 1.
ver. 18. & 20.

L.B. §. *Respondeo.* Solas ecclesiæ veræ partes
præcipuas (quales fuerunt Prophetæ, Apostoli, Do-
ctores) viuificari à Christo: non omnes reliquas.
Contra Ephes. 4. vers. 16. 1. Corinth. 12. ver. 13. totû
ecclesiæ corpus, & singulæ eius partes spiritu vno,
& eodem Christi viuificantur.

Veras oues Christi esse posse etiam homines
reprobatos à Deo. Contra Iohan. 10. ver. 28. Chri-
stus omnibus suis quibus dat vitam æternam: & i-
pse hic col. 965. L.D.

Col. 960. L.B. §. *Interess.* Quosdâ esse filios Dei
secundum prædestinationem, qui tamen non sint
vera ecclesiæ membra. Contra Roman. 8. vers. 30.
Ephes. 1. vers. 5. Quos Deus prædestinavit, eos in
Christo adoptauit, ac proinde iam apud Deum &
verè sunt vera membra ecclesiæ.

Col. eadem

Col. eadem, Minus esse vera veræ Ecclesiæ membra, qui sunt ecclesiæ membra per prædestinationem, quàm qui per præsentem iustitiã. Contrà, Certius est Dei (qui est inuariabilis Iac. 1. vers. 17. & Ps. 138.) consilium, & decretum, cui innititur prædestinatio: quàm hominũ bona opera, in quibus sita est præsens hominum iustitia, & approbatio.

L. D. Eos, qui spiritu Dei viuunt, & aguntur esse tantum apparenter, non verè ecclesiæ Dei membra, neque vitam æternam consequi. Contrà Paulus Roman. 8. vers. 14. manifestè.

Col. 961. L. A. Quosdam esse in gratia, qui non sunt prædestinati: item quosdam esse prædestinatos, qui tamè apud Deum non sunt in gratia. Cõtra, Rom. 8. vers. 30. Quos Deus prædestinauit, & vocauit, & glorificauit. Tales autem sunt in gratia Tit. 2. vers. 11. Rom. 9. vers. 11. *Jacob* id est, prædestinatos omnes *dilexi*. Ergo sũt in gratia Ioh. 17. v. 2.

Cap. 9. col. 970. L. B. Vnum quempiam & eundem posse ad Christi & Diaboli regnum simul verè pertinere. Contrà Christus Matth. 6. vers. 24. Nemo duobus Dominis seruire potest, & Paulus 2. Corinth. 6. vers. 15. Quid Christo cum Belial?

Cap. 10. col. 970. L. D. Infideles occultos esse veræ ecclesiæ partes. Contrà idem hic Bellarminus col. 965. L. D. scribit Malos non esse vera & viua ecclesiæ membra. Quis autem est occulto infideli peior?

Col. 973. L. D. Quasdam esse veras ecclesiæ partes, quæ neque viuant spiritualiter, neque sentiãt: contrà Christus Iohan. 15. vers. 2. cuiusmodi palmi-

tem eiicit Pater, qui est Agricola.

Col. 975. L. A. Romana ecclesia particularis nō potest destitui vera fide. Cur igitur præter eā concilia generalia colligi necesse est, etiam hoc ipso teste Supra lib. secundò, vt fidei dogmata certo, decidantur, & verè definiantur?

Col. 977. L. A. Non requiri, vt quis sit de visibilis ecclesiæ corpore, vt sit externè baptizatus. Contra iste toto cap. 3. de non baptizatis aliter docuit.

Col. 977. L. C. & D. Eos esse veros ecclesiæ Episcopos, & membra, qui tales esse à nobis creduntur. Ergo inanis hominum phantasia & opinio facit aliquè verū Episcopū, aut verum ecclesiæ membrū. Cōtra Paulus 1. Tim. 3. & Math. 7. v. 21. Nō quicumq; dicit mihi, ait Christus Domine, intrabit in regnū cælorū. Dicit. n. multis Christus, nescio vos.

Cap. 13. col. 981. Ecclesiam Dei esse semper visibilem. Cōtra Symbolum fidei ait, *Credo ecclesiam.*

Ca. 14. col. 984. Ecclesiā neque formaliter totā, neq; repræsentatā in Episcopis errare posse. Cōtra scribit supra ipsemet Bellarminus, li. 2. cap. 10. & 11.

Cap. 16. col. 990. L. B. Iudæi non habuerunt vllas Dei promissiones de futura ipsorum ecclesia perpetua: Si ecclesiam appellat Bellarmin. ceremonias, verum est à Deo institutas eas fuisse, vt ad tēpus correctionis tantū durarēt, Hebr. 9. v. 10. Sin ecclesiā appellet cætū piorū inter Iudæos per Christū collectū, & populū & hæreditatē Dei, falsa scribit Bellar. Nā vna fuit Iudæorū. & nostra ecclesia, quæ perpetua fore promittitur Ps. 72. v. 17. Il. 49. v. 15. Et hæc quidē sūt falsa Bellarmini in hoc vno li. 2. dogmata, licet non omnia, quemadmodum pij omnes

omnes vident. Ignorantia verò eius est scèdissima, qualis ex his paucis istius dictis apparet.

Cap. 8. col. 961. Beatam Mariam etiam absque peccato veniali fuisse. Itaque eam blasphemè ex-quat Christo. Hanc sententiam inter ipsosmet Hefuitas damnauit Hefuita, & Hispanus inter eos columna habitus *Maledonatus* nomine.

L. D. Possè aliquem nostrum actu esse absque villo peccato, sed ad breue tempus. Hæc Anabaptismi mater est, hic fons, hæc lerna, quam hæreticus iste tuetur, & propagat.

Quomodo ecclesia Dei sit sancta, & sine ruga & macula nō intelligit iste Doctor cæcorum. Tota enim hanc ecclesiæ sanctitatē collocat in rebus externis, quibus vtitur ecclesia, aut in ea locum habent col. 965. L. D. non putat eam sanctitatem inesse in ipsis piis. Itaque refellitur à Paulo, qui Ephes. 4. v. 23. Colo. 3. v. 8. & 11. Tit. 2. v. 14. docet hæc ecclesiæ sanctitatē inesse quoque & existere in ipsis hominibus, qui sūt ecclesiæ veræ vera mēbra.

Toto cap. 13. miscet promiscuè locos sacræ Scripturæ, qui agunt de Triumphante & Militante ecclesia: de Visibili, & Inuisibili, quasi eodem spectent: quæ est puerilis & Theologo Christiano prorsus indigna ignorātia, & hallucinatio. Sūt alię infinitæ his similes sententiæ: sed de his hæctenus.

Ad libri quarti. Cap. 1.

VTilissimum esse veram veræ & Catholicæ ecclesiæ (si quando Deus aliquam eius partem esse visibilem vult in his terris) notam scire & nosse, & nos quoque fatemur. Verum hîc, sicut in tota superiore disputatione, mirè cæcutit

Bellarminus. Nam confundit hic ecclesiam visibilem cum Catholica, & inuisibili ecclesia. (id est, partem cum toto,) quia visibilis ecclesia est pars duntaxat Catholicæ, de qua dicitur in Symbolo, *Credo ecclesiam*, vt apparet col. 996. L. B. Item fundamentum ecclesiæ idem esse putat cum nota ecclesiæ: & cur, & quando istius veræ notæ veræ Dei ecclesiæ cognitio sit necessaria, neque videt, neque explicat iste. Id quod tamen fieri oportuit, vt aliqua futuræ disputationi lux afferretur. Itaque in ipso limine impingit Bellarminus. Est autem cognitio necessaria hæc ecclesiæ nota, quum Deus aliquos esse visibiles cœtus hominum Christianū nomen profitentium in his terris vult, magnā suā misericordiā. Quum enim nulli sunt huiusmodi hominum cœtus visibiles, tunc, (etsi hæc notæ cognitio est ipsa quidem per se iucunda) tamen non est sic utilis & necessaria scitu, quemadmodum quum est aliquod corpus, & cœtus visibilis hominum Christi nomen præ se præferentium.

Ad Cap. II.

Primū, quod iste putat nos orthodoxos inter nos dissentire in hoc de notis ecclesiæ argumēto, fallitur. Verū nostrorum alij latiū notæ nomē accipiūt, vt Lutherus, & ij, qui plures notas recēsent: alij sumūt angustius notā, & hi pauciores ecclesiæ notas enumerant. Iste verò in ipso statim huius disputationis exordio perturbat omnia. Nā putat hic quæri notā ecclesiæ inuisibilis, id est, quæ est in his terris inconspicua, de qua dicitur, *Credo ecclesiam*. Id quod falsum est. Nam huius ecclesiæ non notam, sed fundamentum duntaxat scire satis est,

est, nimirum esse electionem Dei de Hominibus causam, & fundamentum huius invisibilis ecclesie. Nota verò, quæ nunc quæritur, ecclesie, ad ecclesiam propriè, quæ, & quatenus in his terris visibilis est, pertinet, vt vera & orthodoxa à falsa & hæretica secernatur. Verùm Bellarminus hæc non intelligit: sed satis habet aliquid occinere nobis de notis ecclesie, & de iis, Picarum more, garrere, licèt minimè seipsum intelligat.

Prima veræ ecclesie nota, imò propria quarto modo, plus dixerim, etiam sola, est pura in aliquo hominum Christi nomē profitentium cœtu verbi diuini prædicatio. Hoc nos asserimus ex Christo ipso, qui eam apprimè notam nouerat, Iohan. 10. vers. 27. *Oves meæ vocem meam audiunt*, ait. Hoc ipsum negat præfractè Bellarminus: cuius rationes sunt à nobis perpendendæ, & quidem absque vllò præiudicio domo allato.

Prima ratio est, hæc non est propria nota, & peculiaris veræ Dei ecclesie, sed communis. Nam omnes hæretici hac nota se, suosque cœtus iactant. Respondeo, Sed falso. Ergo non quid hæretici dicant, sed quàm verè dicant, explorandum est, vt est, Iohan. 4. vers. 1. Nam & Turcæ iactant successionem suorum Episcoporum & Prælatorum ecclesiasticorum, vnâ cum Pontificiis, & hanc iactationem cum illis communem habet, vt hoc obiter dicam. Verùm quum vera verbi Dei puri ab adulterino diiudicandi nota fuerit à nobis in prima controversia suprâ declarata, iam facile erit & hæreticorum, & Pontificiorum omnium inanes istas ostentationes & fumos exsufflare, & bullas tenues dei-

cere, & expellere, & scire quod sit verum Dei verbum, & quæ pura eius prædicatio.

Cæterum quærit Bellarminus, utrum illa verbi Dei prædicati puritas in omnibus, an duntaxat in præcipuis & essentialibus fidei articulis esse debeat. Respondeo, Si de vera & plena veræ Dei ecclesiæ visibilis nota quæritur, uti quæritur, eam verbi prædicati Puritatem in omnibus, non in præcipuis tantum fidei Christianæ capitibus esse & retineri debere. Alioqui prout cæterus aliquis ab hac tota fidei Christianæ & doctrinæ puritate magis, aut minus recesserit: sic ille magis, vel minus ecclesia Dei erit, & cõsensus est. Hæc enim res magis & minus, & gradus suscipere potest: sicut ædificiũ aliquod magis, aut minus ædificiũ est, & dici debet, & potest: quò magis vel minus partibus ædificatio necessariis carebit, aut eas cõservarit. Habet igitur Bell. quod quærebat, & illius animũ vexabat.

Secunda Bellarmini ratio est. Pura verbi Dei prædicatio est cognitu, scitu, diiudicatũque difficilior, quàm ipsa ecclesia. Atqui nota & mensura suo mensurato notior esse debet. Ergo illa non est vera ecclesiæ nota. Respondeo, In omni rerum ordine actione, tractatione, cognitione illud & notius & facilius esse, quod discenti, & docẽti notũ esse præsupponitur, & iam esse debet in eorũ animo conceptũ, & cõprehẽsum. Ergo in omni ædificiõ fundamentum notius esse intelligitur eo, quod illi postea superstruitur, velut parietibus ipsis, qui exstrui absq; illo fundamento nõ potuerũt, ac ne cogitari quidẽ possũt. Quũ igitur omnis cognitio fiat ex aliquo præcognito præsupposito, ut docet Aristoteles, illud præcognitũ & præsup-

positū notius est reliqua cognitione, teste ipsomet etiā Bellarmino col. 997. L. C. 6. *At prius*, & col. 999. L. B. & superstructione, quæ illi sit per ædificatur, & ex eo pendet. Quum igitur vera ecclesia visibilis ex eo, velut suo fundamento pendeat, quòd est manifesta & eminēs colūna, sedes, & custos veritatis Dei 1. Tim. 3. v. 15. Veritas ipsa nota est ei, aut esse debet, qui cupit falsam ecclesiā distinguere à vera. Itaq; in hac quæstione versanti notior est & erit ista veritas, quā ecclesia vera, nēpe quatenus fundamētū est semper notius (etsi saepe non tā visibile,) quam illud, quod ei superstructū est, ratione nēpe & ordine naturæ, causæ, & cognitionis: non autē visionis, & sensus ratione. Sic Augustin. epistola 166. Chrysostomus Homil. 49. in Mathæū. Idē Augu. de vnitae ecclesiæ c. 2. Quare falsum est, & millies à nostris cōfutatū, & à nobis ipsis, quod hīc iste scribit, veritatis istius diiudicationē pēdere ab autoritate ecclesiæ: itaq; ecclesiā p̄cedere ipsā verbi diuini veritatē. Id quod est sūmme blasphemū, & contra naturā, vt effectū sit prius sua causā.

Tertiā ratio Bellarmini est. Nota vera ecclesiæ debet esse ab ea inseparabilis. At multæ fuerūt veræ ecclesiæ, quæ pura verbi Dei doctrina caruerūt, velut Corinthiaca, & Galatica, quæ tamē à Paulo ecclesiæ vocātur. Respōdeo, Vocātur illæ quidem ecclesiæ, sed *καὶ τῆς*, nō *ἀπὸ τῶς*, quatenus alios fidei Christianæ nimirū articulos puros putos retinebāt. Itaq; quā errarunt, eadē & trāsportatę à Christo, & à falsis Prophetis fascinatę & deceptę ab eodē Paulo dicuntur Galat. 1. & 3. Ergo cæteris aliquis hominū Christianos se vocātium eatenus ecclesia

vera est, quatenus veram doctrinam fidei retinet: quatenus ab ea recedit, cætenus cessat esse ecclesia, ex quo fit, vt idem cætus ex parte ecclesia dici possit: ex parte, non. Porro solùm schismatici iam legitime excommunicati sunt quidem adhuc in ecclesia, ratione doctrinæ, quam veram retinent: nõ autem ratione Vnionis cum reliquo corpore, & cohærentiæ visibilis, quoniam ab ea fuerunt actu separati, quum iam fuerint excommunicati ab ecclesia.

Quod ad locos ex S. Scriptura, quos pro nobis, vel tanquam ex nostris citat Bellarminus, illi ex nostrorum libris, non ex hoc Bellarmini fallaci scripto disci debent, eos enim à vero sensu detorquet & scripturæ, & nostro, tam est iniquus nobis, & impostor.

Vnus igitur ex his, locus est Iohan. 10. vers. 27. *Oues meæ vocem meam audiunt.* Respondet iste locus hic non docet, vbi sit ecclesia: sed qui sint electi, vt quisque sese, aut alium examinare possit, an sit ex eo numero. Respondeo, Immo Christus, ipse docet ibidem eam esse notam, qua sua ecclesia vera à falsa distinguitur, & sui ab iis qui non sunt sui. Per hanc enim vocem Christus suos educit, illi verum Pastorem à falso secernunt, colliguntur ad verum Pastorem, ab alieno fugiunt Iohan. 10. v. 4. 5. Quid autẽ hoc aliud est, quàm visibilis Dei ecclesia? Ergo illa est vera nota, ex qua intelligitur vbi sit illa ecclesia. Nota verò, & ratio, per quam quis se esse ex numero Electorum intelligit, est alia, & alibi declarata, nimirum à Paulo Rom. 8. v. 15. 16. Est autem Spiritus Dei testimonium, quum id

id testatur cordibus nostris. Quare solutio Bellarmini est effugium.

Alter locus est Math. 18. vers. 20. Tertius ex Roman. 1. vers. 16. vbi inter congregatos in nomine Christi, versari, & esse dicitur Christus. Ast ij, inter quos Euangelium prædicatur, congregantur in nomine Christi, ergo illa est Dei vera Ecclesia, quoniam in eius medio habitat Ps. 48. & est Christus. Respondet Bellarminus, In his locis non declarari, vbi sit Ecclesia, sed vbi Christus, & quæ sit efficacia Euangelij. Respondeo Bellarmino, quia Christus, & Christi Euangelij efficacia est, apparet, versatur in ipsius ecclesia potissimum, eadem nota & ratione ostendi, vbi sit ecclesia, qua demonstratur, vbi est Christus, & ipsius Euangelium, & doctrina. Est enim semper Christus sponsus cum ecclesia sua sponsa, neque diuelluntur, aut reipsa separantur à sese, Ps. 48. Ps. 132. Cantic. ca. 1. & 2. Il. 54. 2. Corinth. II. vers. 2.

Reliqui loci à Bellarmino, tanquam ex nostris, citati ex Dei verbo docent, vbi sit inuisibilis ecclesia, & qui illius sint membra: non autem, quæ sit nota ecclesiæ visibilis in his terris. Itaque eos præmitto, tanquam ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ & extra mentem S. Scripturæ & nostram allegatos ad hanc disputationem ab isto. Itaque ipse eodem animi errore fallitur postea, col. 998. L. D. vbi ad Caluini argumentum respondet. Putat enim notam eam, per quam ecclesia visibilis in his terris cognoscitur, esse eandem, atque ea est, per quam Electi Dei agnoscuntur. Falsum hoc. Nam agnoscitur quæ sit vera Dei Ecclesia visibilis in his terris ex nostra

nota, etsi omnino ignores, qui in ea sint veri Electi Dei, qui non. Nam nota veræ Dei ecclesiæ visibilis differt à fundamento eiusdem, quæ est Dei electio, & à nota ecclesiæ eius, quæ planè est invisibilis in his terris.

Denique ad locos Chrysofomi Homil. 495. in Matthæum, Augustini epist. 166. & lib. De unitate ecclesiæ c. 2. (qui plane nostram notam & sententiam confirmant) nihil Bellarminus respondet, quia non potest. Imo illud, quod ad solutionem affert, ex ipsis illis Patrum dictis apertè confutatur.

Quod autem ait Ecclesiam esse, & existisse ante sacram Scripturam, mera deceptio est in nostra mente interpretanda, & fallacia, A figura dictionis. Scripturam enim pro verbo Dei reuelato sumit, id est, accidens pro essentia, cruditatem pro carne ipsa. Id quod est puerile, & vitiosum. Est enim Dei verbum patefactum ante Adamum & Euam creatos, & ante ecclesiam quanuis, etsi illud nondum erat in litteras missum. Quum autem dicimus ex Dei scriptura agnoscendam esse ecclesiã, hoc volumus, esse dignoscendam eam ex eo Dei verbo patefacto, quod postea sacra Scriptura fuit appellatum, quia fuit scriptum.

Secunda veræ Dei ecclesiæ visibilis agnoscendæ in his terris nota, est pura, & qualis ex Dei verbo esse debet, sacramentorum administratio. Hæc nota neque eo gradu à nostris, quo prior, (de qua iam actum est) statuitur: neque sanè est primaria. Hanc autem, quia nullis nouis rationibus refellit Bellarminus, sed iisdem dūtaxat agit, quibus antea, & nos quoque nihil novi hoc loco
affere-

afferemus. Satis enim antea illas omnes Bellarmini rationes confutauimus.

Cæteras notas nihil tueri necesse est. Sūt enim notæ, voce ipsa latiùs sumpta, quemadmodum antea monuimus. Neque à nostris statuuntur infallibiles ecclesiæ Dei veræ, & visibilis notæ: sed decora tantùm & appendices, nonnullæ quidem magis necessariae, qualis oratio publica: aliæ minus, vt Psalmodia. Quare quicquid de his agit iste, est omittendum. Neque enim nostram mentem vnquam iste intellexit.

De confessione nominis Christi & perseverantia in eius doctrina, quod scribunt Centuriatores, vt iste vocat, id est, viri docti & laboriosi, illud verum est: sed perperam à Bellarmino explicatum & interpretatum. Quum enim sit puræ verbi Diuini doctrinæ prædicatio vera Ecclesiæ Dei nota, certè ecclesiam Dei in ea pura doctrina, & eius confessione perseverare, & perdurare oportet si vera Dei ecclesia permanere velit. Nam si à puritate doctrinæ discesserit vel in totum, vel in parte, eatenus vera Dei ecclesia esse desinit, vel in totum nempe, vel ex parte, quatenus à vera & pura illa Dei verbi doctrina deflectit. Quod autem iste affert & recoquit, notiozem, aut æque saltem perceptu facilem esse nobis ecclesiã, quàm veræ fidei cõfessionẽ, iã refutatũ est. Nã prius fundamētum semper est & notius eo, quod illi superædificatur. Ratione igitur sēsus & visus (qui verã ecclesiã à falsa secernere minimè potest) potest sæpe nõnullis notior esse cœtus hominũ Christi nomẽ profitentiũ: sed ratione cognitionis veræ, quæ nõ fallatur,

xatione & ordine causse & discriminationis illius, qua veram ecclesiam infallibiliter à falsa dignoscimus, notior nobis est pura Dei doctrina, & veritas, quàm iste cœtus: quoniam hæc nota est, nota vera, cur hic cœtus dicatur ecclesia Dei, aut non: visus autem, quo illum conuentum coadunatum cernimus, non est nota, vel causa, vel ratio, per quam ille dicatur ecclesia, vel non.

Denique quod de suis, & hæreticorum nonnullorum Martyribus excipit iste, non idcirco apud suos, ait Hæreticos velut Donatistas, Messalianos, Adamitas, Anabaptistas fuisse veram ecclesiam, quòd Martyres pro sua illa falsa doctrina quosdam habuerunt, in eo verum dicit Bellarminus. Nec enim, quemadmodù scribit Cyprianus, pœna Martyrem facit, sed causa. Neque etiã docemus quodlibet Martyrium esse aliquam ecclesiæ veræ notam: sed Martyrium duntaxat pro vera Christi doctrina susceptum monstrare veram Ecclesiam, & à falsa distinguere. Quod autem ait Bellarminus col. 1000. L. B. Pontificiam ecclesiam habere innumerabiles Martyres, est merum insani hominis somnium. Nam ne vnum quidem habet, vel solum. Nuper Hefuite ad nostrorum imitationem (nam Satan se etiam in Angelum lucis sæpe transformat) scripserunt de suis Martyribus librũ, in quo seditiosos tãtũ, & Sodomitas Monachos iure punitos pro Martyribus nobis obtrudunt. Id quod totus orbis testatur.

Ad Cap. III.

Magna à nobis est habenda gratia Bellarmino, duplici nomine, hoc loco. Primũ quòd hoc

hoc capite testatur apertè se non eas notas in toto hoc libro, quàm longo, recitaturum, & persecuturum, ex quibus euidentè & simpliciter verum sit ibi esse ecclesiam, vbi sunt notæ ab ipso prolata: sed duntaxat ex quibus verisimiliter hoc credatur, & sic homines opinentur. Idem iste repetit cap. 8. col. 1016. L. B. Id quod perinde est, atque si statim antestaretur, se non veras, proprias, & inseparabiles ab ecclesia notas ecclesiæ mōstraturum: sed inanes, vanas, inutiles, & verè nothas & adulterinas ecclesiæ notas. In quo suum & suorum fucum detegit, tam scilicet est hîc ingenuus Bellarminus, quum doceat & se & suos veram ecclesiæ notam ignorare: & sibi planè contradicit, qui supra cap. secundo col. 997. L. C. §. *Tertiò* scribit eam nequaquam esse veram ecclesiæ notam, quæ ab ea sit separabilis, & ex qua verè, & euidenter non ostendatur, vbi sit Ecclesia. Denique monstrat hic locus ecclesiam eam, quam ex istis notis nobis Bellarminus monstrabit, non rei veritate, sed duntaxat quadam opinionis credulitate esse ecclesiam, vt illi sit ecclesia, qui eam esse ecclesiam credere volet: illi non sit, qui credere nolet. Hæc tam bona fundamenta suæ ecclesiæ agnoscendæ ponit Bellarminus.

Secundùm, gratia est illi habenda, quòd testatur se neque Symboli ipsius Apostolici, neque Conciliorum, neque Patrum veterum, neque suorum etiam iudicio esse contentum in his notis explicandis, vt in tota hac disputatione norimus, si quod in isto libro scribitur, sequimur, nos vnus Hesi-tæ Bellarmini sententiam amplecti, & sequi, non

vetera Symbola, non Concilia, non Patres, non doctos Sententiariorum.

Ad Cap. IV.

Primum in vniuersum dicam confuse admodum Bellarminum totum hoc de notis ecclesie argumentum tractare, multis de causis, sed imprimis hisce duabus, vna, quod inter istas xv. notas Bellarminianae ecclesie notas non distinguit iste, eorumque ex iis sint primariae & caeterarum fundamentales, quae secundariae, & minus necessariae. Id quod omnino dicendum fuit, ut tota haec disputatio ordine & recte progredieretur. Verum magno & bono consilio id a Bellarmino praetermissum fuit. Quum enim omnes istae Bellarmini notae, sicut attestatum est, sint inanes, utpote ex quibus non vere & euidenter: sed tantum credibiter & probabiliter ostendatur ecclesie, omnes aequae sunt inutiles, nulla ex his primaria est, nulla secundaria, omnes sunt eiusdem farinae & ponderis, id est, nihili.

Altera confusionis causa est, Quod cuius Ecclesie sint istae notae, non explicat, an visibilis tantum, an etiam eius, quae dicitur inuisibilis in his terris, de qua agitur in Symbolo. Ergo non distinguit iste, utrum notas eas tradat, per quas totum ipsum Ecclesie corpus agnosci possit, an solum pars quaedam illius corporis, qualis est visibilis Ecclesia. Nam hic promiscue, & confuse tractat, quae ad hanc, & quae ad illam distincte pertinent. Sed nihil pensi habet homo iste, modo aliquid balbutiat de suis notis, & adulterinis Ecclesie notis.

Caeterum & illud quoque primum, & in genere
Pium

Pium Lectoré monebo. Et has omnes notas, quas habet Bellarm. ex ipsius tribus regulis, per quas supra cap. II. nostrá sententiá cõuelleré nixus est, refutari: & ex harú nulla probari, vel effici posse, Romaná Ecclesiam (pro qua vná cõmendanda tantú istú laborem exantlauit) esse, aut agnosci posse pro vera Dei Ecclesia: imò ex his & omnib. & singulis, de Ecclesiæ veræ albo verissimè eam expungi. Primum igitur sic sentit iste, *Catholicæ* vocē & nomē, esse notam Ecclesiæ. Ergo quicumque hanc appellationē sibi vsurpabit hominú Christi nomē profitētíũ cõetus, ille sit vera Dei Ecclesia necesse est. R. refutari hãc notã ex tribus Bellarmini regulis, nēpe, Quia cõmunis est hæreticis cum Catholicis Ecclesiis. Vtrique enim & hæretici, & Catholici, Catholicos se appellant. At nota vera Ecclesiæ propria illi non cõmunis esse debet. Itē, Quia hæc nota difficilior est cognitu, quàm ipsa Ecclesia, & quàm ipse cõetus hominú cõueniētíũ in Ecclesiã. Itē, Quia hæc nota non est inseparabilis à vera Ecclesia, quũ alij, quàm veri Christiani, se Catholicos quoque appellēt. Itē quædã veræ Dei, imò omnes Ecclesiæ particularibus, & propriis nominibus sese vocant, velut Corinthiaca, Philippenfis, Ephesina, Lutetiana, Colossensis, Geneuensis, quæ tamen sunt & veræ, & Dei Ecclesiæ. Quare ista nota non est vera Ecclesiæ nota.

Deinde ex ista nota Romana Ecclesia non est Ecclesia. Nam est Romana, non Catholica propriè. Neque enim pars totum suum esse potest, & particulare, non est vniuersale. Itaque loci, & auctoritates Patrum, quas iste citat, nihil Romanam

ecclesiam, quæ est particularis duntaxat, iuuant
aut commendant: sed tantum Catholicam, quæ
est totum & corpus istius partis.

Tertio, Quum inter Pontificios ipsos Mona-
chorum alij à Francisco, Franciscani, alij à Domini-
co, Dominicani: ab Augustino, Augustiniani &c.
denominentur, & sic sese vbique appellent & ap-
pellentur, non autem omnes ab vno Christo, Chri-
stiani & sint inter se dogmate, fide, cultu diuersi,
scito istos non esse Ecclesiam Christi, sed Anti-
christi, Hieronym. contra Lucifer. Chrysost. Ho-
mil. 33. in Acta Apostolor. Lactant. lib. 4. cap. 30.

Ad Cap. v.

Secunda ecclesiæ nota, Bellarmini iudicio, est
Antiquitas. Quod vt doceat rem ab ouo gemi-
no arcelit, & Paganorum superstitiones ecclesia
Christiana vult esse recetiores, ac iuniores. Quod
est falsissimum. Nam Christianam ecclesiam iste
vocat Romanam, & eam, quæ Romæ per prædica-
tionem Euangelij collecta fuit à Paulo. Hæc lon-
ge posterior Romæ ac recentior fuit, quàm Paga-
nica superstitio, & idololatria. Verbum quidem
Dei est quauis superstitio antiquius: sed iste non
de Dei verbo, sed de Ecclesia Romana agit, & con-
cludit col. 103. L. A.

Porro vir iste ineptus comparationem instituens
inter Christianam ecclesiam & Romanam, hanc
Romanam etiam illam Christianam (id est, quæ à Chri-
sto cepit) conatur euincere vetustiore, quæ tan-
quam alter Melchisedech, neque patrem, neque
matrem habet, sed neque genealogiam, imò sit ve-
lut ab æterno. Christiana verò à Christo, & ab
anno

anno solum xv. Imperij Tiberij. Id quod & blasphemum est, & miram arrogatiam istius hominis ostendit.

Cæterum ista nota communis est, non propria Ecclesiæ. Nã & idololatrię antiquissima est origo, & Scythismi, & Hellenismi, quęadmodũ docet in Ancorato Epiphanius, quę sunt teterrimæ tamẽ superstitiones, Quin pene cum Christi ipsius doctrina cepit error de carnali carnis Christi manducatione, teste Augustino, vt est in can. *Prima quidem heresis* Consecrat. Dist. 2. Ergo istorum hominum cœtus essent veræ Dei Ecclesiæ. Præterea eadẽ hæc nota est, ab Ecclesia separabilis. Quũ primum enim cœpit fundari Ecclesia Corinthi à Paulo, & ab aliis Apostolis alibi, illi cœtus Christianorum erant Ecclesia, & tamen ista antiquitatis nota tunc carebant.

Eadem verò hæc nota euertit Romanã Ecclesiã. Nã Romanæ, qualis nunc est, nõ Apostolica: sed Apostatica, Ecclesiæ, autor primus etsi fuit Sathan, teste Paulo 2. Thes. 2. ver. 4. 9. 12. tamen inter Papas ipsos fuit Gregorius Primus. Dogma, de Imperio Romanæ sedis in alias Ecclesias prætextu Petri, non vniuersalis Episcopi. Tẽpus circa annũ Domini 600. locus, Roma ipsa, oppugnatum fuit dogma & hæc Ecclesia ab omnib. Episcopis Gallicis & Germanis, ab Imp. Cõstantinopo. & Germanis. Imo à Rauennate Episcopo quoque. Exiguum primũ fuit murmur de isto Romanæ sedis Principatu, deinde sub Bonifacio 3. Põtifice R. post Phocã Imperatorẽ palàm istius doctrinæ professio recepta est. Quæ omnia esse verissima docet historia

Ecclesiæ, Calvinus in Institut. lib. 4. vbi de Rom. Pontificis Primatu, & Carolus Molinæus in libro contra paruas datas Papæ. Ergo quæ nota hic ab isto statuitur, non competit Ecclesiæ Rom. quæ & recēs est, & demum post primos 500. Domini annos nata est. Et quum nostra, id est, quam nūc profitemur, doctrina sit in Dei verbo fundata (quod est antiquissimum) & illa quoque, ac proinde nostra Ecclesia, est vetustissima: non autem Romana.

Porro Nouitas non semper est reprobanda in doctrina & Ecclesia, quum Nouitatis nomine (ratione hominū & respectu) fuerit commendata Christi ipsius doctrina, Marc. 1. v. 27. I. Iohan. 2. v. 8. & nihil iam, aut postea fiat antiquum, quod primum non sit, fueritve nouum, inquit Cornelius Tacitus in Annalibus. Quod autem Patres vrgent & obiiciūt aduersus Hæreticos antiquitatem eam non tam ad tempus referunt, aut ad annos, vt eam ex his metiantur: quàm ad eorum doctrinam, quam nouam appellant, quoniam in nulla verbi Dei parte vel Prophetiis vel Apostolicis scriptis huiusmodi hæreticorum doctrina continetur, Ergo non quia doctrina aliqua vel Ecclesia iam per annos multos perseuerat, idcirco bona est & vera, sed quia cum Dei verbo scripto plane consentit. Nec alia Patrum, quos iste citat, mens est. Reliquum istius capituli continet cramben millies repetitam, Quod Papa R. ante Phocam sit, sed dicis & honoris tantū caussa, appellatus caput Ecclesiæ, non autem vlliis potestatis illi in alias Ecclesias tribuendæ gratiā: quod fecit Phocas Imperator, sicut antea docuimus.

mus, Quod Leo primus assentatoriè suã ipsius sedē decorare volens eam super reliquas dominari scribit Sed quis teltis ferendus in sua causa. Quod Papa Rom. non sit verus Antichristus, quia plures Deos, imo idola pro diis coli iubet (quod disertè Christus, Matt. 4. & Apostoli, 1. Corint. 8. 1. Iohan. 5. vetant) At tamen Antichristus extollit se supra numen omne, quasi hoc ipsum, iubere aliquid, pro Deo coli ab hominibus, non sit se supra Deum esse, & plus quàm Dēum facere, istæ sunt nugæ millies repetitæ & ad nauseam, & ad fastidium usque etiam patientissimorum hominum, quorum otio hæreticus iste ambitiosissimus abutitur.

Denique quod nos cum Donatistis & eorum cœtu comparat iste, somniat. Neque verò ratio, aut dilemma Augustini nos ferit. Nam Donatistarum dogma, de iis, qui sancti planè non erant, in Ecclesia non agnoscendis à Dei verbo refutatur. 1. Iohan. 1. v. 9. Mat. 6. v. 12. Iacob. 3. v. 2. At omnia nostra dogmata manifestissimè Dei verbo confirmantur, quod neque nouum agnoscit Augustinus: neque nos nostramque Ecclesiam nouã, quale fuit vtrumque in Donatistis. In fine capitæ ad suum Romanum Pontificem oblectandum, scurram agit Bellarminus, sed Asini Æsopici meminere, qui quum Catellum agere vellet, à suo Domino vapulauit. Quod col. 1007. L. A. miserrimã Ecclesiæ nostræ cõditionē fuisse vociferatur Bel. & quauis secta aut Iudaica Synagoga peiorè, quæ sua cõuētacula habuit sēper, quū nostra Ecclesia fuerit tandiū inuisibilis R. nihil esse, quòd sic nostræ, id est, veræ Dei Ecclesiæ euenisse miretur. Nam

ciusmodi fore Ecclesie conditionem prædixerat Dei spiritus Apocal. 12. ver. 14. nimirum vt lateret per tempus tempora, & dimidium temporis, sed miser homo & plane carnalis hæreticus Bellarminus nullã in his terris Ecclesiam nisi Visibilem, esse posse cogitat, contra Articulum fidei, *Credo Ecclesiam*. Atque sic ad omnia sua conuitia habet iam Bellarminus placidissimum nostrum responsum.

Ad Cap. v. l.

Tertia Bellarminiacæ Ecclesie nota, sed notha, & adulterina, est duratio perpetua, successioque personarũ in aliquo hominũ cœtu. Hoc enim ait, significat *Catholica*. Sic iste.

Respondeo, Primum falsum esse Bellarmini assumptum. Neque enim vox *Catholica* significat perpetuum aut successiuum: sed quod omni sublato populorum discrimine, per vniuersum terrarũ orbem diffusum est, aut diffundi potest. Augustinus lib. 1. & 2. c. 32. & 32. *Contra Cresconium Grammaticum*, Serm. 131. de Tempore *Catholicam dicit*, inquit, *toto orbe diffusam*. Ergo non ad temporis durationem significandam pertinet vox *Catholica*, sed ad locorum discrimen tollendũ, quod fuit sub lege veteri inter Iudæos & Gentes Roman. 1. v. 16. Ephes. 2. v. 13. 14. Deinde hæc Duratio successiua nõ est nota veræ Ecclesie quia communis est, non propria ex regula Bellar. c. 2. Nã Mahumetani diuturniorem, quã Papistæ, Episcoporum, & personarum successionem habent, quia totis decem aut quindecim annis præcessit Mahumetismus Papisimum, ille in Oriente & Meridie: Hic in Occidente & Septentrione. Præterea hæc nota est separabilis

rabilis ab Ecclesia. Nam tempore Eliæ i. Reg. 19. item tempore Macchabeorum lib. 2. Maccab. c. 6. vera Dei Ecclesia, quæ instaurata fuit, erat Ecclesia, & tamen ista perpetua personarum, & cœtus Visibilis successione caruit, imo & sæpe Prælati quemadmodum etiam docet Psal. 74. v. 7. 8. 9. & quo tempore ex Apoc. vaticinio c. 12. latuit vera Dei Ecclesia, successionem visibilem personarum non habuit. Quæ duratio & successio continua personarum non est Ecclesiæ nota. Denique hæc ipsa Romanam Ecclesiam evertit, in qua falsum est fuisse perpetuam personarum Episcoporum, præsertim capituli ipsius, id est, Romani Pontificis successionem minimèque interruptam. Nam quoties aliquod scisma in Ecclesia Romana fuit ortum, interrupta est successio continua personarum capituli illius propter diversos Papas electos, & quia tunc quoque modò per semestre, modò per totum triennium velut sub Iohanne xxiii. sedes ista vacavit. At inquit iste col. 1012. L. B. Ecclesia sine Episcopo nullo pacto esse & subsistere potest. Denique quum Iohanna Anglica mulier (qui Iohannes vii. dictus est) & quandiu sedem illam tenuit, interruptum est tempus istud continuum, ac propterea cessat in Ecclesia Romana hæc Bell. nota.

Quod verò Bella. bellis picturis Rom. Ecclesiã decorat: nostram verò tetrìs coloribus representat, quasi nostra in dies minuat, Romana crescat, miser fallitur. Hoc enim scit, & videt univèrsus terrarum orbis, nos biennio plures Christo Ecclesias lucrì fecisse, & in dies quoque accedere quæ isti ccc. annis ædificare potuerint. Remoueantur

Pontificiorū arma, & iā totus orbis fiet Euāgelicus & Christianus. Porro ineptissimus est iste, qui Romanā, quæ nunc est, Ecclesiam eam esse putet, quā Iustinus, Tertullianus, Augustinus commendat. Nos autem accenset Anabaptistis, Trinitariis, & alijs hæreticis, quos acerrimè confutamus.

Ad Cap. VII.

Quarta Bellarminianæ, non autem Christianæ, Ecclesiæ, nota est multitudo maior hominū in aliquā doctrinā credentiū. Hoc. n. ait iste, vox Catholica cōplectitur & significat R. Primū fallaciam esse a petitione Principij. Nec enim *Catholicum* ad maiore hominum multitudinē refertur, sed ad tollendum populorum discrimē, quod fuit sub lege, teste Bellar. ipso col. 1009. L. D. & ibi August. ab eo citato. Itaque quū paucis hominib. adhuc in orbe terrarum fuisset prædicatū Euāgelii ab Apostolis, paucique illud, sed ex omnib. hominum generibus recepissent, iam erat Catholica Ecclesia (licet tamē maior esset infidelium adhuc, quā fidelium multitudo) & iam per totū mundum sparsa Ecclesia, dicebatur à Paulo Colof. 1. v. 6. Ergo abutitur voce hac, *Catholica* Bellar. vt nos decipiat, in omnibus istis suis notis sicut agyrthæ & impostores quidam Empirici medici quoddam medicamentum habere se iactant ad omnes plagas & morbos sanandos. Et ipse in hoc Catholici significato probando plurimum, sed inaniter laborat hoc loco. Deinde refellitur hæc Ecclesiæ nota ab ipso Christo, qui suā Ecclesiā nō magnū, sed pusillum gregē appellat, Luc. 12. v. 32. Ab Isaia, c. 1. v. 9. 41. v. 14. ab Hieremia c. 46. v. 27. & 28. qui
veram

veram Dei Ecclesiam vocant *Residuum* exiguum, & *vermem* & *semen paucum*. Denique in paucis electis consentit vera Dei Ecclesia, nō in multis vocatis: & per angustam portam illa eadem à Christo significatur, per quam pauci non multi ingrediuntur, Mat. 7. v. 14. 20. 20. v. 16. Idem docet Chrysostomus Homil. 26. ad Populum Antiochenum. Præterea hæc nota ex regulis istius nota esse non potest. Primum, quia est communis Mahumetanis & idololatriæ cum Papistis. Nam plures sunt Mahumetani in orbe terrarum, & plures etiam idololatræ, quàm Papistæ, velut in India Occidentali, quæ vocatur, & Orientali. Deinde quia separabilis est ab Ecclesia. Nam Ecclesiæ, quarum fit mentio, Apocal, c. 2. & 3. paucis constabant, præ reliqua civium, aut Ethnicorum, qui in Asia minori erant, multitudine, quæ tamen à Dei spiritu vocantur Ecclesiæ veræ. Quare hæc nota est notha, & adulterina.

Euertit hæc eadem nota Romanam Ecclesiam, quoniam si spectentur & numerentur ij, qui veræ Ecclesiæ Romanæ dogmata sequuntur, id est, qui credunt Romanum Pontificem esse Deum in his terris, Christi verum corpus esse reipsa in manibus sacerdotis consecrantis, Aquam Iustitiam purgare peccata hominum coram Deo, & cætera huiusmodi, certè pauciores multo reperientur, licet Christianum nomen professi, quàm qui hæc eadem dogmata reiiciunt omnino.

Porro fallitur pueriliter iste, qui scribit Ecclesiam iam occupasse magnam partem totius orbis

terrarum, & præsertim Romanam. Christi quidem vox & Euangelij insonuit iam antea multis populis, qui postea & Christum, & Euangelium reiccerunt. Verùm Romani Pontificis, aut Romanæ sedis fides laus, autoritas, dogma, ecclesia, ne millesimæ quidem terrarum parti vnquã innotuit. Nondum enim veri filius ecclesiæ Apostoli Hesuïtæ in mundo nati erant, qui ad longinquas oras huius vermis potestatem deferrent ac decantarent. Quare somniat hoc loco Bellarminus. Patrum autem dicta de extentione ecclesiæ, non de Romani Pontificis, sed Christi doctrina: de ecclesia Christiana, non Romana sunt intelligenda, ne quod Christo debetur, suo Pontifici tribuat vel ineptè, vel malitiosè Bellarminus.

Quod denique tam ambitiosè, sed falsò, suæ, id est, Romanæ ecclesiæ propagationem in Indias, in Iaponiam insulam, Americam, & interioris seu Meridionalis maris insulas factam iam esse iactat, nihil inde efficit. Nam Mahumetani, & idololatræ adhuc latius, quàm Papistæ, & longius sunt sparsi, & regnant. Quare potius, illi sunt ecclesia Catholica, quàm Papistæ, vocandi. Et certè quouis tempore vera Dei ecclesia, etiam visibilis, paucioribus hominibus constitit, quàm superstitiones, hominum, & idololatria, sic Domino Deo mundum, iusto suo iudicio, puniente: velut ante Christi aduentum exigua terræ pars verum Deum nouerat & colebat. Post aduentum Christi, etsi sublatum est nationum discrimen vetus: tamen pauci præ numero Ethnicorum erant ac fuerunt veri Christiani in toto terrarum orbe.

Nostra

Nostra verò ecclesia & doctrina, quia Christi ecclesia est (quam iste contumeliosè V Vittembergicam, & Geneuensem vocat mentiens) tam latè diffusa est, & postea diffundetur, quàm latè Christi & nomen, & doctrina spargetur, quicquid Monachus iste contrà malè nobis & Christo, ominetur, & precetur, utpote Christi regni hostis, euerfor, & inimicus.

Ad Cap. vii.

Quinta Bellarminianæ, non autem Christianæ ecclesiæ nota, est successio Episcoporum. Ex quo fit, ut qui eam successionem habeat cætus, ille sit vera Dei ecclesia ex Bellarmino.

Respondeo idem ad hanc notam quintam, quod supra ad tertiam cap. vi. Itaque ex eo loco repetet pius lector, quæ responderi debent ad hunc locum, & argumentum. Nihil enim hinc aliud, quàm iam à se actum, agit Bellarminus, sic suo & aliorum otio vanus homo abutitur.

Deinde nusquam hæc Episcoporum successio pro nota Ecclesiæ in Dei verbo extat. Nam quum vera Dei ecclesia, teste Paulo Rom. ii. v. 4. deficere aliquando possit, ne sit visibilis: potest etiã deficere ista Episcoporum successio. Ex quo apparet hominem istum nullam in his terris ecclesiam agnoscere, nisi eam, quæ sit visibilis: non eam, de qua in Symbolo Apostolico, *Credo ecclesiam*. Est autem fides rerum, quæ non videntur Hebr. xi. v. 1. Nam quod Hieronymus, contra Luciferianos ait, & Cyprian. lib. 4. epist. 9. ecclesiam non esse ibi, ubi nulli sunt Pastores, non de quavis ecclesia, sed tantum de Visibili est intelligendum.

Præterea ex hac nota euertitur Romana Ecclesia. Nam tempore schismatum (iam autem diuersis temporibus XXI. III. inciderunt) periit, & interrupta est ista Romanorum Episcoporum successio. Et Constantinopolitana, Antiochena, Græca, Alexandrina Ecclesiæ ex hac nota monstrantur esse veræ Ecclesiæ, quia perpetuas suorum Episcoporum successiones retinuerunt, vti Romanæ. Atqui eas veras esse Ecclesias supra negauit Bellarminus, & in Concilio Florentino damnatæ sunt eadem Ecclesiæ, Infrà Bellarminus, col. 1016. L. C. §. *Quod ante.* Denique Patrum dicta de successione Romanorum Pontificum nõ iuuant Bellarminũ, quia Patres illi fuerunt, & vixerũt ante schismata Ecclesiæ Ro. quæ perpetuam illam successionẽ Paparum interruperunt. Agitur autem à Bellarmino de perpetua, & minimẽ interrupta successione, non ea, quæ ad tempus tantũ durabit. Nam alioqui hoc pacto etiam Arriani habuissent veras Ecclesias. Et, quũ per plus quàm lxx. totos annos sedes Romana vacauit, Papa autem Auenione sedit, nõnne tunc saltem, obsecro, interrupta est continua successio Romanæ sedis? Et vt habuisset Roma hanc perpetuam successionem Pastorum, illa est donum Dei particulare in eam urbẽ: velut nõ captam esse, non est nota propterea veræ Dei Ecclesie, vt hic putat. Ceterũ quod iste in disputationem de Electione Episcoporum digreditur, Primũ astutẽ facit. Iubent enim Rhetores, vt quũ nobis propria argumenta non suppetunt, aliena, & extranea queramus. Nam quæ non profunt singula, multa iuuant. Deinde suis commodis in eo studet Monachus iste. Scit enim quantò plures

chartas, & paginas impleuerit, tantò maiorem se pecuniam accepturum esse à typographis suis, qui crassis voluminibus delectantur. Sed miser est homo iste, qui suorū scriptorum fastidium piis afferri non videat. Et quia de hac ipsa Episcoporum Electione in sequente controuersia iterum aget, nos tunc illi respondebimus, & in eum locum rē totam differemus. Interim in ista sua longissima, contra tamē Rhetorum præcepta, digressione largiter peccat, col. 1012. L. C. & col. 1013. L. D. ubi putat omnes Presbyteros olim tempore Apostolorum fuisse Episcopos. Imò Paulus, 1. Timoth. 5. ver. 17. docet fuisse duplex eorum in Ecclesia genus. Quidam enim non prædicabant, & hi nunquā pro Pastoribus sunt habiti. Item scribit, col. 1012. L. B. Paulum demùm, & non prius pro Apostolo in Ecclesia fuisse agnitū, quàm ab aliis Apostolis fuisset ordinatus. Contrà Paulus ipse, Galat. 1. v. 1. negat se ab omnibus, aut per hominē fuisse Apostolum: & v. 17. negat se post suam vocationē redisse Hierosolymā, aut statim venisse ad Apostolos, sed prædicasse Euāgelium in Arabia per triēnium. Col. 1013. L. A. esse necesse ait, vt qui in Ecclesia fit Pastor, aut Episcopus, succedat vni alicui Apostolo. Ergo nullę Ecclesię recentes poterunt Christo ædificari. Contrà Paulus Crete instituit Episcopos per Titū, L. B. solū Petrū ex officio, ceteros Apostolos ex Petri delegatione curā habuisse scribit propagandę per orbē terrarum Ecclesię Dei. Cōtrà Christus, Acto. 1. v. 8. æqualiter omnes XI. Apostolos alloquēs, ait, *Vos eritis mihi testes usque ad vltimas terras.* Sed hæc sūt pauca in multis peccatis, quæ in huius libri cēsurā perstringemus.

Quod nostrarum Ecclesiarum Pastores negat veros & legitimos esse Pastores, quia non sunt ordinati ab Apostolorum successoribus, fallitur. Sunt enim ab his ordinati. Nam ille Apostolus verus successor est, qui doctrinae Apostolicae non autem duntaxat Apostoli defuncti personae succedit: alioquin Arriani in Graecia, & Asia fuissent veri Episcopi, quoniam iis succedebat, qui ab Apostolis per continuam successionem, & ordinationem ordinati fuerant. Quod etiam negat legitimos eos, quod à tribus aliis Episcopis non fuerunt ordinati (id quod Canones Apostolorum requirunt) ad illud respondemus, Paulum, qui 1. Tim. 3. & Tit. cap. 1. totam Episcoporum ordinandorum legitimam normam praescripsit, minimè hoc inter sua praecipua reliquisse, aut nobis tradidisse, ut tres alij Episcopi accersantur. Neque hoc ipsam etiam post canones istos Apostolicos sic semper in Ecclesia fuit obseruatum: teste Bellarmino ipso, col. 1013. L. D. Nec moror quod didicè Gratia. in ca. *Chorepiscoporum*. Dist. 68. scribit: Nullam enim suae sententiae rationem affert cur credatur ei.

Denique nihil valet quod negat nostros Pastores esse legitimos, quia locum Viuorum, & nondum depositorum Episcoporum obtinent, ac usurpant. Quum enim illi, quos iste vocat Episcopos, fuerint non modò Mercenarij, verum etiam Lupi teterrimi, neque sunt, neque fuerunt Episcopi. Lupus enim in grege agnitus, neque est Episcopus, neque ad momentum quidem temporis est tolerandus, Iohan. 10. ver. 10. Praeterea, causam cognitam, fuerunt iidem isti depositi: & à populo, grege,

grege Principe, & piis aliis Doctoribus Ecclesiæ damnati, & ciecti. Neque verò, fateor, in eo expectatus est Romani Pontificis cōsensus, qui deponendi Episcopos ius sibi soli ambitiosè vindicat, can. *Accusatus.* & can. seq. III. Quæst. v. 1. quia nullus locus S. Scripturæ nos id facere iubet, & Romani Pontificis, id est alterius Lupi ad Lupum manifestum fugandum, consensum expectare. Nec enim à Cethego Catilina damnaretur. Sed neque Apostoli petierunt Caiaphæ summi Pontificis consensum, vel vt instituerentur: vel vt suum munus exercerent: imò contra eius expressum iussum prædicarunt Euangelium, & Christum annūtiarūt. Act. 4. v. 6. 7. 20. Id nos quoque facimus.

Ad cæteras autem Bellarmini rationes, & solutiones, quas inanes ad Caluini argumenta verissima affert, iam respondimus. Nam (quicquid iste neget) Patriarchales Syriæ, Alexandria, Græciæ, perpetuam successionem habent, & habuerunt, sicut Romana: & habere hanc cōtinuam Episcoporum successionem (quam, vti ex temporibus schismatum ostendimus, non habet Romana Ecclesia) est non nota vera Ecclesiæ, teste Bellarmino hoc ipso loco, col. 1016. L. B. §. *Dico secundo:* sed duntaxat donum Dei temporale, quale est, Aliquod opus nullam peste, vel fame, vel vi hostiū euersum aut dissipatū, aut affectum, aut captū vnquā fuisse.

Ad Cap. IX.

Sexta Ecclesiæ nota, quam hīc recenset Bellarminus, est Doctrinæ in aliquo cœtu prædicatæ cōsensus cum Apostolica, & Prophetica doctrina. Non autem, vt iste vult, cum Ecclesiæ, id est, ho-

minum aliorum doctrina, & sententia. Hanc verò nos admittimus non solum pro vera, sed etiã pro verã Ecclesiã Christianã nota. Atque hîc Bellarminus se, & suam Romanam Ecclesiam esse hæreticam prodit, uti scire se suo iudicio indicat. Id quod ex Romanã Ecclesiã dogmatibus, vel singulis, vel in globo, ut vult iste, apparebit cû Dei verbo comparatis: itẽmque ex nostris dogmatibus cum eodem Dei verbo collatis.

Quoniam verò, quos hîc ex D. Caluino, & aliis scriptoribus locos citat, omnes in aliis controuersis Bellarminus repetet, ne actum agamus, & ibi (ubi hæc nostra dogmata ex professo demonstranda, ac defendenda erunt) Penelopes telam retexamus, locos istos omnes, & nostra dogmata, corũque defensionẽ ad suos quãque locos differemus, quã tunc commodius à nobis pertractabuntur, & fusẽ, & non per transenam, quod hîc, ut tenebras Lectorum animis, & atramẽtum sepia ista offundat, facit impostor Bellarminus.

Caluinum autem magnum illum Dei Prophetam miratur iste sæpe in multis fidei exponendã, & S. Scripturã explicandẽ capitibus ac locis à nõnullis Patribus dissentire. Atqui alioqui minimẽ vera, & cum Dei verbo consentiens, atque Apostolica, ac Prophetica esset D. Caluini sententia. Nam Patres illi, sicut ex eorum scriptis, & libris apparet, cum Dei verbo scripto collatis, à vera S. Scripturẽ mente, & Prophetica, Apostolicãque fide, & doctrina discesserunt, quã omnium hominũ scriptis est præferenda.

Porro & falsa, & ambigua est ista Bellarmini nota
ad veram

ad veram Dei ecclesiam dignoscendam, Consensio nempe doctrinae cum ecclesia antiqua. Sic enim iste loquitur initio huius capituli. Falsa, quoniam quum illa antiqua, (quam hic Bellarminus intelligit) ecclesia fuerint homines, qui Apostolorum tempora secuti sunt, quique neque ipsi Apostoli fuerint, aut Apostolorum auctori discipuli (sicut fuerunt Timotheus, Lucas, Titus, Marcus) certè illi homines errare potuerunt. Quare ex eorum iudicio & scriptis nequam irrefragabiliter, & plena certitudine, ut potest merè humanis scriptis, sapere, ac pendere debemus: sed ex solo verbo Dei scripto. Paulus enim nos duntaxat ad Propheticae doctrinae reuocat, Ephes. capite 2. versu. 20. Christus ad solam sacram scripturam, & Paulus ipse Iohan. cap. 3. versu. 39. Roman. cap. 1. versu. 2. 2. Timoth. 3. versu. 16. Ambigua est eadem quoque locutio & nota, & Bellarmini sententia. Distinctè enim, rotundè, & apertè explicare debuit, quam hic appellat *Antiquam Ecclesiam*, utrum Apostolicam, & Propheticae, quo sensu notam hanc veram esse fatemur: an pro ea tantum sumat, quae multis seculis nostra haec tempora praecessit, licet eadem à vera Apostolorum & Prophetarum doctrina declinarit. Quo sensu falsa est ecclesiae haec nota, nempe Consensio cum huiusmodi doctrina. Candide enim hic, non ut iste oblique, agimus, ut Theologos Christianos decet. Et sic sese explicare debuit Bellarminus. Nam tunc neque nouum, neque mirum apparebit, aut erit, cur ab ista postrema ecclesia, quantumuis antiqua, dissentiamus, quum illa prior ab Apostolica doctrina recesserit, &

terminos à Patribus veris positos nouerit.

Cæterum scurrilis & plena veri mēdacij est tota illa, quā insituit Bellarminus, col. 109. & deinceps, nostræ doctrinæ cum hæresibus damnatis cæciam à nobis ipsis collatio, vt nos eodem errore doceat impostor iste obstringi. Atqui nulli seuerius puniunt eas hæreses, nulli diligentius refellunt, nulli minus huiusmodi hæreticos esse inter se patiuntur, quàm nos, Bellarmine. Vos Seruetū inter vos aluistis: nos cremauimus. Vos Gentilem Valentinum fouistis: nos decollauimus. Vos Blaudratam palpastis: nos in ultimas oras eiecimus. Vos hæreticos omnes, modò Papæ vestri tyrannidi blandiātur, fertis, & retinetis: inter nos ne cernuntur quidem. Verū quàm falsa sit, & imposturæ plena ista collatio (nisi vt appareat nostra dogmata prorsus istis erroribus aduersari) iam perpendamus.

Prima collatio est in Iustificatione nostra corā Deo per fidem in Christum. In qua scribit hereticus iste nos cum Simonianis sentire. Nugæ nuggeriæ. Simō, & hæretici alij perinde, atque vos, docebant, nos fide, tãquam opere quodam nostro coram Deo iustificari, & fidem nostram, quatenus in nobis est actio quædam, mereri dignitate suam istam coram Deo iustitiam. Nos ex fide iustificari homines docemus, non tanquam ex opere nostro, aut ex dignitate istius certitudinis, sed ex Christo, & per Christum, quem fides pro nobis mortuum apprehēdit. Hęc igitur locutio, *Fides nos iustificat*, est metonymicā, continens pro contēto ponitur. Significat enim Christum, qui per fidem à nobis
 appre-

apprehenditur, nos coram Deo iustificare. Deinde iidem Hæretici hoc fidei prætextu, cuius sceleris habenas laxabant, & homines ea scelera impunè laturos docebāt. Id quod quam procul à nobis absit, scit totus orbis.

Secūda collatio est in caussa peccati. In quo nos ille cum Simone Mago & Florianis sentire mētitur, & Deum autorem peccati facere. Nihil impudentius dici ne à Satana quidem ipso potuit. Nos in eadē etiam numero actione distinguimus opus Dei, quod semper sanctū esse dicimus, Psa. 25. v. 10 ab opere & fine hominis & Diaboli, quem solū & Malū & peccatū esse profiteamur. Et sic cum tota S. Scriptura loquimur, Genes. 50. v. 20. Iob. Act. 4. ver. 28. Imo potius ipsi Pontificij docent Deum lubenter peccatum, quā peccatum est, & malum permittere, ac proinde velle.

Tertia collatio est De Imaginē Dei, quam ex parte meliore in nobis per peccatum amissam esse ab Adamo dicimus, non autem totam, ut iste mētitur, Iohan. 1. ver. 9. Pontificij contra ne obscuratam quidem, nisi in sensuali Animæ parte, eā Dei imaginē per Adami peccatū putāt. Contra Paulū Ephes. 4. v. 23. & 24. atque ita sunt Origenistis hæreticis peiores.

Quarta collatio, Quod apud nos Mulieres sacramenta conferant. Hoc autem est putidissimum mendacium, cuius, ut opinor, ipsum Satanā puduit quū hæc chartis illineret. Bellarminus ipsius scriba & graphiarius. Imo Pontificij hoc cum Pepusianis docent, qui contra Concilium Carthaginēse concedunt mulieribus, ut baptizent. Quæ ista

est impudentia hoc nobis obiicere, quod non facimus, sed ipsi faciunt?

Quinta de Cōcupiscentia, illam docemus etiā in renatis esse peccatum. Hoc à Paulo didicimus, Roman. 7. v. 7. non ab ullis hæreticis, nisi si Paulū hæreticum esse velint. Pontificij sunt in hoc Articulo hæreticissimi, qui tam manifesto Pauli loco contradicant in dedecus legis Dei Exod. 20. v. 17.

Sexta Collatio fit in Vnctione, quam Pontificij contra Dei verbū Sacramentū Ecclesiæ perpetuū faciunt. At iste idē Nouationos sensisse ait. Falsum est: sed etsi ita sensissent illi, rectè sensissent. Pontificij verò contra Pauli præceptum in ius Dei inuadunt, & noua sacramenta instituūt, Paulus enim de sacra Domini Cœna agens ait se tradere quod accipit à Domino. 1. Corint. 11. ver. 23.

Septima & octaua Collatio sunt mera mendacia. Nec enim Dei gratiā, vel cum Michaele Serueto, quem nostri damnarunt: vel cum Manicheis cōsentimus. Etsi enim eam Arbitrij humani libertatem quæ est ad bonum & malum vtrò & ex se æqualiter eligēdū negamus ex Dei verbo & Paulo, Philip. 2. v. 13. propterea tamē Deum nequaquā facimus autorē peccati, quemadmodum antea demonstrauimus. Quod autem iste negat Abrahamū fuisse primū & ante vocationem Idololatram se se S. scripturæ ignarissimum esse ostendit. Nam Ios. 24. v. 2. apertissimè confutatur.

Nona Collatio puerilis & inepta est, quæ confundit bonos in Christo, cū iis, qui in se & ex suis operibus sunt boni. Donatistę dicunt his solis cōstare Ecclesiam: nos illis, qui in Christo, non in se,
boni

boni sunt. Pontificij verò Renatos verè & ex suis operibus planè iustos esse volunt, quod est Donatiticum: & in Deum sunt sacrilegi, dum homini liberum arbitrium tribuunt, id quod de Stoicis scripsit Augustinus. Quà verò est suavis iste lupus, qui quum nos, Christi oues, miris modis cum suo Antichristo afflixerit, dicat tamen nos sæuos in Papiſtas fuisse: Nèpe nos oues placidæ, vt est apud Ezechielem, aquas istorum turbauimus, ac propterea innocentes occidimus, vt est Pl. 44. ver. 23. Ezech. 34. v. 14. qui nullum non contumeliæ genus ab his passi sumus.

Decima Collatio est Mera calumnia, dum nos Arrianos vocat, quos cane peius & angue odimus, vt sciunt omnes mortales.

XI. Collatio nos Arianis, (quos in eo temere suum seculum damnauit) similes facit, quod neque Papiſticam Ieiuniorum superstitionem admittimus, quam etiã Augustinus in Epistola ad Ianuarium improbauit: neq; Pontificiorum Episcoporum, fastum, & luxum & tyrannidem probamus, quem damnat Paulus 1. Timot. 6. v. 8. Vult enim nos & Episcopos Christianos victu & vestitu esse contentos: & Petrus tyrannidem 1. Pet. 5. v. 3. odit. At Pontificij & Seruetum verissimum Arrianicæ sectæ Principem Lutetiæ in sinu diu fouerunt, & Gentilem pro viro bono habet G. Genebrardus in libris de Trinitate, & meram in ieiuniis superstitionem, quam Deus ipse Is. 58. execratur, Pontificij velut causam salutis commendant.

XII. Collatio Nugas nugerrimas agit, dum

nos Iouiniano comparet in iis , in quibus errauit Iouinianus. In iis autem in quibus ex Dei verbo ille rectè sensit, quis nō illi assentiatur, velut quod ieiunium, & virginitatē opera corā Deo meritoria esse negauit. Nam & negat Christus, Math. 7. Luc. 17. v. 10. & Paulus 1. Corint. 7. quin & 1. Timoth. 4. Doctrinam istam Diabolicā sine circuitione appellat. De B. Maria Virgine, vtrum Christus ex ea cruentatus exierit, an non plane dubitat Hieronymus. Certè Christum aperuisse vuluā Mariæ Virginis, quum nasceretur, docet Lucas. c. 2. v. 23. manifestè. Itaque Pontificij planè hæretici sunt, qui contra Christum, Paulum, & Lucam sentiunt, & docent.

XIII. Collatio, Mos hæreticos vocat, quoniā ex Dei verbo solum Deum inuocandum docemus, Mat. 4. v. 10. item coniugium omni hominū generi honestum ex Hebr. 13. v. 4. Mortuos iam istarum mundanarum rerum cura & sensu non vexari ex Apoc. 14. v. 13. Itaque minime sentire, aut iuuari iis rebus, quas hic agimus. Augustinus in lib. De cura pro mortuis. Denique quia votum Monasticum damnamus, id est, rem impossibilem, dicimur ab isto hæretico hæretici. Id quod fieri Deus vetat, & sibi voueri Leuit. 27. v. 26. Sed de his postea. Pontificij verè sunt hæretici, qui contra Dei verbum ista tuentur nobis contraria.

XIIII. Collatio, Nos cum Pelagianis confert Quis quum hæc leget, non rideat, quod peccatum nimirū originale nos negemus. At Pontificij sunt verè Pelagiani, qui nos viribus sanctos esse & sanctè viuere docent.

XV. Duas in Christo naturas fateri si hæreticū est, & Nestorianū fuit, & Paul. Nestorianus (absit verbo blasphemia) 2. Corint. 13. ver. 4. & Petrus I. Pet. 4. v. 1. Duas verò vniones hypostaticas in vna Christi persona neque Beza, neque nostrorū quisquam esse dixit, aut agnouit. Pontificij ipsi Christi carnē verā duplicē faciūt, atque vnā alterius etiā signum esse volunt. Quod est duplicē Christū facere, nō autē vnū, & vnā eius humanitatē & carnē.

Collatio xvi. & xvii. sunt nihili. Neque enim nos cum Suenfeldianis Dei gratia, sentimus: neque falsum est Christi carnem abesse à signis S. Cœnæ præsentia corporali. Pontificij hæretici qui Symboli Articulos negant de Christo, *Ascendit in cælum: veniet iudicare vivos & mortuos*, dura contra sentiunt: aut saltem eos evertunt.

XVIII. Collatio ineptissima est, quæ vocat hæreticos eos, qui imagines sanctorum colendas esse negāt, vti nos facimus. Habendas autem, sine cultu tamen, si quis velit sibi habere, non interdici- mus. Sed de his postea. Pontificij hic verè sunt idolatræ.

Collatio xix. nos Læpetianis similes facit, quod Monastica vota damnamus. Neque vero vel illi, vel nos propterea damnandi vt seq. Controuersia docebimus. Pontificij sunt hic quoque hæretici.

Collatio xx. impudentissimum est mendacium, fingit enim nos velle signa S. Cœnæ esse tantum figuras carnis Christi.

Ad Cap. x.

SEPTIMA Bellarminiæ Ecclesiæ nota est, Vnio cum Romano Pontifice. Hęc nota est falsissima

Nam vnio veræ Ecclesiæ esse debet cum suo capite. Hic autem est Christus, Ephes. 1. v. 22. Coloss. 1. v. 18. 2. v. 19. & quidem solus. Quia vero Pontifex Romanus est verus Antichristus, qui cum eo coniunguntur (Nam, vt est 2. Thes. 2. etiam habet Antichristus suum regnum) illi sunt Antichristianæ, non veræ & Christianæ Ecclesiæ membra.

Testimonia verò Patrū hinc à Bellarmino prolata nihil eum iuuant. Volunt enim illi nos coniungi cum Episcopo Romanæ Ecclesiæ, quatenus docebat ille ex Cathedra Petri, id est, veram Christi doctrinam adhuc retinebat: non autem qualis nunc est, plane Christo Christique regno repugnans. Hoc monstrant Hieronymi verba ex Epistola ad Damasum citata hoc loco. Hoc Augustinus, Epist. 162.

Consensio autem omnium Vnius corporis & cætus membrorum inter se nequaquam est Ecclesiæ Christi nota. Nam & latrones, qui latrocinij societatem contraxerunt, inter se consentiunt: & Caiaphas Pontifex, Principes sacerdotum, & totus populus mirifice in trucidando Christo, Act. 4. conuenerunt. Deniq; non quicumque coadunantur, aut inter se consentiunt, habent medium Christum, aut à Christo audiuntur: sed quicumque duntaxat in nomine Christi conueniunt, Mat. 18. v. 19. 20. Quod Pontificij certè quidem non faciunt, quum ad Dei cultum delendum cōueniant & cōsentiant: & ad idola sua colenda congregentur. Ergo ad infringendum & remouendū à se Christi iugū Pontificij consentiunt. Id quod Psal. secūdo,

toto

toto damnatur manifestissimè. In hoc autem suo de consensione omnium Ecclesiæ Romanæ membrorum inter se putidissimo mendacio tuendo, quàm sit ipse impudens apparet. Ait enim miram esse Scriptorum Pontificiorum inter se concordiam. Imo verò ignorat ne solus ille, quanta sit tum in reliquis suæ Ecclesiæ dogmatibus, tum in præcipuo illo de Transsubstantiatione Articulo inter Sententiariorum discordia? Inde in sectas & familias diuersas abierunt. Alij enim eorum Thomistæ, alij Scotistæ & sunt, & vocantur. Alij Nominales, alij Reales, & in alijs quoque Articulis. Imo ipsa eorum inter se dissensio toties in his controuersis repetita est, vt nihil sit frequentius. Nos autem quum vnum Dei verbum pro fidei nostræ solo fundamento habeamus, ac proinde nostrorum scriptorum, quemadmodum illud semper vnum & idem est, & sibi consentiens: sic & nostra omnium scripta inter se concordant. Quæcumque enim à Dei verbo illo discedunt, ea statim à nobis damnantur 1. Pet. 1. ver. 25. Pontificiæ verò doctrinæ fundamentum, quum sit Romani Pontificis, id est, meri hominis voluntas, teste Bellarmino, col. 1027. L. D. quemadmodum illa mutabilis est, & varia, sic varia sūt Pontificiorum scripta. Sed & hoc fundamentum ab Augustino euellitur, Tract. xvi. in Ioha. Christum magistrum vnum habemus ait & in vna eius schola sumus condiscipuli. De Monachis, eorum inter se sectis, diuerso eorum inter se dogmate, vitæ regula, habitu, obseruantis & illis quidem inter sese ex Diametro, pugnant

bus, nihil hoc loco dicere est necesse, aut commo-
necuisse. Res enim est lippis & tonforibus nota.

Monachos autem primum cum reliqua eccle-
sia, non autem separatim, vti nunc faciunt, commu-
nicasse sacramentis, (quicquid contra disputet i-
ste,) probatur ex Gangrensis Synodi cap. 18. 19. 20.
vbi vetantur Monachi quicquam à reliqua, in qua
sunt, ecclesia diuersum, & sibi peculiare habere.
Est enim inutile planè hominum genus & ambi-
tiosum docet Eugenius can. *Placuit communi*. xv.
quæst. 1. & plangentis solùm, non docentis, non
sacramenta administrantis, sed lugentis officium
habet hoc genus hominum in ecclesia superstitio-
sissimum: vt ex Hieronymo docet etiam & ipse
Monachus Gratianus can. *Monachus* ib. 16. quæst.
1. Postea verò speciali quodam priuilegio, ac fauo-
re Chalcedonenſis Concilij ca. 4. & 24. rogati sunt
Episcopi, vt, si hoc illis videretur, monasterijs o-
ratoria concederent. Hæc est tota istius rei histo-
ria, quam imaginum quoddam arcanum esse putat
hoc loco Bellarminus: de qua nobis sequenti quo-
que controuersia dicendum erit. Sed iste vel mil-
lies cramben eandem apposuisse non est conten-
tus.

Quod autem nos iste annumerat Anabaptistis,
Vbiquitariis, Skuenfeldianis, Trinitariis (quos
Satan inimicus Christi eodem tempore excitauit,
quo verbû Dei prædicari cepit, ex parabola Math.
13. vers. 24.) putidum est. Nostra enim scripta hoc
refellunt. Imo hæreses omnes oppugnamus, atque
adeo Papismum ipsum, propterea quod est omniû
hærescon farrago & lerna. De Georgio Maiore,
de Ioan-

de Iohanne VVigando, de Flaccio Illyrico, de Heshusio, & aliis, in quibus dogmatibus pugnent, & inter se certent, & à veritate discedant, viderint ipsi. Nec enim aliorum culpam, si qua est (quoniã qui in vna re bene stant, in alia labi possunt) præstare volumus.

Ad Cap. XI.

OCtaua, quæ recensetur ab isto, ecclesiæ nota, est doctrinæ sanctitas, quia professio ecclesiæ est sancta, inquit. In quo primum quæro, Quæ Sphinx, aut quis Oedipus hæc Bellarmini verba, *Sancta est ecclesia professio*, intelliget, aut nobis interpretabitur? Certè nouum & inauditum est, nisi in Hesuitarum caulis squallore, ac pædore fœtidis, hoc & dicendi, & scribendi genus. Sed ad rem. Hæc nota nulla est omnino: aut si qua est, est solû ea ipsa, quam supra cap. IX. Sextam posuit hic idem Bellarminus. Quare hic est superioris notæ inanis planè repetitio: sed aliis ab isto verbis fit.

At excipit Bellarminus, ecclesia dicitur Sancta. Respondeo, Hæc sanctitas inhæret in ipsismet ecclesiæ membris, id est, piis: non est autem extra ea, qualis ea, quæ est vel in doctrina ipsa, vel in Sacramentis, quæ habet ecclesia. Nam ista extra ecclesiam, id est, ecclesiæ pios est, & versatur. Sanctitas verò ecclesiæ interna est, non externa, sed in ipsis fidelibus. Ergo nihil dicit hoc loco iste nugator. Neque intelligit, cur ecclesia Dei sit sancta, nempe quòd primum pij à Deo, sanguine Christi, sanctificentur: deinde quòd iidem spiritu Christi reguntur.

Denique quid ad Rhombum istum Bellarmini de Sanctitate doctrinæ attinebat catalogum illum t exere de variis modis, quibus Scythæ, Hircani, Tiberani suos mortuos sepeliunt? Chartas tantum maculat homo iste, & quisquilias cōsectatur. Verum Aquila, qualem se putat, nō captat, aut sectatur muscas, vt est in Veteri Prouerbio, & res inanes, vt ille in somniis, & nugis Rabbinorum, & Turcarū colligēdis, ac recitādis moratur: & variis hæreticorum sceleribus, & sectis enumerādis. Nō erat, ait ille, huic cupressu locus.

De nobis, nostrisque dogmatibus omnibus, ex his disputationibus apparet, quàm illa vera sint: ac Pontificiorum falsa. Mores nestri, & nostrorum sicum Hefuitarum Sodomis, & Paparum immanibus sceleribus, & Papistarum tota vita cōferatur, (licet apud bonos verum dicere) certè cœlestes quidam Angeli, & è cœlo demissi merito cēsebitur. Quid igitur iste impurus canis in nos, nostrósque mores latrat, & impudēs blatterat? Audi Bellarmine, quum de vita, & moribus agis, quos nobis falso exprobras, illud Homeri, et si scriptoris Ethnici, meminisse debuisti: *Adibus in propriis que praua, & que reſta gerantur*: primùm tibi vidēdum erat. Nos verò Anabaptistis cōiungere, quid aliud est, quàm ouibus lupos iungere? Quod de infantibus iste scribit, eos ex nostra sententia vti ratione, audire verbum Dei, &c. est purū Bellarmini mendacium.

Pōtificiorum autem doctrina quid turpius, aut fœdus, quæ non solum mortuis scelerum suorum impunitatem per indulgētias Papæ magna auri vi redem-

redemptas pollicetur: sed etiam viuis hominibus suorum peccatorum pœnam, ac culpam taxat. certo cuiusque peccati pretio statuto, quod persoluatur. Id quod Pœnitentiale Romanū docet, & cuiusque peccati taxationem descriptam cōtinet. Et vt canes isti cuiquam persuadeant, se, suamque vitam, & doctrinam esse sanctam? quum eorum Papa, & à publicis meretricibus, & à Cynædis menstruum stipendium in media ipsa Roma accipiat, vt olim ex lotio Vespasianus? Denique quum vetus eorū Poëta, & Propheta verè cecinerit, *Roma*

Omnia quum liceant, non licet esse piūm?

Ad Cap. xii.

NOta Ecclesiæ, inquit Bellarminus, nota est efficacitas doctrinæ, qua multi etiam Ethnici ad eam ipsam doctrinam convertuntur. Respondeo. Primum, *careat successibus opto, quisquis ab euentu facta notanda putat.* Ergo euentus ille, & efficacitas minimè est vera Dei Ecclesiæ nota. Deinde non est nota, quia communis est hæreticis cum orthodoxis si ipsa efficacitas, & doctrinæ in genere non autè veræ, propagatio per se spectetur. Ait enim Paulus Deum dare efficacitatem erroris etiã Satanæ, vt quamplurimos conuertat. 2. Thessal. 2. ver. 9. Petrus idem docet in Epist. 11. cap. 11. Imò Christus ipse, fore vt etiam Electi ipsi tententur, Matthæi 24. versiculo vicesimo quarto. Atque meretrix illa in Apocal. quæ falsã doctrinã, & Ecclesiam sparsit, plures, quàm Christi Regnum, sibi collegit, omnes nêpe Reges terrę, tanta fuit illius

doctrinæ falsæ efficacitas, Apocal. 18. ver. 3. successus, & propagatio Mahumetanæ doctrinæ tā mirus, & tantus: item olim Arrianæ refellit, luce meridiana clarius, istius hominis sententiā. Præterea hæc eadē nota est separabilis ab Ecclesia. Nā multæ veræ Ecclesiæ vocātur, & fuerūt, quæ non profecerunt, sed defecerūt, sicut ex Apocal. 2. & 3. apparet. Tertio hæc quoque nota Romanam Ecclesiam euertit, vt in Bellarminum retorqueā ipsum hanc, quam pro se profert, notam. Nam Romana Ecclesia quotidie suos amittit, & in dies decrescit illa, quemadmodum testis est tota Scotia, Anglia, Saxonia, Dania, & magna reliquæ Germaniæ pars, Heluetia tota, Rhetiæ pars maior, quæ prorsus ab Ecclesia Romana defecit. Item Gallia, Sabaudia, Polonia, quæ Papæ iugum excutere, & à cervicibus suis remouere nitūtur, quibus, Dei gratiā, accedet postea Hispania, vltima Italia.

Porro insullus homo est Bellarminus, qui conuersionem terrarum orbis ad veram Christi fidē (quæ facta est per Apostolos, & eorum veros successores) trahat ad Romanos suos Pontifices, qui tunc in orbe terrarum nulli erāt: imò ne in visceribus suæ matris, nempe Satane, adhuc erat Papismus. Illa propagatio, de qua Athanasius, Theodoritus, Augustinus, ad nostram Ecclesiam pertinet, in qua ipsa doctrina Apostolica, non Apostatica, vt Romæ retinetur. Propagatio autē illa, quā Gregorius 1. Conō, Zacharias, & alij Gregorij fecerunt, fuit inebriatio ista Meretricis Mūdo facta, de qua est Apocal. 17. versic. 4. 18. versic. tertio. Quod enim prædixerat Dei Spiritus, impleri oportuit, quia tā sãctas admonitiones mūdus spre-

uit. Itaque per suos emissarios, & imprimis per suorum pseudoprophetarum Principem Romanum Pontificem, eiusque ministerio (de quo est Apocal. 16. ver. 13.) Satan omnes penè Occidentis (quam mundi regionem, & partem Papæ attribuit, sicut Orientem Mahometo) populos sibi, suæque doctrinæ subiecit prætextu veræ pietatis. Quòd si hominum mens non læua fuisset, & decipi nolisset, nihil per istos suos Apostolos, & pseudoprophetas effecisset, teste Paulo, 2. Thess. 2. v. 10. Bella verò est Bellarmini gloriatio de se, suisque Monachis, & præsertim Hefuitis zelotis, qui nouum orbem, i. quasdam Occidentis, & Orientis insulas se ad Christi fidem conuertisse, plenis buccis iactant, ac gloriantur. Imò prætextu docendi eos Christum, ad peiorem, quàm antea haberent, idololatriam deduxerunt veræ pietatis ignaros homines, quorum e-des, vrbes, plateas, vias, rura, & totas regiones solis ligneis crucibus, nõ vera doctrina Christi impleuerunt, quas illis adorandas, vt suæ salutis verissimam causam, præcipiunt, & obiiciunt: omnia cultu imaginum Monachi isti cõspurcarunt, superstitionibus horribilibus eorum animos fascinarunt, sed ad suum summum lucrum. Itaque filios Gehennæ fecerunt miseros istos Indos à se conuersos discursatores Monachi & Hefuite, & alij (ne soli sibi eam idololatriæ sparsè laudem vindicent) & filios Gehennæ peiores, quàm erant antea. Itaque in istos Monachos quadrat verissimè quod Phariseis exprobrat Christus, Matth. 23. ver. 15: *Vae vobis Scribae, & Pharisee hypocrite, quoniam circūitis mare, & aridam, vt faciatis vnum profelytam: & quum fuerit factus, facitis eum filium gehenna, duplo magis, quam vos sitis.* Ergo est blas-

phema ista gloriatio, & inanis vester labor, nisi quòd Dominus Deus, suã misericordiã, vestra ista ambitione rectè postea vtetur. Nam quemadmodum Exorcistæ Iudæi, de quibus est Actor. 19. Dei veri nomen gētibus propagabāt, & viã veri Christi Apostolis futuris præparabant etiam inscij. Sic vos nobis postea verũ Euangeliũ in illis ipsis regionibus prædicaturis inscij, & inopinantes viam, & animos hominum politis, & præparatis. Sed & Gama, & Albuquerque fortissimi duces, & Regũ Lusitanorum Proreges plures, quam vos suis armis & præliis Indos vestræ religioni, ne dicam su perstitioni Pontificiæ lucrifecerunt, & vobis viã & iter illud primi explanarunt, ne hæc laus vestra esse putetur, Hesuitæ.

Ad Cap. xiii.

Decima, quã affert Bellarminus, Ecclesiæ nota, est sanctitas eorum, qui primi eam sparserunt. Respondeo Hæc nota est repetitio octauæ notæ, quæ itidem dicebatur Sanctitas vitæ, & doctrinæ. Ergo non res, sed verba non multiplicat iste. Deinde communis est nota. Nam & Donatistæ olim, & nunc Anabaptistæ hanc ipsam notam ad se trahunt, & suam meliori iure, saltem hominum iudicio, esse contendunt, non nostram. Imo parum abest, quin efficiat ista nota Bellarminum verè Donatistam, qui ex Sanctitate Ministrorum vni & sanctitatem, & efficaciam doctrinæ, ac sacramentorum metitur. Denique ineptus est Bellarminus, qui Patriarchas, Prophetas, Apostolos, & eos qui retè Christũ doerunt suos faciat, quum sint nostri. Ergo hæc nota tota nostra est, & pro nobis facit.

Cate-

Cæterum quæ de M. Luthero scribit Bellarminus, ea ex parte mera sunt mendacia: ex parte etiam detorta. Nam etsi Lutherus habuit quoque suos naves, vt pote homo (Quis enim sine vitio viuit. 1. Reg. 8. vers. 46. Psal. 143. ver. 2.) imo & Abrahamus ipse Pater fidelium habuit quoque suos; tamen quæ ex humana infirmitate in M. Luthero fuerunt peccata, ea ex zelo Dei non omnino puro sunt orta. Pontificum autem Romanorum scelera sunt immania crimina, non peccata, non scutica tantum & flagris digna, sed carnifice. Denique Virtutæ conferantur inter se. Nostras autem exhortationes nostrorum ad sanctam vitam iste in peiorè partem rapit malitiosè, qui debuit scire hoc esse omnium vere Pastorum ecclesiæ officium, vt vitia sui gregis semper aggrauent, detestentur, augeat, quò meliorem & sanctiorem eum reddant. Sed tales non sunt Hesuitarum conciones: imo tribunitiæ, factiosæ, & seditionis plenæ vociferationes, & furores. Quare impudenter facit iste, qui nostrorum dicta extra mètem eorum sanam & piam trahit. Nostrorum autem (iterum enim dicam) vitæ præ Pontificiorum moribus, est plane celestis, & Angelica.

Ad Cap. XIII.

VNdecima ecclesiæ nota apud Bellarminum sunt Miracula, Nam illa sunt, inquit iste, ad nouam fidem necessaria. Respondeo Hoc vtrumque est falsum. Et quidem primum, quoniam Miracula sunt veræ & falsæ ecclesiæ communia, Paulus 2. Thessal. 2. vers. 9. item Iohan. in Apocaly. 16. ver. 14. 13. ver. 13. Secundum autem est falsum, quia

Iohannes Baptista nouam doctrinam, & nouum Baptismi sacramentum prædicauit, quam rem & Christus, & tota vera Dei ecclesia approbauit, neque tamen vllum miraculum ædedit Iohan. 10. v. 41. Ad quod argumentum nihil Bellarminus respondet, quamquam conatur col. 1041. L. B. Nam quòd Mosen, & Apostolos Deus voluit ædere miracula, propterea non se adstrinxit ad miracula Deus, vt sine iis ecclesiam colligere nõ possit: sed quoniã ad plane infideles Ægyptios, & Ethnicos mittebat Mosen, & suos Apostolos, vti I. Corint. 14. ver. 22. docet Paulus. Nec aliter fensit August. lib. 22. Ciuitate Dei cap. 8. neque nostrorum quisquam aliter scripsit, siue Philippus Melanchthon, siue alius. Quæ sit autem vocationis Pastorum extraordinariæ nota, iste ne per insõnnium quidem nouit, aut didicit, de qua à nobis alibi dicitur.

Vera autem Miracula esse sufficiẽs vel doctrinæ veræ, vel vitæ sanctæ testimonium negamus. Ac quidem non esse veræ semper doctrinæ, ostendunt loci antea citati Matth. cap. vigesimo quarto. versic. 24. 2. Thessal. cap. 2. vers. 9. Apocal. cap. 16. versic. 14. Augustin. Tractat. XIII in Iohannem. Non item vitæ sanctæ docet Christus, Matth. 7. v. 21. Multis enim, qui fecerint, vera in ipsius nomine miracula, dicit Christus. *Nescio vos.* Et idẽ docet Augustin. lib. 2. cap. 4. De verbis Domini, & Gregorius Magnus Homil. 4. in Euangelia. Sed solum Dei verbum scriptum probat, ac demonstrat sufficienter, ecquæ sit tum vera doctrina, tum vita sancta. Nõ enim ex miraculis, sed ex scripturis est diiudicanda vera Dei ecclesia, August. tractat. 13. in Iohan. Itaque frustra Bellarminus inutilẽ illum

miraculorum catalogum à Paganis, Iudæis, Mahumetanis, Pseudoprophetis, & Hæreticis aditorum contexit. In quo tamen vnum genus omisit, nempe miracula à suis, id est, Pontificiis facta. Atque etiam falso nos ad miracula confugere fingit, vt nostram doctrinam cōfirmemus. Quum enim illa sit Christi, quæ fatis à Deo approbata est, nullis aliis miraculis eget, vt confirmetur. Itaque neque ea tentamus, vel tentauimus. Quamobrem quæ Bellarminus ex insani Monachi Cochlæi libris de M. Luthero refert: & ex Bolsæci terribili Apostatæ scriptis de Ioh. Caluino, illa mera sunt mendacia, & quibusuis fabulis anilibus aniliora, ac fabulosiora. Quæ & nos scimus esse falsa, qui & Caluinum cognouimus, & diu Geneuæ viximus: & quæ ne pueri quidem ipsi credunt, credent ve, nisi qui nondum ære lauantur: sed tu Bellarmine, vera puta. Huiusmodi enim in pios contumeliosis scriptis & Monachalibus tu Monachus delectaris, quia similes habent labra lactucas, & Asinis cardui sunt cibi, non asparagi.

Iam verò ista etiam nota de Miraculis sumpta à Christo confutatur. Nam Iohan. 4. vers. 48. hoc ipsum damnat in Iudæis, *Nisi signa, ait, & miracula videritis, non credetis.* Atqui Math. 12. vers. 38. 39. addit Christus, *sed signum vobis non dabitur.* Paulus 1. Corinth. 5. vers. 22. *Iudæorum est, ait, signum quaerere.* Quin Augustin. vocat Doctistas *mirabilarios*, quia orthodoxorum doctrinam suis miraculis obruere conabatur. Tract. 13. in Iohan. ipsemet Bellarmin. col. 1045. L. A. ait *ex miraculis non ostenditur ecclesia, quod ad certitudinem rei.* Sed & ipse

Romanus Pontifex sua quædam miracula, præter incendia orbis terrarum, bella, seditiones, & furores proferat, si potest: vel Pontifici ipsi pro sua doctrina vixquæ ædita fuisse vera miracula probent. Nam quæ hîc col. 1041. & seq. recenset Bellarminus, distinguenda sunt, quoniam quæ ab Apostolis & aliis ad confirmandam veram Christi doctrinam fuerunt olim ædita, illa & vera sunt, & nostram confirmant doctrinam, non Pontificiam. Quæ autem ad superstitiones & idololatriam, quæ viget in Papatu, commendandam fuerunt præstita, illa & falsa sunt, & Satanæ opera. Nam neque finem veri miraculi spectarunt: & vt plurimum fuere præstigiæ Diaboli, spectra, & illusiones. Sic in Ægypto Magi miracula Mosis imitati sunt, vt Dei gloriæ obtarent Exo. 7. vers. 11. 2. Timoth. 3. vers. 8. eamque obscurarent. Quanquam plurima ex his ipsis, quæ hîc narrat Bellarminus, miraculis, nunquam ædita fuerunt: sed sunt supposita, & profus ementita.

Verùm excipit Bellarminus esse viros quosdam pios istorum miraculorum testes oculatos, qualis Bonauentura, Antoninus. Respondeo, Etiã Satanã miracula ædere, qualia sunt omnia quæ inducendæ, aut confirmandæ superstitionis gratia fiût: quæ licet homines verè ædi putent: non ædütur tamẽ. Nam qui hæc se putant videre, nihil, nisi spectrum & illusionẽ vanã Diaboli, cernunt oculis, & à Diabolo fascinoñtur. Denique magis ista ex auditu. quã ex ipso aspectu habent tales Miraculorũ historici.

Excipit Bellarminus col. 1044. L. B. Miracula quæ profert ipse, solùm euertere Euangelium

Caluini,

Caluini, non Christi. Respondeo, Imo Christi, si Caluini. Nec enim aliud Euangelium, quæadmodum ex ipsius libris apparet, prædicauit Caluinus, quàm Christi. Vtriusque doctrina conferatur. Id intelligetur esse verissimum, quod dicimus. Atque omnia impudens est iste, qui vera, & sanctorum Miracula, sua putet, aut sui Pontificis Romani tyrannidem vel doctrinam confirmasse scribat. Nugæ sunt nugerrimæ voces istæ Bellarmini. Nam & ipse propterea Augustinum sibi ipsi contrarium facit, tã est ineptus: & postquã sese multum in his miraculis laudandis ac commendandis vexauit, col. 1045. L. A. §. *Est autem, sic scribit, ex miraculis non ostenditur ecclesia quod ad euidenciam, & certitudinẽ rei: sed quod ad credibilitatem.* Ita seipsum miser refutat. Porro quam iste miraculi certitudinem, & quam veritatem constituat, blasphemum etiam est cogitare. Nã col. 1045. L. A. sic sentit, ea omnia esse vera miracula, quæ ipsius ecclesia, id est, Pontificia habet pro veris miraculis. Alioqui nullum esse miraculum, cui non possit subesse falsum, antequam à sua ecclesia fuerit approbatum, quum & Dæmones apparenter etiam miracula faciant, quæ tamen non sunt vera. Quid isto certitudinis, & distinctionis veri miraculi à falso fundamento incertius, & infirmitus? Nã aut ex mera hominũ (Ecclesia enim in his terris sunt homines meri) credulitate pendet Miraculorum veritas, & certitudo, (id quod est vel cogitatu blasphemũ, & falsum) aut sit aliquod aliud verũ veri miraculi à falso discernẽdi signũ necesse est. Id quod est verissimũ. Hoc autẽ, & quod sit, exponat & promat Bellarm. si scit: sicut

fateatur se nescire, nos & quid illud sit, fratres istos ignorantes docebimus. Est enim & certum, & facile, & in Dei verbo expressum, Luc. 11. vers. 205. Nam duplex est in quouis miraculo vero veritas: vna, veritas rei & effecti: altera, veritas finis: quarum vna ab altera seiungi non potest, vt sit aliquid miraculum Theologicè verum. De quo miraculorum genere hoc loco agimus. Veritatem rei requiri docet locus Math. 14. vers. 26. & Luc. 24. vers. 37. ne Diaboli sit illusio, & præstigiæ. Veritatem autem finis quoque coniungendam esse, & requiri probat locus 2. Thess. 2. vers. 9. Apocal. 13. vers. 13. 16. vers. 14. ne sit mendacium Satanæ, nõ autem opus & testimonium Dei. Finis autem iste est confirmare duntaxat doctrinam Dei verbo ipsius scripto comprehensam, non autem aliam, aut verbo Dei contrariam, vel cum eo pugnantem. Deuter. 18. vers. 20. 21. Math. 24. vers. 24. Et ad huc finem confugere cogitur Bell. col. 1046. L. A. vbi de miraculo ædito ab episcopo Nouatiano agit. Ergo ista nos in piorum virorum gratiam breuiter perstrinximus, vt Bellarmini, & sodalium ipsorum ignorantiam proderemus.

Quod Hieremiam diuinis honoribus homines coluerint in Ægypto post ipsius mortem (eum enim eò loci pertractum inuitum etiam ipsi Iudæi postea lapidarunt, quod fugam eorum in Ægyptum assiduè reprehenderet) testes sunt omnes historiae. sed imprimis apparet ex Hier. cap. 42. 43. 44. ex Hieronymi argumento in Hieremiam, & ex Epiphonio in libro de vitis Prophetarum. Itaque manifestè calumniatur iste Calvinum, quum negat eum

eum ex Hieronymo illa sumpsisse quæ de Hieremia scripsit: & mentitur Bellarminus, dum Caluinum scribit esse mentitum, videt pius lector impudentiam Bellarmini Monachi.

Denique quod hîc quoque negat Bellarminus vera miracula à principe Ethnico Vespasiano fuisse ædita, sed falsa, quoniam morbi à Vespasiano curati astu Satanae & immissi in illos infirmos fuerant, & ab eodem sanati, seipsum iugulat. Primum ex ipsius regula superiore vera miracula esse dicentur, quoniam à toto terrarum orbe vera esse credebantur. Deinde miracula, quæ ipse profert pro suo Pontifice, fuerunt eiusdem generis, nempe sanationes à Satana factæ eorum morborum, quos ipse ægris iniecerat. Denique non videt iste Satanam ista operatum fuisse, vt recentem, & adhuc viventem in hominum animis Christi gloriã propter miracula ab eo ædita obscuraret, aut prorsus exstingueret. Ergo ædita sunt. Atque ita responsum habet Bellarminus ad omnes suas cauillationes, vt iam intelligat falsam esse, & notham eam, quam vult ecclesiæ, notam esse, & melius in posterum sapere, si potest, discat.

Ad Cap. xv.

DVodecima Bellarminianæ ecclesiæ nota est, futurorum adhuc prædictio, & vaticinatio, Quæ res non ecclesiam veram monstrat, sed hominum inanem curiositatem alit, & declarat. Respondeo verò, Hæc nota nulla est. Nam iam pridem est obsignata prophetia, vt est Dan. 9. vers. 2. 4: Apoc. 22. & nulla nobis noua reuelatio est à Deo expectanda Prophetiæ enim in Christo finiuntur Da-

niel 9. v. 24. Math. II. vers. 13. Iohan. I. v. 17. 19. v. 30.

Deinde est nota communis etiam Ethnicis cum Christianis hominibus. Nam & illi sua oracula, suosque etiam veros vates, & Prophetas habent & habuerunt: imo nunc quoque Mahumetani, & impiis Turcae sua Miracula, & Vaticinia pro suae doctrinae confirmatione mirè iactant, & in eo Pontificios superant numero Mirabiliorum, & Prophetarum.

Præterea separatur hæc nota ab ecclesia. Iam pridem enim donum & Miraculorum, & Prophetiæ esse desiit, uti iam superuacaneum, teste Augustino lib. 2. cap. 4. de Verbis Domini, & tamen vera Dei ecclesia mansit, & manet in his adhuc terris iuxta Articulum Apostolicum, *Credo ecclesiam.*

Quod ex Cochleæ iste transcripsit in conuictum Lutheri, est fatuum. Est nimirum hostis aduersus hostem testimonium. Nam & Philippus Melancthon, & alij vitam Lutheri scripserunt, qui nihil tale narrant, uti Cochleæ Monachus impudens. Quod etiam de sui Benedicti, & Francisci, & aliorum prophetiis tradit iste, hoc credat, qui volet: aut si quis credet, credat illud quoque, *Atque etiam olitor quandoque est opportuna locutus.* Neque enim fuerunt istæ Prophetiæ, sed probabiles tantum coniecturæ, quæ solent non prorsus amentibus hominibus oboriri ex deprauatis hominum moribus. Sic apud Thucydidem Græciæ eversio ex mutua ciuitatum Græciæ inter se discordia prædicitur. Eodem modo apud Polybium, historicos profanos. Sic Hieronymus Sauaranola profecionem ac reditum Caroli VIII. Francorum Regis ex Italia prædixit: non ut Propheta, sed ut vitia hominum à Deo punitum

punitum iri prudenter coniiiciens. Sed & Satan ad superstitiones Monachorum confirmandas, quas tunc spargebat, etiam hoc illis donum dedit, ut prædicerent ea quæ ipse facturus ac persuasurus erat. Quod idem in Ethnicorum historiis & præliis legitur sapissimè. Ergo Prophetia ista nihil Bellarminum iuuat.

Ad Cap. xvi.

NOta XIII. est confessio aduersariorum, ait. Quasi verò vera ecclesia non esset ecclesia: aut vera Dei doctrina non sit doctrina Dei, nisi eam talem esse fateantur doctrinæ Dei aduersarij. Hæc sanè nota est periculosissima, aduersariorum nempe iudicio stare, aut cadere, ut is sit, quem te aduersarius voluerit esse. Hæc nota verà ecclesiam enertit. Nā Gentes omnes & Deum verum, & veram religionem, & doctrinam Iudæorum damnarunt, quæ tamen sola erat vera Ps. 76. vers. 2. 147. vers. 19.

Caterum bis hoc vno capite Bellarminus ineptus est. Primùm, quum Plinij secundi, M. Antonini & similibus scriptorum testimonia de vera & Christiana fide ac religione ad Pontificiã & Papisticã, quæ tunc nulla erat, doctrinã transfert. Illa enim testimonia, Christi non P. Rom. ecclesiã comédât. Deinde ineptus est idè Bell. qui putet ea, quæ nostri scribunt de doctrina & Sacramētis Christi, & Clauibus à Christo datis (quatenus hæc ex Christi præcepto retinètur in Papatu) esse Pontificis Romani, & ecclesie ipsius. Sunt enim Dei & ecclesie ipsius veræ, non istius latronis, quemadmodum proba & regia moneta ex erario publico regis à latrone subrepta, est regia licet à fure latrone possideatur: non est

autem istius latronis, quemadmodum vbiq̄ue contra Donatistas contendit Augustinus. Ergo fallacia est ab æquiuocatione. Dicitur enim aliquid alterius esse, vel cuius ipse sit autor, vel cuius tantum est usurpator,

Ad Cap. xvii.

Quarta & decima nota Bellarminianæ ecclesiæ est, felix exitus, & mors eorum, qui eam ecclesiam probarunt: infelix eorum, qui eam improbarunt, aut persecuti sunt. Respondeo, Falsa est ista nota, & nulla potius. Nam euertitur à Christo. Beatos enim pronuntiat Christus Math. 5. v. 10. qui pro se, suæque doctrina persecutiones patiuntur. Id quod isti Bellarminianæ felicitati repugnat. Idem Math. 10. vers. 17. 18. docet fore, vt qui veram ipsius doctrinam prædicabunt, à Principibus affligantur. Imo Christianorum omnium hæc sors est & conditio, vt per multas afflictiones in Dei regnum ingrediantur Act. 14. vers. 22. Fideles igitur pii propter veram Christi doctrinam affliguntur: At interim cōtrà infideles lautè viuunt Ps. 73. vers. 7. Iohan. 16. vers. 20.

Deinde hæc nota Romanam ecclesiam euertit, cuius supposita & columna nihil in hoc mundo afflictionis sentiunt, vtpote mundum diligentes, & à mundo dilecti. Nostram verò ecclesiam, veram, & Dei ecclesiam esse demonstrat, quæ durissimè à mundo (quem odimus toto pectore ex Iohannis præcepto 1. Iohan. 2. vers. 15. & 16.) tractatur. Denique ij, quorū tristes exitus iste narrat, non Pontificiam ecclesiam, sed Christianam sunt persecuti. Lutheri autem, Zuinglij, & Caluini exitus fuerūt,
omnium

omnium iudicio, felicissimi: imprimis autem Iohannis Caluini mors placidissima, vt in eius vita fidelissimus eius rei testis & oculatus Theodorus Beza verissimè scripsit. Cochlæum enim, & Bolsecum canes impurissimos nemo pius attenderit, quorum semper proprium fuit latrare, & bonos viros proscindere conuitiis, & quantum potuerunt, arrodere.

Ad Cap. xviii.

Decima quinta Bellarminianæ ecclesiæ nota est, Felicitas temporalis, inquit iste, qua & ipsa floruit, & ij, qui eam propugnarunt. Respōdeo, Nota hæc ex regulis Bellarmini nulla est, aut falsa. Est enim Paganis cōmunis cum vera Ecclesia, vbi enim magna mundi felicitas, vbi potentissime Monarchiæ & Principatus alibi, quàm inter Assyrios, Persas, Græcos, & Romanos adhuc Ethnicos, & infideles? Quanquam enim ecclesia Dei promissiones habet & vitæ quoque præsentis, vt est apud Paulum, 1. Tim. 4. vers. 8. & sint apud Isaiam ca. 54. vers. 11. 12. insignes Dei erga suam ecclesiam promissiones, itémque cap. 60. vers. 16. tamen non in terris, sed in cœlis quærenda est, atque reposita est ecclesiæ Dei, & verorum ipsius membrorum felicitas 2. Tim. 4. v. 8. Errant igitur grauissimè homines, qui felicitatem temporalem notam esse veræ ac Dei ecclesiæ docent. Nam hanc sententiam refellit Christus ipse Math. 16. vers. 24. Luc. 14. vers. 27. Quicumque enim verus Christi discipulus esse vult, ac cupit, crucem suam tollat necesse est, & multa aduersa patiat. Verùm Monachi isti delitiis assueti, in vmbra educati, nitiduli, pingui

omafio extenfi, ætate frigiduli, hieme caliduli, more Mahumetanorum, & ecclesiam Dei, & Paradisum in carnis voluptatibus, & in temporali quadã felicitate collocant, & fitum putant, tam sunt homines hebetes, ac bruti. &, quemadmodum Petrus loquitur 2. Petr. 2. vers. 10. carnis lasciuia & delictiis addicti.

Quorum verò felices successus iste recenset, velut Constantini Magni, & Theodosij vtriusque, ex eo illis euenerunt, quòd Christi, non Pontificis Romani doctrinam tuerentur, à quo contra hostes defensi sunt, & victoria concessa. Honorij enim Imperatoris quàm misera fors & status fuerit (quem iste Romano Pontifici deditissimum ait) testantur illius temporis omnes historiae. Quod ad Iustinianum primum, & Heraclium Imp. Constantinopol. constat eos, quum impij esse ceperunt, non autem quum Pontificij esse desierunt, factos miseros. De aliis Imperatoribus Constantinopolitanis, qui & Imagines damnarunt, ac propterea Romanos Pontifices afflixerunt, certo certius est, eos dignitatem Imperatoriam in Oriente præclare retinuisse, & Imprimis Leo III. (quem isti per contumeliam Iconomachum vocant) Sarracenos ab ipsis Constantinopolis vrbis mœnibus fugauit, Imperium orientis recuperauit, & felicissimè regnavit. Imo, nisi perfidissimi & seditiosissimi, ac supersticiosissimi isti Pontifices Romani, non suis (tam sunt ipsi nihili) sed alienis viribus fulti, auctique fuissent (nam & Lombardos, & Francos ad se tuendū aduocarunt) Imperatores Constantinopolitani Italiae Imperiū semper retinissent. Quid igitur

igitur hîc narrat Bellarminus, nisi suorum Pontificum Romanorû summam perfidiam, & inmania scelera, Deo, & hominibus nota, ac scetida?

De nostris autem Francis, qui vt Christianos à Mahumetanis crudeliter afflictos subleuant, Christoque ab infidelibus factas contumelias vindicarent, in Syriam expeditionem susceperunt, quis dubitat, quin propter charitatem, & nomen ipsum Christi, non autem Pötificis Romani, Deo grata fuerit ista volûtas, & propter Christum, (cuius iniurias vltum ibant in Mahumetanos) illi benedixerit? Ergo charitas, & fides nostrorû in Christo, nō in Pötifice Romano fundata Deo placuit.

Quod si nobis, more istius, liberet mortuis insultare, eorum manes vexare, &, vt dicitur, squillas è sepulcris vellere, possumus pene innumerabiles eorum exitus tristissimos ac luctuosissimos narrare, & quidem verissimis historiis proditos ac testatos, qui nostram, id est, Christi (quam iste Caluini vocat Ecclesiã) persecuti sunt, aut afflixerunt. Sed istos malumus hæc ex ipsis historiis, (quæ passim extant,) quam ex nobis discere. Et de his quidem hæcenus.

Examen & Censura libri quarti.

QUOD in superioribus libris fecimus, vt communia quædam totius libri vitia obseruaremus: idem nobis, & quidem æquiore iure, in hoc libro putamus annotandû. Maioribus enim, quàm ex his tribus superioribus vllus, liber iste scatet vitiis. Sed imprimis, vt alia omittam, tria sunt grauissima, nempe *præcipitatio animi, contrarietas, & falsitas horum Bellarmini dogmatum.*

Ac primùm præcipitatio seu turpis *προπίερα* animi ex his apparet, quòd Bellarminus in ipso statim limine miserè ac infelicitè impingit, cap. I. & 2. huius libri. Acturus enim de notis ecclesiæ neque explicat quando maximè hæc de veris ecclesiæ notis cognitio vsum habeat, vtrùm solùm quum est ecclesiæ cœtus aliquis in his terris visibilis: an etiam, quum tota, quæ in his terris est ecclesia, est inuisibilis. Certè hoc casu nullum vsum aut locũ, habet hæc disputatio de notis ecclesiæ: sed duntaxat illo priore, quum est nimirum vnus aliquis hominum Christi nomen profitentium cœtus in his terris visibilis, aut etiam plures, vt sciamus, vtrum illi, aut cui potius ex pluribus adiungere nos oporteat.

Secundo loco præceptis apparet scriptor iste, qui fundamentum ecclesiæ veræ ab ipsius nota nusquam separat, & distinguit. Quæ duæ res tamen inter se distant latissimè. Quemadmodum enim, quum de nostra coram Deo iustificatione quæritur, aliud est illius fundamentum, nimirum electio Dei Rom. 3. vers. 28. aliud autem eiusdem nota, nimirum bona iustificatore opera Iacob. 2. v. 17. 18. & deinceps. Sic aliud est respondendum, quum de veræ Dei ecclesiæ fundamento quæritur. Illud enim est prædestinatio hominum ad salutem à Deo facta. Aliud autem, quum agitur de eiusdem ecclesiæ nota, qua ab omnibus aliis hominum conuentibus distinguitur, ac dignoscitur. Illa verò nota vera qua ecclesia visibilis agnoscitur, est pura verbi Dei vox & prædicatio, quæ illic per legitimum Ministerium fit, prædicatur, ac sonat.

Tertio

Tertio loco præceptus est iste scriptitator. Nam de notis ecclesiæ dicturus primùm omnium distinguere debuit, eequæ ex his sint primariae, eequæ secundariae, & minùs præcipuæ. Id quod nos methodicè docentes nequaquam facimus. Verùm iste temerè vtrasque notas confundit, vt inde nos calumniandi, & nostras notas perturbandi ansam, & occasionem impudenter arripiat.

Quarto loco præceptus est, qui quas ecclesiæ Dei notas proferret, & quid nota esset, minimè perpenderit. Nam eas notas hîc affert, quæ ne imaginem quidem aut simulacrum notarum habent, qualis est XII. XIII. XIII. XV. cap. 15. 16. 17. 18. id est, prædictio rerum futurarum, confessio aduersariorum, infelix mors ecclesiam oppugnantium, & felicitas temporalis ecclesiam frequentantium, & tuentium.

Quinto loco in suis notis exponendis ac confirmandis, locos & testimonia sacrae Scripturæ, quæ de Ecclesia inuisibili agunt, confundit apertè cum iis, quæ de visibili ecclesia loquuntur. Itaque temerè, falso, ac ineptè col. 998. L. D. scribit ecclesiam Dei visibilem in his terris à nobis agnosci nõ posse, nisi oculis ipsis cernamus, atque agnoscamus, qui verè sint Electi Dei: tam est iste præceptus, & cæcus.

Sexto loco, Homo iste præcipiti planè iudicio de notis scribens cap. 3. col. 1000. L. D. & cap. 14. col. 1041. L. A. §. *Est autem* ait se nullas notas afferre, ex quibus euidenter, & verè, & reipsa agnoscat, quæ sit vera Dei ecclesia: sed tantùm ex quibus credibiliter ecclesia esse Dei putetur. Quare vtrū

aliquis cœtus visibilis sit Dei ecclesia, vel non; pendet ex mera hominum opinione, vt ea sit vera Dei ecclesia, quam homines talem esse credūt: ea verò non sit, quam eiusmodi esse non opinātur homines. At, Bellarmine, propter nostrum opinari nihil immutatur in rerum natura. Et hæc quidē huius hominis præcepta in scribendo, & docendo iudicium ostēdunt. Itaque nihil in toto hoc libro rectè, aptè, verè, & ordine Bellarminus docet.

Contrarietas autem siue dissensio eiusdem ab aliis in hoc argumento (nam & alij pene infiniti de eodem scripserunt, ex quibus sua tantum descripti iste) apparet ex his, quæ sequuntur.

Primum dissentit Bellarminus, à Conciliis, quæ non xv. sed duntaxat quattuor has ecclesiæ agnoscendæ proprietates, notas, ac signa definierunt, nempe, quòd illa sit *Vna, Sancta, Catholica, & Apostolica*. Sic in Concilio Niceno primo, & in Constantinopolitano primo.

Dissentit à Patribus, qui nusquam tales ecclesiæ notas tradunt, quales iste: sed eas solùm, quas concilia illa cœcumenica descripserunt: aut si quas his addiderunt, differunt planè ab istis Bellarmini notis, velut Cyrillus Catechesi xviii. Rufinus in expositione Symboli. Augustinus in Enchiridio cap. 56. lib. primo, & Secundo de Symbolo ad Catechumēnos, Serm. 119. de Tempore, Isidorus lib. primo, cap. 19. de *summo bono*. Bernardus Serm. 78. in Cantica. Vocant enim ecclesiam Templum Dei, sponsam Christi, virginem castam, Dei domum. Quas notas iste nusquam commemorat. Verùm pro his recenset ac supponit diuinationem
rerum

rerum futurarum, Bella hominum seditiosorum pro Romani Pontificis tyrannide pugnantium, & similes blasphemias horribiles, & nunquam antea auditas.

Dissentit idem Bellarminus à suis, & Sententiariis omnibus, qui has sex duntaxat ecclesiæ veræ veras notas esse affirmant, videlicet, quòd ecclesia est, *Vera, Vna, Sancta, Catholica, Apostolica, & Indeniabilis*. Itaque ipsemet Bellarminus cap. 3. col. 1001. L. B. fatetur se in hoc argumento à suis discedere, & apertum schisma facere.

Dissentit à seipso. Nam omnes, & singulæ illæ notæ, quas ecclesiæ notas esse ait, & ex quibus suã Romanam ecclesiam vult & contendit esse solam ecclesiam, omnes, inquam, illæ notæ ex tribus his regulis, quibus ipsemet contra nos pugnat cap. secundo, planè confutantur, nempe, quòd sunt Ethnicis & Christianis communes, vel orthodoxis & hæreticis æque applicabiles & conueniētes: quòd sunt ipso ecclesiæ cœtu, de quo quæritur, ignotiores & difficiliore cognitu à nobis: quòd denique sunt eadem notæ ab ecclesia Dei & vera separabiles. Romanam autem ecclesiam, quemadmodum in singulis ostendimus, evertunt, & minimè ecclesiam Dei esse confirmant, & ostendunt.

Quòd ad hoc autem, Vt inter notas Ecclesiæ ponatur hoc epitheton velut necessarium, *Romana*, quasi nulla sit vera ecclesia, nisi Romana, neque Concilia, neque Patres, neque Sententiarij ipsi vnquam senserunt, aut scripserunt. Quum enim ecclesiam Catholicam esse vellēt, animaduertebāt se absque manifesta cōtradictione nequaquã posse

eandem ecclesiam certæ cuiusdam vrbis aut Diocæ-
cesis, aut prouinciæ finibus coarctare. Id quod ij
faciunt, qui ecclesiam quâuis Dei diferte Roma-
nam esse contendût. Quamobrem est istud nouû,
inauditum, & impudens Satanæ commentum vel-
le, ac docere quauis veram ecclesiam esse Roma-
nam. Hoc est veterem Donatistarum errorem pla-
nè renouare, qui vni cuidam orbis Prouinciæ, nê-
pe suæ, & Africæ ecclesiam Dei totam adstringe-
bant, & in ea concludebant. Quod facit Bellarmi-
nus: sed eum refutat in libris contra Cresconium
Augustinus, & in lib. de vnitæte ecclesiæ: qui ibidè
cap. 2. docet ex sacris scripturis definiendam atque
dignoscendam à nobis esse ecclesiam.

Istud verò quàm est in hoc libro, & in his notis
explicandis ineptum, quòd quum Bellarminus xv.
ecclesiæ notas recensuerit, non addiderit, vtrum
præterea sint aliæ aliquæ ecclesiæ notæ: an verò
fuerit complexus omnes, ne in aliis querendis quis
quam postea se fatiget. Deinde non doceat idem
hic scriptor, vtrum omnes, & singulæ istę quindecim
notę singulis veris ecclesiis simul, vt sint ec-
clesiæ, competere debeant: an sit satis, si ex his dun-
taxat quædam alicui ecclesiæ conueniant, & quæ nã
potissimum ex illis quindecim, id est, ex tanto, &
tam effreni notarum numero, adesse debeant. Cet-
rè sic, & de re tam angusta, & tam negligenter agere
est hominis dissoluti, inertis, omnia sibi arrogã-
tis, & scriptoris inepti.

Verùm restat Dogmatum falsitas, quæ in hoc
libro occurrit, præter ea, quæ sunt supra à nobis
annotata, & obseruata.

Primum est c.7.col.1010.L.B.Ecclesiam Romanam hoc tempore sparsam esse in maiori terrarum orbis parte. Quam verò misera est, obsecro, hæc Bellarmini in suum Idolum Romanum assentatio. Nā ne milliesimam quidem pene terrarum partem occupat Romana hæc Ecclesia. In Europa paucas aliquot Prouincias habet, Nimirum Italiam, Lombardiam, Hispaniam, Bauariam totas: reliquas verò Europæ regiones vel totas amisit, quas Turca, vel Græca Ecclesia possidet, vel Christus ipse, velut Scotiam, Angliam, Daniam, Suediam: vel ex minima tantam parte retinet, velut Germaniam, Galliam, Belgium, Heluetiam, Africa autem tota, & Asia, (quæ sunt præcipuæ orbis partes) iam pridem vel nomen ipsum Romani Pontificis audire desierunt.

Secundum falsum dogma Bellarmini est, Ecclesiam non posse esse sine Pastore Visibili c.8. col. 1012.L.B. falsum hoc est. Nam quæ est in his terris Ecclesia Inuisibilis potest, imo est absque visibili Pastore, quandiu est, & manet inuisibilis tota in his terris.


Tertium est eodem c. 8. & eadem columna L. D. Apostolos tradidisse Episcopis seu Pastoribus quos ipsi instituerunt, similem sibi potestatem. Hoc falsum est. Etsi enim Episcopi Apostolis successerunt, non tamen per omnia: sed in iis tantum, quæ sunt essentialia ordinarij Ministerij Evangelicimunia, velut prædicare, sed non ubique terrarum: sacramenta Christi certo, sibiq; destinato solum gregi administrare, illic disciplinam exercere. Reliqua non habent Episcopi, quæ tamē potue-

runt, iure sui Apostolatus, Apostoli. Quare Pauli Eph. 4. v. 11. Apostolos à Pastoribus alios facit ac diuersos, idque manifestè.

Quartum falsum est ibidem, hoc nempe, Paulū non prius ab Ecclesiis pro Apostolo habitum & agnitum fuisse, quàm ab aliis Apostolis dextram, & manum societatis accepisset. Hoc refellit disertè Paulus ipse, Galat. 1. v. 17. *Vocatus à Christo,* inquit, *non rediij Hierosolyman ad eos, qui ante me fuerant Apostoli: sed abij in Arabiam, vbi prædicaui statim: imò Damasci.*

Quintum est col. 10 13. L. B. Solum Petrum habuisse ex officio curam propagandę Ecclesię per orbem terrarum: sed ceteros Apostolos eam habuisse duntaxat ex delegatione sibi à Petro facta. Hoc blasphemum est in omnes alios Apostolos, & in Christum ipsum, qui Matth. 28. eque omnes mittit, & Act. 1. v. 8. Itaque hoc confutat Paulus Galat. 2. ver. 8. qui fuit efficax in Petro, idem, ait Paulus, fuit in me efficax. Verùm dum iste nugator Bellarmius vult videri in Petrum officiosus fit in alios Apostolos sacrilegus.

Sextum falsum est, quum negat Abrahamum, antequam à Deo vocaretur, fuisse idololatram, Imo fuit, vt est Ios. 24. ver. 2. disertè expressum. Et hæc quidem hæctenus.



OCN 66767359

Handwritten text in the left margin, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is written in a cursive script and is partially obscured by the binding edge.

